## GLOSSA ORDINARIA. CAP. V.

E

CIrcumite vi. Grandis amor iuſtitiæ, vt non iuxta interrogationem Abrahæ & reſponſionem Dei: quòd pro decem viris iuſtis liberet Deus ciuitatem iãiamq; periturã: ſed ſi vnum inuenerit qui faciat iudicium & quærat fidem.

b *Dom.oc.t.* Damnantur opera Iudæorum (in quibus iuxta legis ceremonias exultabant) per fidem Chriſtianorũ, per quam gratia ſalui facti ſumus.

† Scrutamini

c *Percuſſiſti eos.* Greg. Omnis diuina percuſſio, aut purgatio eſt nobis vitæ præſentis: aut initium pœnæ ſequentis. Propter eos qui proficiunt dictum

Pſ. 93. d

eſt: Qui fingis laborem in præ.&c. qa dum flagellatur iniquus & corrigitur, qui præceptum audire noluit, audiuit dolorẽ, & a malis quaſi præcepto dolore cohibetur. De his his verò quos damnant flagella & non emendant, dicitur: Percuſſi eos & nõ dolue. Hęc flagella in hac vita inchoant, in æter-

Deut. 32. c

num perdurant. vnde: Ignis exarſit ab ira mea, & ardebit vſque ad inferos deorſum. Et eſt vnum flagellũ, quod temporaliter incipit, & æternis conſummatur ſupplicijs.

d *Et non do.* Inferuntur, ſupplicia, vt corrigãtur vitia, ſed non emendatur Ieruſalem nec per tormenta.

Mat. 21. d

e *Forſitan pau.ſunt.* Sicut illud: Mittam filium meum, forſitan ipſum verebuntur. Vtitur Deus ſermone dubitantis: vt ex ambiguitate ſententiæ & verbo-

F rum ſuſpenſione liberũ hominis mõſtretur arbitrium.

f *Ecce magis hi ſimul confre.* Iuxta tropologiam. Qui magni putantur in eccleſia: quia ſoluunt iugum & rumpunt vincula, traduntur in ignominias paſſionum, vt faciãt quę non cõueniunt.

† qa ignorant

g *Vincula.* Præceptorum Dei, nõ Phariſęorum, de quibus dicitur: Dirumpa-

Pſ. 2. a

mus vin. eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum.

h *Pardus vigi.* Alexandri impetum ſignificat, qui ſubditis ſibi varijs Gentibus, quaſi variatus pardus contra Męedos Perſaſque arma corripuit. Quia verò non de futuro ſed de præterito, vel iamiamq; de futuris hiſtoriam texit, ideò de Romano tacet Imperio: de quo forſitan dicitur: Omnis qui egreſſus &c.

a *Super*

## CAP. V.

CIrcumite † vias Ieruſalẽ, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius: an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentẽ † fidem, & pro-

¶ Poterant aliqui in populo cultum Dei ſimulare, & per dominum iurare. Deus autem non delectatur ſermone, ſed veritate, & eos diligit quorum verba labiaq; conſentiunt.

pitius ero eis. Quòd ſi etiam, viuit dominus, dixerint, & hoc fal-

a ¶ Poſt verbum quo dicit: Circumite vias Ieruſalem &c. propheta loquitur ad dominum.

ſo iurabunt. Dõmine oculi tui

¶ Alias pro.

reſpiciunt fidem. Percuſſiſti eos,

¶ Tamen.

& non doluerunt: attriuiſti eos,

¶ Tamen.

& renuerũt accipere diſciplinã.

a ¶ Super omnia. ¶ Impudenter ne vitia ſua erubeſcerent.

Indurauerunt facies ſuas ſupra

a ¶ Saltem pudore. b ¶ Mecum cogitans.

petram, & noluerũt reuerti. Egõ

a ¶ In plebe ſcilicet. ¶ Vulgus ignobile, imperitum, ſi non poteſt Dei noſcere mandata, excuſabile eſt.

autẽ dixi, forſitan pãuperes ſunt & ſtulti, † ignorantes viam domini & iudicium Dei ſui. Ibo igitur

¶ Qui præſunt populo.

ad optimates, & loquar eis. Ipſi enim cognouerunt viam domini, & iudiciũ Dei ſui. Et ecce ma-

a ¶ Magiſtri peiores diſcipulis, & quanto eſt in diuitibus maior autoritas, tanto maior inſolencia peccatorum. b ¶ Legis.

gis hi ſimul confregerũt iugum, ruperunt vincula. Idcirco percuſ-

a ¶ Babyloniorum regnum. b ¶ Medi & Perſę, quod ſignificat vrſa in Daniele.

ſit eos leõ de ſylua, lupus † ad veſperam vaſtauit eos, pardus vigilans ſuper ciuitates eorũ. Omnis q egreſſus fuerit ex eis, capietur:

¶ Hæc omnia patientur.

qa multiplicatę ſunt præuarica-

f Domi. oculi tui reſpiciunt fidem. *id eſt mentis fidelitatem, & non tantum verba: ſecundum quod dicitur. 1. Reg. 16. b. Homo videt ea quę parent, Deus autem intuetur cor.* G

g Percuſſiſti eos. *Per reges Aſſyriorum & Aegypti, qui ante tempus Ieremiæ afflixerant regnum Iudæ: vt patet. 4. Reg.*

h Et non do. *Dolore contritionis de peccatis ſuis. Ideo ſequitur poſtea:*

i Indurauerunt facies ſuas ſup. petram. *Inuerecundè & contumaciter peccantes: vt patet per ſupradicta.*

K Et noluerunt re. *De malitia ſua ad monita prophetarum.*

l Ego autem. *Hic conſequenter excluditur iuſtitia principum, cum dicitur:*

m Forſitan paupe. ſunt & ſtulti. *Vulgares iſti. Cuius cauſa ſubditur:*

n Ignorantes viam do. *Quantum ad præcepta moralia & ceremonialia.*

o Et iudi. Dei ſui. *Quantum ad iudicialia: quia tales homines ſunt intenti agriculturæ & operibus mechanicis, & non mandatis Dei audiendis.*

p Ibo igitur ad opti. *i. ad regem & principes & alios maiores.*

q Ipſi enim cognouerunt. *id eſt cognoſcere debuerunt.*

r Viam do. & iud. *Exponatur vt ſuprà. De rege enim ſcribitur Deut. 17. quod debet habere legem & eam meditari, & idem intelligendum eſt de principibus.*

s Et ecce ma. &c. *i. præcepta moralia & ceremonialia tranſgrediendo.*

t Ruperunt vincula. *id eſt præcepta iudicialia, quæ erant quædam retinacula à tranſgreſſione pœnarum timore: & quia peccatum iſtorum erat grauius ratione ſtatus altioris & maioris cognitionis, ideo ſubditur quadruplex pœna, quæ inflicta eſt Iudæis ſucceſſiuè ſecundum diuerſa tempora, cum dicitur:*

u Idcir. per. eos leo de ſil. *i. rex Babylonis: qui per leonem intelligitur: vt dictum eſt cap. præcedenti.*

x Lupus ad ueſperam vaſtauit eos. *id eſt rex Perſarum & Mędorum: quia licèt Cyrus fuerit Iudæis beneuolus: tamen poſt eum fuerunt aliqui alij eis duri: tenentes eos ſub ſeruitute graui.*

H

y Pardus vigilans &c. *Ad eos ſpoliandum. Per hoc intelligitur regnum Græcorum, & potiſſimè Antiochi illuſtris: qui multa mala intulit Iudæis: vt patet. 1. Machab. & 2.*

z Omnis qui &c. *Per Romanorũ Imperium Edom ſignificatũ: vt dicit hic Rab. Sa. et hoc potiſſimè fuit impletũ qñ Titus deſtruxit ciuitatem & templum et captiuauit populum. Et cauſa prędictorum ſubditur:*

b Quia multiplicatæ ſunt præua. eorum. *Ante captiuitatem Babylonicam.*

a Confor-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

CIrcumite. *Superius Ieremias arguit regni Iudæ multiplex flagitium, propter quod meruit ſupplicium: hic conſequenter excludit remedium, & diuiditur in duas partes: quia primò ponitur remedij excluſio. ſecundò ſubditur Ieremiæ lamentatio: cap. 9. Prima in quatuor: ſecundum quatuor remedia quæ excludit in hoc cap. & tribus ſequentibus: quę ſunt populi iuſtitia, Sacerdotum ſanctimonia, templi ſanctitas, doctorum veritas, vt videbitur. Primum autem per quod poſſet populus habere remedium, eſſet aliquorum iuſtitia: pro quibus parceret dominus toti populo, ſicut Gen. 18 dominus dixit ſe velle parcere toti ciuitati Sodomorum pro decem iuſtis, ſi ibi inuenirentur, & iſtud remedium in hoc capitulo excluditur. Et diuiditur in tres partes: quia primò excluditur iuſtitia vulgarium, ſecundo principum, ibi: Ego autem. tertiò: ſimul iſtorum & illorum, ibi: Super quo. Circa primum dicitur.*

Diuiſio

Diuiſio

a Circumite vias Ieruſalem. *Quærendo diligenter & non ſuperficialiter.*

c An inueniatis &c. *i. aliquos viros iuſtos in tali numero, quod propter eos decens ſit parcere communitati. Non enim accipitur hic virum facientem iudicium pro unico: quia ibi erat Ieremias & Baruch & Adramelech Aethiops: qui erant iuſti. Ad hoc enim quod pro iuſtitia aliquorum communitati parcatur, ſufficiens numerus requiritur. vnde & Abraham petens à domino, vt pro aliquibus iuſtis parceretur Sodomę, non fuit auſus vltrà decem deſcendere: Gen. 18.*

d Quòd ſi etiam, uiuit do. dixerint. *Quaſi faciendo reuerentiam nomini diuino.*

e Et hoc &c. *Et ſic tale iuramentũ reuertitur in diuinã irreuerentiam.*

f Domi.

## MORALITER.

* a *Circumite vi. Ie. & aſ.* Hic ad literam excluditur iuſtitia habitantium pro tunc in Ieruſalẽ, per quã myſticè ſignatur militans eccleſia, in qua ſunt clerici & laici: Et in hoc cap. excluditur iuſtitia laicorum, & clericorum in capitulo ſeq. nam de vtriſque pauci comparatiuè ſunt iuſti, & per oppoſitum concluditur iniuſtitia eorum. Et quantùm ad laicos vulgariter dicitur.

b *Quærite in pla.* Ieruſalem: *an inueniatis uirum facientem iudicium.* quaſi dicat paucos valde inuenietis: Matth. 7. b. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci intrant per eam.

d *Quòd ſi etiam, vi. do. di. &c.* id eſt ſi aliquid ſub iuramento promiſerint uel dixerint, non tenebunt

g *Percuſſiſti eos, & non dolue.* i. flagellis tuis ſe non emendauerunt, ſed obſtinati in ſuis ſecibus remanſerunt.

l *Ego autem dixi.* Hic conſequenter oſtenditur propoſitum quantùm ad principes, de quibus ſubditur:

p *Ibo ergo ad optimates &c.* Et ſequitur:

s *Et ecce magis &c.* ſ. iuſtitiæ & legis diuinæ.

u *Idcirco percu.* id eſt diabolus, qui dicitur leo inquantum percutit principes plaga ſuperbiæ.

x *Lupus.* Inquantum percutit eos ſubditorum oppreſſione & bonorum ſuorum deuoratione.

y *Par. vigi.* Inquantum percutit eos plaga doloſitatis & malitiæ. Et ſubditur eorum pęna cum dicitur:

z *Omnis qui egreſſus &c.* ſ. de præſenti uita.

a *Capietur &c.* à dęmonibus & punietur in gehenna.

* Super



A a *Super quo pro. t.* Catalogus peccatorum Ieruſalem: dum dicit ſe Deus ignorare qua ratione poſſit eis miſereri.

b *Saturaui eos.* Audiant hoc qui acceptis diuitijs luxurię ſeruiunt.

c *Equi a.* Equis, cum non vident iumentam, non apparent genitalia: ſed cum vident, imminent, & irruunt ſuper eam. Hebraicè moſechim. i. trahentes, vt oſtendatur magnitudo genitaliũ. vnde in Ezechiele: Quaſi aſinorum carnes eorum. Et alibi: Aſſimilatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

d *Et diſſi.* Audiat eccleſia quàm citò muri & propugnacula diſſipentur eorum, qui non habẽt ſpem in domino, & præuaricantur in eum. Sed tamen non fiat conſummatio propter clementiam iudicis, non propter meritum peccantium.

e *Negauerunt do. &c.* Audiat hoc eccleſia negligens, & prouidentiam Dei refutans, quòd & gladium & famem ſuſtineat, niſi ventura crediderit quæ dicuntur.

f *In ignem.* Vt increduli ſermone tuo crementur. Sicut Deus ignis conſumens dicitur: vt conſumat in nobis ligna, fœnum, ſtipulam: ſi ſupra fundamẽtum Chriſti ædificauerimus.

g *Ignorabis ling.* In Hebręo: Non intelliges quid loquatur. Eſt. n. malorum ſolatiũ, ſi habeas hoſtes quos rogare valeas, qui intelligant preces tuas.

h *Et comedet ſegetes tuas & pa. &c.*

B Vaſtitatem terræ deſcribit interfectionem multorum, abactio-

nem

a ¶ Vſu aſſiduo. b ¶ A domino.

tiones eorũ, confortatę ſunt † auerſiones eorum. † Super quo propitius tibi eſſe pote-

a ¶ Non mei.

ro? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in

a ¶ Quibus honorem tribuunt Dei. b ¶ Sine Cerere & Baccho friget Venus. Amica ſunt venter & genitalia.

his qui non ſunt dij. Saturaui eos & męchati ſunt, & in domo meretricis † luxuriaban-

a ¶ Non homines. vnde: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

tur. Equi amatores in fęminas, & emiſſarij facti ſunt vnuſquiſque ad vxorem proximi

a ¶ Metaphora. ¶ Quaſi equus libidine plenus. b ¶ Cum hoc feceris, viſitatione digna es.

ſui hinniebãt. Nunquid ſuper his non viſi-

a ¶ Viſitabo in virga iniquitates eorum. b ¶ Quaſi: Iam non populus Dei.

tabõ, dicit dominus: & in Gẽte tali non vlci-

a ¶ Quod in veteri teſtamento pro affectu penitur, in nouo pro veritate. Poteſtatem habeo ponendi animam meam. b ¶ Vos Gentes de quibus: Percuſſit leo de ſylua &c. ¶ Hiero. Pro vera anima. c ¶ Ieruſalem.

ſcetur animã mea? Aſcendite muros eius &

a ¶ Vt ſaluentur reliquiæ, & fiat qui annuncient in Gentibus gloriam Dei. b ¶ Seueritati miſcet clementiam.

diſſipate, conſummatiõnem autem nolite

a ¶ Alias, ſuſtentacula, auxilia ſcilicet. ¶ Alias propagationes.

facere. Auferte † propagines eius, quia non ſunt † domini. Præuaricatione enim præua-

a ¶ Decem tribus. b ¶ Duæ.

ticata eſt in me domus Iſrael & domus Iuda, ait dominus. Negauerunt dominum,

a ¶ Cuius iudicio fiunt omnia, ſed caſu fiunt.

& dixerunt: Non ẽſt ipſe, neque veniet ſu-

a ¶ Quod prophetæ minantur. b ¶ Obſidionis.

per nos malum: gladium & famem non vi-

a ¶ Omnia irrita tranſierunt.

debimus. Prophetæ fuerunt † in ventum lo-

a ¶ Domini. b ¶ Quæ ſequens ſermo deſcribit.

quuti, & reſponſum non fuit in eis. Hęc ergo euenient illis: Hæc dicit dominus Deus exercituum: Quia loquuti eſtis verbum

a ¶ Prophetæ fuerunt in ventum loquuti. b ¶ O Ieremia.

iſtud: Ecce ego do verba mea in ore tuo in

a ¶ Quæ ſcilicet ignis habeant poteſtatem.

ignem, & populum iſtum in ligna, & vora-

a ¶ Quaſi Non in ventum loquuti ſunt prophetæ. b ¶ Iam nunc.

bit eos. Ecce ego adducam ſuper vos Gen-

¶ Babylonis.

tem de longinquo domus Iſrael, ait domi-

a ¶ Pro quo in Hebræo Ethan. b ¶ Cui quondam dominatus eſt Nemroth Gigas.

nus: Gentem robuſtam, Gentem antiquam, Gentem cuius ignorabis linguam,

a ¶ Armatura Babyloniorum: Aſſyrij enim & Babylonij, Perſæ & Mędi ſagittarij ſunt.

nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quaſi ſepulcrum patens, vniuerſi for-

a ¶ Gens prædicta.

tes. Et comedet ſegetes tuas, & panem

o Auferte pro. eius. *i. ramos & non radices: per hoc deſignans reditum dictum.* C

p Quia non ſunt do. *id eſt ſeruientes ei.*

q Præuarica. enim &c. *id eſt decem tribus primò quæ erant iam captiuatæ in Aſſyrios.*

r Et domus. *i. duæ tribus poſtea.*

s Negauerunt do. *ſ. facto idolis immolando.*

† rebelliones

t Neque ve. ſuper nos ma. *à Ieremia & alijs prophetis nunciatum: ſic enim falsò eſtimabant, ideo ſequitur.*

u Prophe. fue. in uen. *i. pro nihilo. Et reſponſum non fuit in eis: quia non eſt ſequuta aliqua correctio.*

x Hæc ergo. *Hic conſequenter ponitur debita pœna: & primò ponitur huius pœnæ comminatio. ſecundò comminationis ratio, ibi: Quòd ſi dixeritis. Circa primum dicitur: Hæc ergo euenient eis. id eſt pęnæ quæ ſequuntur.*

Diuiſio

† ſociabantur turmatim. Vt equi ſaturati ſingulo mane erant

y Ecce ego. &c. in ignem. *Verbum eſt domini ad Ieremiam: qui prophetauit ciuitatem ſuccendendam ſuprà. 1. capit.*

z Et populum iſtum in ligna. *Quia multi de populo cum ciuitate fuerunt combuſti.*

a Ecce ego adducã ſuper vos Gentem de longin. *Quaſi diceret: Non miſerebitur veſtri ex aliqua familiaritate priſtina, ſicut ſolet eſſe inter vicinos.*

b Gentem robuſtam. *Cui non poteritis reſiſtere.*

c Gentem antiquam. *Quia Nemroth citò poſt diluuiũ regnauit in Chaldea: quaſi diceret exercitata eſt in armis ab antiquo.*

d Gẽtem cuius ignorabis linguam. *Et ideò preces tuæ non valebunt apud eam: quia non intelliget te, nec tu eam.*

e Pharetra eius quaſi ſepulcrum patens. *Quaſi diceret: in ea ſunt optimi ſagittarij, ita quod percuſſi ab eis ſtatim moriuntur, & ad ſepulcrum portantur.* D

† vt gluma ante votũ, & nihil erit in eis

f Vniuerſi fortes. *Ad ſuſtinendum belli labores.*

g Et come. ſege. tuas & pa. tuum. *id eſt deſtruet omnia bona tua in rebus, prole, & animalibus, & terræ fructibus.*

m a Ve-

## NICO. DE LYRA.

a Confortatæ &c. *Poſt tempus dictæ captiuitatis, & potiſſimè tempore Chriſti: à quo Iudæi per deceptionem Sacerdotum & Phariſęorum fuerunt auerſi: vt dictum eſt ſuprà capitulo 3.*

b Super quo. *Hic conſequenter deſcribitur malitia omnium laicorum generaliter. Et diuiditur in duas partes: quia primò excludendo iuſtitiam eorum concluditur oppoſita malitia, & ſecundo ſubditur debita pęna, ibi: Hæc ergo. Circa primum dicitur: Super quo tibi propi. &c. quaſi dicat dominus. ex quo non eſt iuſtitia in vulgaribus nec in principibus ex parte populi: non poteſt tibi remediari: ideo de vtriſque ſubdit:*

c Filij tui. *i. maiores & minores: qui dicuntur filij regni Iudæ, & etiam Ieruſalem, quæ erat metropolis.*

d Dereliquerunt me. *Per idololatriam.*

e Et iu. in his. *ſcilicet idolis ad eorum reuerentiam.*

f Saturaui eos. *Replendo bonis temporalibus.*

g Et męch. ſunt. *Per idololatriam: quæ eſt ſpiritualis męchia, & etiam corporali luxuria, ideo ſequitur: Et in domo meretricis &c.*

h Equi amatores in fœ. *In hoc notat effrenatam eorum luxuriam: eò quod equi præ ardore libidinis aliquando inſaniunt poſt equas.*

i Vnuſquiſque ad vxo. &c. *id eſt ſigna luxuriæ prætendebat inuerecundè.*

K Nunquid ſu. &c. *quaſi dicat. Sic: Ideò conuertit ſermonem ad Chaldæos dicens.*

l Aſcen. mu. *Ciuitatem & Gentem.*

m Conſummationem autem. *id eſt totalem populi exterminationem.*

n Nolite face. *Quia illi qui fuerunt ad vitam reſeruati & in captiuitatem ducti, poſteà redierunt in Ieruſalem tempore Cyri.*

o Au-

## MORALITER.

* b *Super quo.* Hic oſtenditur propoſitũ quantũ ad utroſq; ſ. vulgares & principes ſimul, & arguuntur de infidelitate, cum dicitur à domino.

c *Filij tui de. &c.* Arguuntur etiam de luxuriæ fœditate, cùm dicitur:

h *Equi amatores in fœminas &c.* Et ſubditur pœna cum dicitur:

l *Aſcendite muros eius, & diſſi.* Auferendo ab eis præſidiũ Angelorũ. Sic in perſona eorum dicitur Iere. 51. a. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam.

m *Conſummationem autem no. fa.* Hoc dicitur eò quod in uita pręſenti poteſt peccator ſemper ad bonum reuerti.

s *Negauerunt dominum & dixerunt.* ſcilicet factis: de quibus dicitur ad Titum. 1. d. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

t *Neque veniet ſuper nos malum.* Sic enim dicunt aliqui peccatores. Deus non fecit nos ad damnandum, & verum dicunt ſi faciamus debitum noſtrum. ideo ſequitur:

y *Ecce ego do verba mea in ore tuo &c.* Debent enim prædicatores ignem gehennæ obſtinatis in malo denunciare.

a *Ecce ego adducam ſuper vos Gentem de longinquo domus Iſra. &c.* id eſt dæmones de inferno qui dicuntur hic gens robuſta: quia non eſt poteſtas ſuper terram, quæ eis comparetur: Iob 41. d. Et gens antiqua. Nam à mundi principio peccauerunt.

g *Et come. ſegetes.* i. conſumet omnia bona tua.

* Quòd

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E nem pecorum, ſubuerſionem vrbium & murorum, quod gladio hoſtili cuncta capiantur.

a *Veruntà.* Reliquiæ. ſ. ſaluæ fient, vel eorum qui in Babylonem ducti ſunt, vel relicti ad culturã terræ Iudææ, vel eorum qui poſt perſecutionis ardorem vel fuga vel confeſſione fidem Deo ſeruauerunt.

Tropolo. 1 Ioh. 2. c b *Quòd ſi dixe.* Tropologicè. Poteſt hoc ſuper Hæreticis accipi, de quibus: A nobis exierunt, ſed ex nobis non erant &c. Hæreticos namq; proijcit dominus ab eccleſia, qui multo tempore ſub nomine eius, mendaciorum ſuorum ſimulacra venerati ſunt, vt foris ea colant, vt paleæ ſeparentur à tritico.

• dijs c *Dijs alie. in terra &c.* Babylonijs & Chaldæis. Q. Si vos peregrina religio delectat, quid neceſſe eſt longinquum errorem ſuſcipere? Habitate immo ſeruite his quorum Deos colitis.

d *Audi po. ſtul.* Propriè ad Iudam loquitur, & ad domum Iacob. Iſrael enim multo iam tempore exulabat in Aſſyrijs.

† paucebitis. e *Qui non habes cor.* Dat intelligi, quòd abſque præcepto, naturaliter debemus intelligere quæ recta ſunt.

Pſ. 113. b f *Qui ha.* Cui ſimile: oculos habent, & non videbunt &c. Similes illis fiant, qui faciũt ea, & omnes qui confidunt in eis.

† præualebunt g *Iniquitates.* Si quando mare trãſcendat terminos, & pluuia retrahitur, manus domini non abbreuiatur, vt iſta non faciat. Sec peccata noſtra ad nos hæc veniẽtia declinauerũt, vt pergant ad alios qui non peccauerunt. vnde: Mandabo nubibus meis ne pluãt &c. (Iſa. 5. b) Poſſumus per imbrem temporaneum & ſerotinum, legem atq; Euãgelium accipere, & diuerſas vocationes à prima hora vſq; ad vndecimam: in quibus operarijs vineæ, vnum ęternæ præmium promittitur. (Matt. 20. a; † hebdomadas pręceptorum meſſis. i. ne pluat tempore meſſis)

F

h *Sicut deci.* Dum inuicem ſe venantur ad mortem, & aliorum damnis atque diſpendijs domos ſuas complent, ſecundum illam philoſophorum ſententiam: Omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui. Atque vtinam hęc tãtũm ab eis fiant qui foris ſunt, & non ã nobis, & venientium ad nos, non manus contempletur, ſed ora. († cauea)

Deut. 32. b Ibidem i *Incraſſati ſunt &c.* Cui ſimile: Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum. Et: Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. († ſuperauerunt in malis alios viros malos; † Iſa. 1. f)

Luc. 12. a K *Et impinguati.* In diuitijs confiſi: Q. dicat: Anima, multa bona habes poſita in annos plurimos: requieſce, comede, & bibe. († Inf. 9. c)

## NICOLAVS DE LY.

a *Veruntà.* i. exponatur vt ſuprà.
b *Quod ſi dixeritis.* Hic conſequenter ponitur dictæ comminationis duplex ratio. ſecunda ibi: Iniquitates. Prima rõ accipitur ex peccato idololatriæ, cũ dicit:
c *Dices ad eos.* Tu Ieremia ex domini perſona. († accipiebant)

d Si-

---

tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuum & armenta tua, & comedet vineam tuam & ficum tuam, & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Verũtamẽ in diebus illis, ait dominus, non faciam vos in conſummationẽ. † Quòd ſi dixeritis: quare fecit nobis dominus Deus noſter hæc oia? Dices ad eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis Deo alieno i terrã veſtra, ſic ſeruietis dijs alienis in terra non veſtra. Annũciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes: Audi popule ſtulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, & aures & non auditis. Mẽ ergo non timebitis: ait dominus, & à facie mea non † dolebitis? Qui poſui arenã terminum mari, præceptum ſempiternum quod non præteribit, & cõmouebuntur & non † poterunt, & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud. Populo autem huic factum eſt cor † incredulũ & exaſperans. Receſſerunt & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Metuamus dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiã temporaneam & ſerotinam in tẽpore ſuo, † plenitudinem annuę meſſis cuſtodientem nobis. Iniquitates noſtrę declinauerũt hæc, & peccata noſtra prohibuerũt bonum à nobis, quia inuẽti ſunt in populo meo impij, inſidiãtes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut † decipula plena auibus, ſic domus eorũ plenę dolo. Iõ magnificati ſunt & ditati, incraſſati ſunt & impinguati, & † prætererũt ſermones meos peſſimè. † Cauſam viduę nõ iudicauerũt, cauſam pupilli non direxerũt, & iudiciũ pauperũ non iudicauerũt. † Nũquid ſuper his non viſitabo, dicit dñs: aut ſuper Gentẽ huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? † Stupor & mirabilia facta ſunt i terra. Prophetę prophetabãt mendacium, & Sacerdotes † applaudebant manibus ſuis: & po-

¶Hoſtili.
a ¶Grandis ſtultitia, neſcire cur patiantur, cum tanta commiſerunt mala.
¶Breuis reſponſio.
a ¶Baal vel dijs alienis omnium Gentium. b ¶Iuda.
a ¶Multis modis peccatores retrahit ad ſalutem, & ſtultum vocat populum qui ſapientiæ reliquit autorem.
¶Simulacris ſimiles. ¶Qui tanta feci vobis.
a ¶Quaſi: Non dilectionem quæro perfectorum, ſed timorem incipientium.
a ¶Beneficia narrat, vt ingratos arguat.
a ¶Ne littora ingrediatur. b ¶Tam potenti elemento.
a ¶Quaſi. Me ſentiant quæ non habent ſenſum.
a ¶Quondam meo ſcilicet. b ¶Non ſolum contemnent.
a ¶Terga mihi dederunt. ¶Concito gradu.
a ¶Nec tacita eos retraxit conſcientia.
a ¶Per hæc omnia bona ſignificat.
¶A nobis.
a ¶Quia aperte negant Deum: Iniquitas atque peccatum, ſi confiteatur errorem, facile ad miſericordiam flectit Deum.
a ¶Cunctos deſpicientes.
a ¶Quia dare non poteſt. b ¶Iudicis eſt, aduocatum pupillo dare, & cauſam eius dirigere.
a ¶Quod iuſtum eſt. ¶Peccatis.
¶Tam malam. a ¶Affectus.
a ¶Omnia. b ¶De quibus ibo ad optimates.
a ¶Qui futura prædicunt. b ¶Nemo in his omnibus qui recta ſentiat. c ¶Qui facienda ex lege decernunt.
a ¶Quaſi: Populus non eſt quoque ſine culpa.

---

G d *Sicut dere.* Legem meam tranſgrediendo.
e *Et ſeruiſtis.* ſ. in Iudæa.
f *Sic ſeruietis.* ſ. in Babylone, vbi multi de Iudæis tranſlati, ſecuti fuerunt illius terræ idololatriam.
g *Audi popu. &c.* i. intelligentiã boni. Cor enim frequenter ponitur in ſcriptura pro mente ſeu intelligentia.
h *Qui habentes ocu.* ſ. carnis.
i *Non uidetis.* Oculis mentis.
K *Me ergo.* Quaſi dicat me debetis timere, & de offenſa mea dolere: Cuius ratio ſubditur:
l *Qui po. are.* i. terram aridam.
m *Termi. ma.* Quem non tranſit vltrà ſe effundendo.
n *Et commo.* i. quantumcunque commoueantur et intumeſcant fluctus eius, non tamen tranſeunt terminum à me præfixum, cum tamen nullam habeant cognitionem.
o *Popu. au. huic.* Ad imaginem Dei facto per rationem & intellectum.
p *Factum eſt cor incre.* Verbis meis per prophetas dictis.
q *Et exaſpe.* i. leges meas tranſgrediens. Cætera patent in litera.
r *Iniquitates.* Hic conſequenter ponitur ſecunda ratio, quæ accipitur ex peccato auaritiæ. Et primò continuatur litera hæc præcedẽti, cum dicitur: Iniquitates no. de. hæc. id eſt abſtulerunt. ſ. plenitudinem annuæ meſſis.
s *Et pec. &c.* ſ. bonũ ſpirituale & temporale, & ſubditur quomodo.
t *Quia inuenti &c. inſidi.* Simplicibus ad eos decipiendum & depauperandum.
u *Quaſi au.* Qui ſtudet decipere aues. & ideo ſubditur:
x *Sicut deci.* i. rete aucupum.
y *Plena auib.* Ab eis deceptis.
z *Sic domus eo.* i. bonis ſimplicium doloſè acquiſitis.
H a *Ideo magni. ſunt &c. & præte. &c.* Quia ſecundum quod dicit Apoſtolus. 1. Timot. 6. b. Radix omnium malorum eſt cupiditas. ideo ſubditur:
b *Cauſam non iudi.* Iuſtè ſed iniuſtè propter munera. Aliqui libri habent: Cauſam viduæ, ly viduæ nõ eſt in Hebræo nec in libris correctis.
c *Cauſam pu. non dire. &c.* Quia non ſperabant inde habere lucrum.
d *Nunquid ſuper his non viſitabo.* Quaſi dicat, immo pœnam debitam inferendo.
e *Stupor & mirabilia fa. ſunt in ter.* Et quæ ſint illa, ſubdit.
f *Prophe.* Scilicet falſi.
g *Prophetabant men.* Cum tamen fingebant, quod loquerentur quaſi ex ore Dei, qui eſt veritas.
h *Et Sacerdotes.* Qui præ alijs debent eſſe intelligentes.
i *Applau.* Eorum mendacijs.
K *Et popu. meus dile. talia.* Quia populus communis pronus eſt ad mala.

a Quid

## MORALITER.

b *Quòd ſi dixeritis, quare nobis fecit do. Deus no. hæc omnia.* Et reſpondetur duplex cauſa. Prima eſt multiplicatio peccatorum contra dominum. cum dicitur:
d *Sicut dere. me, &c.* Secunda eſt, multiplicatio peccatorum cõtra proximum, quæ tangitur cùm dicitur poſteà.
c *Quia inuen. &c.* ſ. ſimplicibus ad defraudandum eos verbis mendacibus.

Quid

---



## NICOLAVS DE LYRA.

A a *Quid igi. fiet:* Vos Sacerdotes & prophetæ falſi.
b *In nouiſſi. eius. ſ. populi mei. quando per Chaldæos occidentur & captiuabuntur. q. d. cum eis confuſibiliter moriemur & captiuabimini.*

## MORALITER.

a *Quid igi.* q. d. grauiſſimè punietur.
*In ca. v. vbi dicitur in Poſtil. Domine oculi tui reſpiciunt fidem.*

pulus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius?

a ¶Quondam, ſed poſtquam talia dilexit, meus eſſe deſiit.
a ¶Ab eis. ¶Iudicio vel captiuitate ſcilicet.

## ADDITIO.

Quòd dicitur hic: Domine oculi tui reſpiciunt fidem: propriè poteſt exponi de vera fide, per quam homo iuſtificatur, ſecundum illud Abac. 2. a. Iuſtus in fide ſua viuet: Quę quidem fides non erat in viris Ieruſalem, de quibus hic agitur: Quod propheta probat ex hoc, quod licèt Deus percuſſerat eos per aduerſarios, non tñ dolebant per penitentiam, eo qđ credebant quod hoc non procedebat ex prouidẽtia diuina, eo modo quo Philiſthini dicebãt. 1. Reg. 6. b. Nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. vnde perſeuerabant in pc̃tis ſuis, tanq̃ nõ eſſent à Deo flagellati. Et hoc eſt quod dicitur: Domine oculi tui reſpiciunt fidem, per quam iuſtus credit, qđ tu punis peccatores, quia das vnicuique ſecundum opera ſua, & tu reſpicis quod iſti non habent talẽ fidem, quod patet ex hoc, quia tu percuſſiſti eos & non doluerunt, ſed potius indurauerunt facies ſuas, & noluerunt reuerti, vt patet in litera. Et ſic ex ſua impenitentia arguit defectum fidei eorum. C

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. VI.

Confortamini. Quia iamiamque ab aquilone Nabuchodonor venturus eſt, ô habitatores Ieruſalẽ arma † corripite, vt hoſtibus poſſitis reſiſtere. Hæc omnia referamus ad eccleſiam, vt ſi † dereliquerit, & perſecutionis impetus fuerit, præparet ſe ad reſiſtendum.

b *Ieru. & in The.* Hier. Ieruſalem in tribu Beniamin ſita eſt: Thecuam, viculum in monte ſitum. xij. milibus ab Ieruſalẽ ſeparatum quotidie oculis cernimus. Inter hos alius vicus eſt, qui lingua Syra & Hebræa Bethacaren nominatur in monte poſitus.

c *Specioſæ.* Deſcribitur pulchritudo Ieruſalem, quę eſt ipſa Sion, vt aliud totam vrbem, aliud arcẽ vrbis ſonet. Sion enim arx id eſt ſpecula interpretatur. & ſpecioſæ mulieri cõparatur.

d *Paſtores.* Satis elegãter ponitur hic verbũ Hebræum, qđ quatuor literis ſcribitur. res, eyn, ioth. men. Si n. legatur Reim amatores, ſi Roim paſtores ſignificat. Vel iuxta metaphorã, pulchræ mulieris amatores, vel iuxta euerſionẽ vrbis, intelligantur paſtores, quorum alij feſtinant ad polluendum ſcortum, alij ad vrbis excidium.

B e *Væ n. qui decli.* Hiero. Illis dicentib. Surgite & aſcen. iſti reſpondent: Væ nobis &c. Et eſt hic ſenſus. Si per diẽ hoc patimur, quid p noctẽ patiemur?

f *Surgite.* Qui dixerunt, conſurgite & aſcendite &c. Seſe illis verbis prouocant ad bellum: Surgite & aſcendamus in nocte, vt ſciant aduerſarij nõ tẽporis eſſe victoriam, ſed virtutum.

g *Sicut fri.* Sine calore fidei, eccleſia ſpiritu feruẽtes. Mala autem frigida. vnde: Refrigeſcet charitas multorũ. Et illud: aſſimilabor deſcendentibus in lacum. Semel ſufficiat dixiſſe lacũ, non ſtagnum ſonare ſecundum Græcos, ſed ciſternã, quæ Syro & Hebręo ſermone Gab dicitur.

a Iniquitas

## NIC. DE LY. CAP. VI.

Confortamini. *Hic conſequenter excluditur remedium ſecundũ, ſcilicet Sacerdotum ſanctimonia, pro qua parceretur populo, ſi adeſſet. ſicut ad preces Aaron & oblatione incenſi extinctus fuit ignis qui deuorabat populum, Numeri xvi. Sed hoc remedium in hoc capitulo excluditur: Quod diuiditur in quatuor partes, quia primò punitio populi nunciatur. Secundò cauſa punitionis aſſignatur, ibi: Omnis calumnia. Tertiò, remedium per Sacerdotes euacuatur, ibi: A minore. Quartò denunciatio punitionis iteratur, ibi: Propterea. Circa primum dicit propheta.*

a *Confortamini filij Beniamin in medio Ieruſa. Ad defendendum eam. hoc aũt dicit, quia Ieruſalem pro vna parte erat in ſorte Beniamin.*

b *Et in Thecua clangi. Thecua enim & Bethacaren erant duo fortalitia in Iudæa in parte Aquilonari reſpectu Ieruſalem, & ideo in illis fuerunt poſita armatorum cuſtodia ad impediendũ iter exercitus Chaldæorũ venientis ex illa parte verſus Ieruſalem, vt dictũ eſt ſupra. c. 1.*

c *Specioſæ & deli. ſ. mulieri, quæ non poteſt ſuſtinere aliquid laboris.*

d *Aſſimila. fi. Sion. i. Ieruſalem. Quæ dicitur filia Sion, eo quod arx & regis palatium erant in monte Sion. & Ieruſalem intelligitur hic populus habitans in ea, & ideo quod dictũ eſt: Confortami. dicitur ironicè. q. d. propheta, ſic facietis vos præparantes ad reſiſtendum, ſed non poteritis: vnde ſubditur.*

e *Ad eam. ſcilicet Ieruſalem.*

f *Venient &c. id eſt principes exercitus regis Babylonis cum aciebus ſuis.*

## CAP. VI.

Confortamini filij Beniamin † i medio Ieruſalẽ, et in Thecũa clangite buccina, & ſup Bethacarẽ leuate uexillũ, quia malum viſum eſt ab aquilone, & contritio magna. † Specioſæ & delicatæ aſſimilaui filiam Sion: ad eam veniẽt paſtores & greges eorum. Fixerunt in ea tentoria in circumitu, paſcet vnuſquiſque † eos qui ſub manu ſua ſunt. † Sanctificate ſuper eam bellum, conſurgite & aſcendamus in meridie. Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ ſunt umbræ veſperi. Surgite, & aſcendamus in nocte, & diſſipemus domos eius. Quia hæc dicit dominus exercituum: Cædite lignũ eius, & efundite circa Ieruſalem aggerem. Hæc eſt ciuitas † viſitationis, omnis calumniæ in medio eius. Sicut † frigidam facit

¶Ieroſolymitæ. ¶Filij dexteræ.
a ¶Tuba.
a ¶Villa vineæ.
a ¶A quo ex adverſo mala ſuper terram.
a ¶Sicut adulterem amatores.
a ¶Principes. b ¶Exercitus Chaldæorum.
¶Ad obſidionem vrbis.
a ¶Princeps. b ¶Turmas ſuas. ¶Vel ſuam.
a ¶Poteſtate. b ¶Paſtores ſic dicunt gregibus ſuis. ¶Domini enim Imperium eſt. ¶Firmate.
a ¶Ieruſalem. b ¶Cito.
a ¶Non nocte, non per inſidias, plena luce pugnemus: nemo enim nobis reſiſtet.
a ¶Alij defecerunt.
a ¶Cui ſimile: Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbræ.
a ¶Vel fundamenta vallantur. b ¶Quaſi: De victoria certi ſumus, quia dominus præcipit. ¶Quæ firmitate murorum
a ¶Alias: Fodite. ¶Hic ſignificat vrbem non ſtatim, ſed longa obſidione capiendam.
a ¶Munitionibus faciendis. b ¶Enim.
a ¶Dei. ¶Viſitabo in virga iniquitates eorum. b ¶Sycophantia. ¶Hoc maximum inter peccata.
¶Ergo.

---

g *Fixerunt in ea. &c. ſic eam obſidendo, vt nullus poſſet egredi ad fugiendum, nec ingredi ad præbendum obſeſſis auxilium.*
h *Paſcet vnuſquiſque, principum dictorum.*
i *Eos qui ſub manu. de prædis terræ.* († de medio)
K *Sanctifica. &c. id confirmate, quia ſanctum, in vna ſignificatione idem eſt quod firmum.*
l *Conſurgite. Verbum eſt bellantium contra Ieruſalem, & mutuo ſe exhortantium.*
m *Et aſcenda. muros eius.*
n *In meridie. in quo deſignatur deſiderium eorum ad bellandum contra ciuitatem, quaſi non retracti præ feruore ſolis ab actu bellandi.*
o *Væ nobis &c. & ſic non poterimus eam capere ante noctem.* D
p *Surgite & aſcendamus in no. Totum iſtud dicitur ad exprimendum dictum deſiderium Chaldæorum, quaſi non retrahantur à bello propter tenebras noctis, & quando homines ſolent quieſcere à labore diurno.* († in loco ſuo)
q *Cædite lig. eius. id eſt ligna regionis in circuitu.*
r *Et fundite. id eſt effundite.*
s *Circa Ieruſalem ag. id eſt congeriem de lignis, terra & lapidibus ad implendum foſſata.*
t *Hæc eſt ciui, &c. id eſt punitionis à Deo.*
u *Omnis. Hic conſequenter dictæ punitionis aſſignatur cauſa, cum dicitur: Omnis calum. quia potentiores omnibus modis quærebant occaſiones contra minores ad rapiendum bona eorum.*
x *Si. fri. hoc eſt dictũ, quòd charitas in populo erat totaliter refrigidata, & per conſequens malitia augmentata, ſecundũ quod dicit Sal-*

## MORALITER.

a *Confortami.* Hic excluditur iuſtitia clericorum, & iniuſtitia concluditur per oppoſitum. Sed quia malitia cleri eſt occaſio tranſgreſſionis populi, ſicut dicit Greg. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt ad præcipitium grex ſequatur: ideo primò tangitur malum populi cum dicitur: Confortamini, &c. ad literam, dicitur ironicè: propter quod idem eſt ac ſi diceretur. Deſolamini, quia traditi eſtis in manu diaboli, per regem Babilonis deſignati. († quæ viſitanda eſt)
c *Specioſæ, &c.* quia ſicut mulier delicata non poteſt ſe defendere, ſic nec populus peccatis aſſuetus poteſt tentationibus dæmonis reſiſtere, ideo ſubditur.
x *Sanctificare, &c.* id eſt firmate. ſanctum enim in vna ſignificatione idem eſt quod firmum, & ſanctificare idem eſt quod firmare. Et ſubditur cauſa, cum dicitur.
u *Omnis ca.* ad ſubuertendum ſimplices & reſiſtere non potentes.
x *Sicut fri. &c. ſic fri. fe. &c.* Per hoc ſignatur quod abundantia iniquitatis facit refrigerium charitatis, ſicut dicitur Matth. xxiiij. b. Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Ex hoc autem ſequitur obſtinatio, propter quod ſequitur poſteà.

Ecce

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Iniquitas. LXX. Impietas & miſeria audientur in ea contra faciem eius: per omnem dolorem & flagellum erudieris Ieruſalem &c.

Heb.12.b b Erudire Ie. Hiero. Per hoc diſcimus, quòd flagellet Deus omnem filium quem recipit. & ideo plagis & tormētis eruditur Ieruſalem ut corrigatur, & non recedat anima Dei ab ea. Si quando igit crebris anguſtijs ſubiacemus, iſtius verſiculi recordemur: per omnem dolorem & flagellum erudieris Ieruſalem.

c Vſque ad racemum. Quaſi cùm vaſtata fuerit Ieruſalem, reliquiæ ſaluæ fient. Vel ſic: Ne vnus quidem racemus remaneat, & quomodo vindemiator, ſic quodcūque inueneris pertrahe in Babylonē, quaſi in cartallum vel in torcular.

d Incircunciſe &c. Notandū, quod circūciſio in ſcripturis dicitur tribus modis: In præputio, in corde, in auribus. vnde: Qui habet aures audiendi audiat.

Mat.11.b e Idcirco furore. Q. venientem iram Dei pſpicio, & furore eius & iracundia plenus ſum, et vltrà ſuſtinere non poſſum. Nec pro peccatoribus audeo deprecari Deum.

f Extendam. Lxx. Eleuabo, vtrique autem percutientis habitus eſt. vnde: Et adhuc manus eius extenta ſiue excelſa.

Iſa.5.f g Et curabant contri. Q. cum tanta facerent mala, tamen pſpera quæque populo meo nunciabant, & quaſi curare cupiebant vulnus & ignominiā filiæ populi mei dicentes, pax, pax. Hoc propriè de Sacerdotibus & doctoribus intelligendum eſt, qui diuitibus & honoratis repromittunt proſpera, & clementem prædicant Deum, magis illos ſupplicio & Dei iracūdiæ præparantes.

h Confuſi ſunt. † Depreſſius hoc legendum eſt iuxta Hebraicum ſermonem. Et cum inquit tanta fecerunt, nunquid confuſi ſunt? nunquid erubuerūt in ſceleribus ſuis? quin potius peccatum auxere contemptu.

i Neſcie. Noluerūt: ſed nimio contemptu & vitio violenti mali nec intelligere quidē potuerūt. Grandis impietas non ſolum non cauere, ſed nec intelligere velle peccata, & nullam habere diſtātiam bonorum malorumq; operum.

Mat.13.f k State ſuper vias. Legamus Euangelicam parabolam, in qua negociator bonus omnes vēdidit margaritas, vt vnam emat precioſam: vt ſcilicet per Patriarchas & prophetas veniamus ad eum, qui dicit: Ego ſum via, ve. vnde: State ſuper vias &c.

Ioh.14.a a Vocem

Margin notes: † ſuns; † Racemādo racemabunt ſicut vitem; Tribus modis dicitur circunciſio; Iſa.5.f; † amplius ferre non poſſum; † vxore; † Expreſſius; † leui ſermone

F

## NICOLAVS DE LYRA.

cit Saluator Marc.24.b. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. In Hebræo habetur: Sicut puteus efflūit aquam ſuam, ſ. continuè, ſic populus continuat malitiam ſuam.

a Iniquitas & vaſtitas audietur in ea, id eſt deſtructio & plaga.

b Erudire Ieruſalem. Verbum eſt domini quaſi compatientis.

c Ne fortè recedat anima mea à te. i. dilectio mea.

d Ne fortè po. &c. Vſque ad race. &c. li. vſque, tenetur hic excluſiuè, & eſt ſenſus, quòd ſicut pauci racemi euadunt manus vindemiatorum, ſic pauci Iudæi euadent manus Chaldæorum. ideo ſubditur:

e Conuerte ma. &c. ad carta. Quod eſt inſtrumentum quo portantur vuæ

---

† ciſterna aquam ſuam, ſic † frigidam fecit malitiam ſuam. Iniquitas & vaſtitas audietur in ea, coram me ſemper infirmitas & plaga. Erudire Ieruſalem, ne fortè recedat aīa mea à te, ne fortè ponam te deſertam terram inhabitabilem. Hæc dicit dominus exercituum. † Vſque ad racemum colligent quaſi in vinea reliquias Iſrael. Conuerte manum tuam quaſi vindemiator ad † cartallū.

Cui loquar, & quem † cōteſtabor, vt audiat? Ecce incircuncīſæ aures eorum, & audire non poſſunt. Ecce verbum domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud. † Idcirco furore domini plenus ſum, & † laboraui ſuſtinens. Effunde ſuper paruulum † foris, & ſuper conſiliū iuuenum ſimul. Vir enim cum † muliere capietur, ſenex cum plēno dierum. Et trāſibūt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter, quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, dicit dominus. † A minore quippe vſq; ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt † dolum. Et curabant cōtritionem filiæ populi mei † cum ignominia, dicentes. Pax, pax, & nōn erat pax. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierūnt. Quamobrē cadent inter ruentes, in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit dominus. Hæc dicit dominus: State ſuper vias & † videte, et interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris.

Interlinear glosses: a ¶ Vel aut. ¶ Quia. a ¶ Quia nolunt. Non poſſe enim de contemptu & inſidelitate deſcendit. b ¶ Ideo. c ¶ Quod datum eſt eis in ſalutem. a ¶ Vitio eorum verſum eſt in pœnam. a ¶ Propheta ad Chaldæum. b ¶ Fororem. c ¶ Nulli parcet iratus. a ¶ Qui ad repugnandū arma corripuerant. b ¶ Dulciſſima eius nomina pariter ſentient captiuitatem. a ¶ Patet quod ſenectus non eſt ætas vltima. b ¶ Quem decrepitum vel depoſitum dicimus. a ¶ Hæc omnia referimus ſpiritualiter ad eccleſiam, ſi dominum oſtenderit. a ¶ Coniunx ſcilicet & poſſeſſio. a ¶ Qui ſemper in vitio. ¶ Vnde: Væ habitatoribus terræ. a ¶ Radix omnium malorum auaritia. b ¶ Qui mendacium prophetat. a ¶ Q. peruerſe interpretantur legem Dicit enim alio loco propheta: Quærite legem à Sacerdotibus. ¶ Omnino. a ¶ Nec ſcientiam quidem nec ſenſum pœnitentiæ habuerunt. b ¶ Qui prius ſtabant. c ¶ Vitijs ſuis. a ¶ Pœnæ. ¶ Nabuchodonoſor. a ¶ Ruentibus ſociati. a ¶ Prophetas. b ¶ Sic. a ¶ Diligenter inquirite. b ¶ Quæ multorum ſanctorum trita veſtigia. a ¶ In Euangelio. b ¶ Quaſi: Hæc via inū nta præbet refugium animabus credentium.

---

vuæ ad preſſorium, & eſt verbum domini directum ad exercitum Chaldæorū, qui partim occiderunt, & partim captiuauerunt ipſum populum ducentes ad preſſorium mortis & anguſtiæ. In Hebræo habetur: Adijce ratas ſcrutationes. per hoc deſignatur captiuatio Iudæorum, qui remanſerant cum Godolia: quo interfecto fugerunt in Aegyptum contra conſilium Ieremiæ, vt habetur infrà, 43.ca. & ibi cum Aegyptijs perierunt per Chaldæos, vt habetur infrà 44. cap.

f Cui loquar. Verbum eſt Ieremiæ de deſperatis de Iudæorum correctione: ideo ſubdit:

g Ecce incir. au. eorum. In Hebræo habetur, obturatæ.

h Ecce ver. do. Quod eſt peſſimū: quia peius eſt ipſum vituperare quam non audire. propter quod ſubdit propheta.

i Idcirco fu. do. i. eius vindicta.

K Plenus ſum. Quia plenè reuelata eſt mihi ſuper populum futura.

l Laboraui. ſu. id eſt populo meo compatiens.

m Effunde. i. effundens dictā vindictam, & loquitur Ieremias ad dominum.

n Su. par. for. q. d. non parces alicui ratione ætatis, ſexus, aut conditionis.

o Et tranſibunt. id eſt bona de domibus eorum.

p Agri. Bona agrorum, Chaldæi enim nō remanſerunt in terra ad poſſidendum domos & agros in Iudæa.

q A min. Hic conſequenter excluditur remedium, quod poſſet haberi per Sacerdotium, & primò propter malitiam eorum, ſecundò propter diſplicentiam ſacrificiorum, ibi: Vt quid. Circa primum dicitur: A minore quippe. id eſt à leuita, qui miniſtrabat Sacerdoti.

r Vſque ad maiorem. id eſt ſummum ſacerdotem.

s Omnes auari. ſtu. Varijs cautelis & dolis ſubtrahendo bona laicorum.

t Et curabant &c. i. deſtructionem Ieruſalem per prophetas domini nunciatam.

u Cum igno. i. cum falſitate.

x Dicentes. pax, pax. ſcilicet populo & ciuitati.

y Confu. ſunt. i. confundentur in deſtructione ciuitatis, quia tunc eorum falſitas apparebit, & ipſi ignominioſè occidentur & captiuabuntur.

z Quinpotius &c. Quia etiam ante deſtructionem ciuitatis apparuit eorum falſitas in multis: de quo non erubeſcebant, ſed magis errorem ſuum mendacijs palliabant.

a Quamobrem &c. Quia in captione Ieruſalem fuerunt cum alijs partim occiſi & partim capti.

b State ſuper uias. id eſt varios viuendi modos.

c Et videte. Inſpiciendo ſcripturas.

d Et interrogate. à prophetis domini, qui ſciunt intellectum ſcripturarum per reuelationem ſpiritusſancti.

e De ſemitis anti. i. antiquorum. ſcilicet Abraham, Iſaac, & Iacob, & aliorum ſanctorum patrum.

f Et ambu. in ea. Aliter etiam eius cognitio non proficeret.

g Et inuenietis re. &c. In ſinu Abrahę cum patribus ſanctis.

a Et

## MORALITER.

g Ecce incir. &c.

q A mi. Hic ponit occaſio dicti mali, eſt malitia cleri, ut pdictū eſt, de qua dr: A mi. ſ. clero habēte ſolū tonſuram.

r Vſque ad. qui habet pontificalem dignitatem.

s Omnes aua. ſtu. qui per diuerſas cautelas pecunias extorquent.

s Et à pro. &c. i. à ſimplici prædicatore uſq; ad curam habentem.

t Et cura. excuſando potentum peccata propter quæſtum, propter quod cum ipſis damnabuntur, & grauius: ideo ſubditur.

a Quamobrem cadent inter ruen. Et quoniam ſacrificia talium non ualent eis, ſequitur poſtea.

Vt

---



a Vocem tu. Hier. Vocem tubæ, mandata Euangelij vel doctrinam Apoſtolorum. vnde: In mōtem excelſum aſcende tu qui Euāgelizas Sion, exalta ſicut tuba vocem tuam, qui annūcias Ieruſalem.

b Vt quid mi. thus. Q. Fruſtra mihi ad vnguenta cōficienda, quæ in lege præcepta ſunt, ſuauiſſimi odoris pigmēta confertis, & holocauſta ſuccenditis, qui meam in lege voluntatē non facitis vnde ſuprà: Vocem meam, nō audierūt, &c. Alleg. Hoc propriè cōuenit his qui de rapinis & nudatione miſerorum offerunt ſacrificia & eleemoſynas, & ex iniquitate putant ſe redimere peccata, cū ſcriptura dicat: Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ eius.

c Patres & fi. Filij patrum ſequuntur blaſphemias, quotidie illam imprecationem ſuſcipientes: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

d Ecce po. Propriè hoc dicitur de Babylonijs, qui venturi ſunt contra Ieruſalē: Et omnis armaturæ ordo deſcribitur, & prælianitum impetus, vt terrore cōmoti agant pœnitentiam, & Deum clementiſſimum placent.

e Vox eius. Allego. Hiero. Poſſumus hoc teſtimonio abuti tempore perſecutionis, quando omnis aduerſum nos diaboli rabies concitatur, cuius nulla miſericordia eſt: & quaſi vehementiſſimi maris fluctus ita opprimunt reſiſtentes.

f Nolite exire. Euangelium quoq; docet non eſſe exeundum in agrū, nec de tectorum altitudine deſcendendum. Sed illud audiendum: In monte ſaluum te fac. Ad quem in Iſaia & Michęa iubemur currere. Præcepit iuxta literam, ne foras exeant, ne muros deſerant, ſed firmiſſimè ſe tueantur munitionibus.

g Et probabis. Quaſi. Vt cum probaueris & ſcieris viam populi delinquentis, tunc intelligas argentum ęre mixtum nulla ratione purgari Quomodo enim plumbum immiſcetur metallis, quæ ſunt adulterata, vt aliena ſeparetur materia, & ſi fortè purgata fuerint, plumbū omnino cōſumitur, et in nihilum redigit, ſic doctrinę ver-

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et dixerunt. Facto.

b Non ambulabi. Quia viuebant modo contrario.

c Et conſt. ſu. vos ſpe. ſ. prophetas ſanctos. ſecundum quod dicitur Ezech. 3. d. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.

d Audi te no. tu. Sancti p ophetæ, qui dicūtur tuba, eò q̄ ſicut tuba materialis non pōt emittere ſonum niſi inſufflata, ſic prophetæ ſancti loquebantur à Deo inſpirati. 2. Pet. d. Non voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia, ſed ſpiritusſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.

e Et dixe. non audi. Quia prophetis non credebant, ſed magis eis calumniam inferebant, vt habetur infrà. 20. propter quod ſubditur pœna eorum cum dicitur: Ecce ego adducam mala &c.

f Fructum cogi. eius. Fructus eſt vltimum quod de arbore expectatur, & ſimiliter pœna vel præmium eſt illud quod pro opere malo vel bono vltimò recipitur.

g Vt quid. Hic excluditur remedium per ſacerdotes quantū ad ſacrificia per ipſos oblata, quæ non erant ira Dei placatiua. propter quod dicitur in perſona Dei: Vt quid mihi thus

---

Et dixerunt: non ambulabimus. Et conſtitui ſuper vos † ſpeculatorem. Audite vocem tubæ, & † dixerunt: Non audiemus. Ideo audite Gentes, & † cognoſcite congregatio, † quāta ego faciam eis, Audi terra: † Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationū eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. † Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum ſuaue olentem de terrā longinqua? Holocauſtomata veſtrā non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Propterea hæc dicit dominus † Deus: Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas, & ruent in eis patres et filij ſimul, vicinus & pximus peribūt. Hęc dicit dñs: Ecce populus venit de terra aquilonis, & Gēs magna cōſurget à finibus terræ. Sagittā & ſcutū arripiet, crudelis eſt, & nō miſerebitur. Vox eius quaſi mare ſonabit, & ſuper equos aſcendent præparati quaſi vir ad preliū, & aduerſū te filia Sion. Audiuimus famā eius diſſolutę ſunt manus noſtræ. Tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientē. Nolite exire ad agros, & in vineam ne ambuletis: qm gladius inimici pauor i circumitu. Filiā populi mei accingere cilicio, & cōſpergere cinere. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarū: quia repente veniet † vaſtator ſuper vōs. † Probatorem dedi te in pōpulo meō † robuſtū, & ſcies & probabis vias eorum.

Interlinear glosses: a ¶ Eccleſiaſtico. b ¶ Per viam ſcilicet Euangelij. c ¶ Hæc propheta dicente propriè de perfidia Iudeorum, etiam infert Conſtitui ſu. vos ſpe. a ¶ Scilicet Apoſtolorum chorum. vnde: Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. a ¶ Dicens. b ¶ Inuitati ad cenam noluerunt venire. a ¶ Vnde: Ecce conuertimur ad Gentes. a ¶ Alias cognoſcite qui paſcitis gregem, o epiſcopi ſcilicet & presbyteri. b ¶ Non Iudaica ſed omnium nationum. a ¶ Incredulis. b ¶ Totus orbis, ſicut illud Iſa. Audi cœlum & auribus percipe terra, quæ ſcilicet dominus populo Iudæorum ſacturus ſit. a ¶ Supplicia. a ¶ Q. reſponde, non audiemus. b ¶ Non ſuper Gentes, quę vocandæ ad veritatem. b ¶ Vel auerſionum eius. vnde: Labores manuum tuarum. ¶ Quia manducabis. ¶ Ante cordis. a ¶ Indomabili ceruice. a ¶ Vnde thura veniunt ſecundum illud Vergilij. Centumq; Sabeo thure calent aræ. a ¶ Hebraicè cenen. pro quo. LXX. & Theodotio cinnamomum tranſtulerunt. a ¶ India ſcilicet, de qua per mare rubrum veniunt. a ¶ Non mea. b ¶ Quia non in vobis. a ¶ Quantum in vobis eſt. a ¶ Hæc omnia quotidie impleri videmus. a ¶ Nihil in eis fortè ſed omnis infirmitas apud eos eſt. b ¶ Sanguis eius ſuper nos. c ¶ Quia pariter peccauerūt. ¶ Non ſolum ſcilicet illi, ſed omnes qui legem ſequuntur ad literam occidentem. ¶ Vt etiam voce terreat. a ¶ Dat occaſionem rogandi dominum ac placandi. a ¶ Reſponſio populi cui per prophetam dominus comminatus eſt. b ¶ Babylonij. c ¶ Timore non poſſumus leuare manus. a ¶ Dolore parturient i affirmant, nihil eſſe grauius his quæ ſenſerunt. a ¶ Sed. b ¶ Docet quid facere debeat, conuertantur, ſcilicet ad pœnitentiam, & hanc firmiſſimam habeant armaturam. a ¶ In Heb. ſolitarij. ¶ Nihil dolentius quam vnigenitum vel ſolum perdere filium. a ¶ Nabuchodonoſor vel diabolus. b ¶ Affectuoſe, quod ſuper populum venturum eſt, ſuper ſe Deus venire teſtatur. c ¶ Dominus ad prophetam. a ¶ Incredulo. b ¶ Quondam. c ¶ Vt nihil timeas, vllas populi inſidias.

---

thus de Saba affertis? In illa enim terra inuenitur thus lucidiſſimum, quod ponebatur in thymiamate cremando in altari incenſi, Exod.30.

b Et calamum ſuaue olen. de terra long. id eſt de India. Eſt autem calamus arbor aromatica gracilis & nodoſa ad modum cannæ vel arundinis. & ponebatur in ſacra vnctione, qua vngebantur vaſa diuino cultui conſecrata, Exo.30.

i Holocauſtomata veſtra. i. ſacrificia totaliter incenſa.

K Non ſunt accepta. Quia ſacrificia veteris legis non erāt accepta ex ſeipſis, ſicut Eucharistia, quæ eſt ſacramentum nouæ legis: ſed erant tantummodo accepta ex fide & deuotione offerentium: ſacerdotes autem iſti erant infideles & indeuoti, vt patet ex prædictis, & ideo ſacrificia & victimæ eorum non placebant Deo.

l Propterea. Hic conſequenter excluſo remedio ex parte ſacerdotum, iteratur denunciatio punitionis. Et primò ponitur hæc iteratio, ſecundò infertur quędam concluſio, ibi: Probatorem. Circa primum dicitur: Propterea. id eſt propter mala ſuprà dicta.

m Ecce ego dabo in popu. iſtum ruinas, ſcilicet famis, gladij & captiuitatis.

n Ecce populus venit de terra aquilonis. ſcilicet exercitus Nabuchodonoſor, qui intrauit Iudæam ex illa parte.

o Gens magna. id eſt fortis & ad prælium docta.

p Crudelis eſt. & ſic non parcet alicui pietate ducta.

q Vox eius quaſi mare ſonabit. id eſt terribiliter ſicut ſonus maris ex vndarum colliſione eſt terribilis.

r Audiuimus famam eius. & loquitur Ieremias ex perſona populi Iudæ.

s Diſſolutæ ſunt ma. no. Præ timore. Timor enim cordis cauſat tremorem in exterioribus membris. Cætera patent vſque ibi:

t Filia populi mei. i. Ieruſalem, quæ dicitur populi filia, eò q fuit ab eo ędificata. Vel ad literam: Filia. i. filiæ, accipiēdo ſingulare pro plurali: ſicut Exo.8.f. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.

u Accingere ci. In ſignum triſtitiæ & doloris: Mulieres enim in talibus tribulationibus oſtendunt maiora ſigna triſtitię & doloris quam viri.

x Luctum vni. f. t. i. ſimilem luctui quem facit mater pro morte vnigeniti filij ſui, qui eſt maximus & amariſſimus.

y Probatorem. Hic ex prædictis infertur concluſio. ſ. quòd labor Ieremiæ ad reuocandum ſacerdotes & populum de malo ad bonum, non habuit aliquem effectum, ſicut labor examinatoris ſeu probatoris alicuius metalli, quando metallum illud non purgatur, ſed magis in ſcoriam & cineres conſumitur, & hoc eſt quod dicit dominus Ieremiæ: Probatorē, id eſt examinatorem.

z Dedi te in populo &c. robuſtum. & ſci. Quia propter quaſcunque minas & perſecutiones nō dimiſit arguere eius malum: Sed quia correctio non fuit ſecuta, ideo ſequitur:

a Omnes

## MORALITER.

g Vt quid mihi thus de Saba af. Circa quod ſciendum, quòd omnia ſacrificia veteris legis figura fuerunt vnius ſacrificij perfecti. ſ. Euchariſtiæ: quod licèt in ſe ſit bonum & ſanctum tamē ſi offeratur pro obſtinatis in malo, eis non ualet, & offerenti indignè multum nocet: quia iudicium ſibi manducat & bibit. primæ Corinth. 11. propter quod replicatur pœna cùm ſubditur, poſtea:

n Ecce po. ve. i. exercitus demonis ad torquendum malum clerum in pœnis: Et ſubditur cauſa quæ eſt deſperatio correctionis, cùm dicitur verſus finem ca.

Defeci

Margin notes: † ſpeculatores; † & dixi; Diuiſio; † Deus; Infra 17.b; † munitionē, turrim; † munitionē inquam; G; H



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

verbum & ſermo propheticus perit in his qui audire contemnunt. Dicamus & ſup his, qui ſicut aſpides ſurdæ obturant aures ſuas, ne audiant vocem incantantium.

Moraliter a *Omnes iſti.* Grego. Principes ſunt à domino recedentes & inobedientes, qui peruerſè ambulant & fraudulenter. De

Iob.28.a hac.n.conflatione legitur: Habet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo conflatur. In argento, eloquium: In auro, vita vel ſapiẽtiæ claritas ſignatur. Et quia hæretici ſic de eloquij nitore ſuperbiũt, vt nulla ſacrorum librorũ autoritate ſolidentur (qui nobis ad loquendum quaſi argenti venæ ſunt, quia de ipſis loquendi originem trahimus) eos ad ſacræ autoritatis paginas reuocat, vt ſi verè loqui deſiderant, inde quid loquantur ſumant. Et auro locus eſt in quo conflatur. Q. Vera fideliũ ſapientia (cui vniuerſalis eccleſia eſt locus) tribulationem nobis perſequẽtibus patitur, ſed à cunctis pctõrum ſordibus perſequutionis noſtræ igne purgatur. Vñ:

Eccl.2.a Igne probatur aurum & argẽtum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Vel auro locus eſt in quo conflatur: quia quiſquis extra vnitatẽ eccleſiæ patitur, põt quidem pati, ſed non poteſt martyr fieri.

Martyres non fiunt extra eccleſiam. Hunc ergo locum ò hæretici conflationis quærite, hãc fornacem, qua aurum rectè purgatur, inuenite. Si quid p Deo amaritudinis, ſi quid tribulationis extra hunc ſuſtinetis, incendi poteſtis, nõ purgari. vñ: Fruſtra confla.con.ma.n.eo. non ſ. Et alibi:

1.Cor.13.b Si tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt. Alij.n.de Deo praua ſentiunt: alij à proximorum ſocietate diſſentiunt. Illi errore fidei, iſti ſchiſmatis diuiſi ſunt. Vñ in principio decalogi vtrorumq; culpa reprimitur, cum diuina voce dr̃: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. ſtatim ſubditur:

Deut.6.a Matt.22.d Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Qui enim de Deo praua ſentit, non eum diligit: Qui ab eccleſiæ vnitate diſcordat, proximum non amat.

(¶A domino.)

Omnes iſti principes †declinantes, ambulantes fraudulenter, ęs & ferrũ vniuerſi ſunt corrupti. Defecit (¶Nihil proficiens.) ſufflatoriũ, in igne cõſumptum eſt (¶Verbum Dei. ¶Alias argentarius.) plumbũm, fruſtra conflauit conflator. Malitiæ.n.eorum non ſunt con(¶Ergo. ¶Non aurum.)ſumptę. Argẽntum reprobum vocate eos, quia dñs proiecit illos. (¶Longè a ſe.)

## NICOLAVS DE LYRA.

a Omnes iſti principes decli. *à cultu domini per idololatriam.*
b Ambulantes frau. *Dolo & calumnia alios bonis ſuis defraudantes.*
c Aes & ferrum uniuerſi. *id eſt incorrigibiles: & ideo ſubditur: Corrupti ſunt. & non emendati.*
d Defecit ſufflatorium in igne. *i. non habuit effectum verbum tuum.*
e Conſumptum eſt plumbum. *Loquitur de Ieremia ad modum aurifabri, qui fundit aurum vel argentum in igne, apponit ſimul plumbum vel ſtannum, vt calor ignis aurum vel argentũ non conſumat, ſed magis ſtannũ vel plumbũ, & iõ qñ ſtannũ eſt totaliter conſumptum, ignis conſumit aurum, vel argentũ poſitum in fornace, & ſic eo conſumpto labor aurifabri non habet effectum optatũ, ſed magis contrarium, & ſic Ieremias in correctione Iudæorum, ideo ſubditur:*
f Fruſtra conflauit conflator. *Vt patet ſententia ex dictis.*

## MORALITER.

d *Defecit ſuffla.* Loquitur de Deo ſicut de aurifabro, qui purgare uolens aurum apponit plumbum uel ſtannum, ne ignis conſumat aurum, ſed quando cõſumptum eſt plumbum, tunc conflatio nocet auro ipſum conſumendo. Deus autem ad purganda peccata aliquando conflat uerbis doctorum, & aliquando flagellis aduerſariorum, & quando ad neutrum ſequitur emendatio, fruſtra fit conflatio, & eſt ſignum quod talis peccator, qui uerbis & flagellis non emendatur, gehennæ reſeruatur.

*In ſexto cap. vbi dicitur in Poſtil. Ideo ſubditur: Ecce incircunciſæ aures eorum.*

## ADDITIO.

In Heb. in hoc loco non dicitur, aures obturatæ, ſed propriè dicitur, incircunciſæ aures. Sed quia auris incircunciſa intelligitur habere præputium, quod aures uidetur obturare, ideo per incircuncisionem aurium intelligitur earum obturatio.

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. VII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam a domino dicens:
b *Sta in por.* Per quam multitudo populi ad rogãdum dñm ingreditur, vt hac occaſione audiant quod dominus præcepit. Per qđ intelligimus duritiã Iudaici populi, q quaſi mẽdaces & veſanos habuerũt pphetas, & per occaſionẽ & celebritatem loci audite cogantur verbũ domini.

Virgo mente corrumpitur. b *Templum do.* Poteſt hoc conuenire illis virginibus, quæ iactãt pudicitiã, & impudenti vultu præferunt caſtitatem, cùm aliud habeant in cõſcientia. Virgo autem vera, & corpore & ſpiritu caſta eſt. Quid.n.prodeſt corporis pudicitia ſi mẽs eſt corrupta, vł ſi virtutes defuerint quas propheticus ſermo enumerat? Præcepit iſti populo Iudæorum, & hodie nobis,

†Inf.26.d qui videmur, in eccleſia cõſtituti, ne habeamus fiduciam in ſplẽdore ędificiorum & auratis laquearibus, & marmoreis parietibus, & dicamus: Templum do. templum do. Illud enĩ verè templum domini eſt, in quo fides vera, conuerſatio ſancta, & omnium virtutum chorus. †opera

a Ecce

## NIC. DE LY. CAP. VII.

VErbum. *Hic conſequenter excluditur tertium remedium, in quo confidebãt Iudæi. ſ. ſanctitas templi: propter quam credebant ad aduerſarijs defenſari: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc excluſio, ſecundò dicti confirmatio, ibi: Tu ego. Prima in duas. quia primò ponitur excluſio remedij, ſecundò deſtructio templi, ibi: Ite ad locũ. Prima in duas: quia primò excludit fiducia ĩ tẽplo ex omiſſione boni impoſiti. ſcđò ex cõmiſſione mali probibiti, ibi: Ecce vos. Circa primũ dicit Ieremiæ.* †direxeritis. Diuiſio. †23.q.5.c. regum.
b Sta in porta domus domini. *Vt omnes ingredientes & egredientes poſſint te audire. Cætera patent vſque ibi.*
c Bonas facites uias ueſtras. *id eſt opera.*
d Et ſtudia ueſtra. *id eſt cogitationes.*
e Et habitabo uo. in lo. iſt. *Veſtras preces exaudiendo. quaſi dicat: ſi iſta omiſeritis facere, non exaudiam: ideo ſubditur:*
f Nolite confi. in uer. men. *Quæ dicebantur à ſacerdotibus propter temporale lucrum, & quæ ſint illa ſubditur:*
g Templum do. *Sic.n.dicebant ſacerdotes, q omnia mala remitterentur eis ſi facerent multas oblationes. Et replicatur ter, vt ſacerdotes oſtenderent dictum ſuum magis firmum, qđ tamen erat falſum, quia primò requiritur pœnitentia de præteritis, & cautela de futuris: ideo ſubditur:*
h Quoniã ſi be. *id eſt benedictione dignas feceritis.*
i Vias ue. *i. operationes & cogitationes veſtras. Et explicat magis in ſpeciali, dicens:*
K Si feceritis. *Vos iudices.*
l Iudicium. *ſ. rectum quantùm ad intraneos, & etiam quantum ad extraneos: ideo dicitur:*
m Aduenæ. *& quantùm ad impotentes ſe defendere. ideo ſubditur.*
n Et pupillo & ui. non fe. calum. *& iſtud tangit iudices: vt in fauorem partis oppoſitæ non condemnent eos, & etiam alios inferiores, vt non moueant contra eos cãs iniuſtas.*
o Nec ſan. inno. effude. in lo. *Vos iudices innocentes condamnando, & vos inferiores falsò*

## CAP. VII.

VErbum qđ factũ eſt ad Ieremiã à dño dicẽs: Sta in porta domus dñi, & prædica ibi verbũ iſtud, et dic: Audite verbũ domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dominum. Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael. † Bõnas facite vias veſtras & †ſtudia veſtra, & † habitabõ vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini, templũ domini eſt. Quoniam, ſi † benedixeritis uias veſtras & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximum eius. † Aduenæ & pupillo, & viduæ nõn feceritis calumniãm, nec

(¶Clement.ſſimus medicus omnes ſanare deſiderat. ¶Quæ modo malæ. ¶Quia naturale eſt natale ſolum diligere, & nihil patria dulcius. Pollicetur prẽmia obedientius: habitabo vo in loco iſto. ¶Opera. ¶Cogitationes. ¶Hiero. Si iuſtitiam ſequuti fueritis. ¶Qui non poſſunt ſe defendere. ¶Si mala. ¶Defendendo.)

## MORALITER.

a *Verbum quod factũ eſt ad Ie. à do. di.* In hoc capitulo ſecundum ſenſum literalem excluditur falſa confidentia Iudæorũ de falſitate templi, qua credebant peccata ſua ſine pœnitentia expiari, quod eſt falſum. Moraliter autem per hoc ſignatur Chriſtiani, qui capellas ędificant de rapinis, uel miniſtris eccleſiæ eleemoſynas dant: per hoc credentes ſaluari ſine emendatione peccati, ideo talibus dicitur.
f *Nolite confidere in verbis men. dicentes: Templum do. templum do. templum do. eſt.* id eſt peccata ueſtra non expientur per prędicta abſque debita pœnitentia. Et dicitur ter templum domini, propter tres radices peccatorum. ſ. concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam uitę. Peccata namque ex eis procedentia non expiantur per modum prędictum, Et quoniam ędificia dicto modo facta citò cadere ſolent, ideo ſequitur poſtea:

Ite

---



A a *Ecce vos.* Fruſtra eos in templo habere fiduciam hæc peccata demonſtrant. Quid enim prodeſt audacter ingredi limen domus dñi, & erecta ſtare ceruice, & non ſolum cor, ſed & manus habere pollutas? Hæc ſpecialiter accidere in eccleſia nemo dubitat, quando præſentis temporis fœlicitatem cõſiderantes ſua peccata nõ contemnunt. Sed Deum non videre putant, quia non ſtatim vindicta conſequitur. Et in tantam prorumpunt amentiam, vt liberatos ſe iactent, quia à cultu Dei receſſerunt.
b *Spelunca.* Hiero. De hoc loco ſumptum puto quod dicitur in Euãgelio: Domꝰ mea do. orationis vo. vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Siue ut in alio Euangelio: Domum negociationis. Eccleſia Dei vertitur in ſpeluncam latronũ, quando furta, homicidia, adulteria, periuria, ſacrilegium, hæreſes & alia ſcelera uerſantur in ea, quando auaritiæ facibus principes inardeſcũt, & regum opes, quondam vile, aut certè non vile palliolum poſſidet. vnde infert: Ego ego &c.
c *Ite ad lo.* Vbi. ſ. fuit primum tabernaculum meum. vnde: Et repuli tabernaculum Silo. Sicut enim in cinerem lapſum eſt, ita & templũ, cum ſimilium fuerit habitatio peccatorum. Sicut autem Silo exemplum eſt templi, ſic templum vobis. vnde: Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem ſuper terram?
d *Ad vos ma.* Non quod ei tempus abſq; diluculo ſit, ſed quia poſt noctis quietẽ, corporis viribus inſtauratis, anima hominum vigẽtior ſit, & non voluptatibus occupata, audire & facere valeat quæ dicuntur. vnde: Mane exaudies vocẽ meam: Mane aſtabo tibi & vide. Et in Iſaia:
B De nocte ſiue diluculo cõſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram. vnde filij lucis dicuntur & nõ noctis neq; tenebrarum, nec dormientes, qui ſcilicet mandata Dei conſeruant.
e *Sicut feci Si.* Abieci Silo, abiecturus & templum, abieci decem tribus, abiecturꝰ & duas tribus. Quidquid illi populo minatur, timeamus & nobis, ne ſimilia faciamus.
f *Tu ergo noli.* Hier. Ne videatur propheta rogans non impetrare quod poſtulat, prçcepit dominus ne oret pro populo peccatore, & nullã pœnitentia agente.
g *Et non ob.* Sanctorum preces iræ Dei poſſunt obſiſtere. vnde Moyſi dicitur: Dimitte me vt percutiam populũ iſtum, &c. Et ſtetit Phinees & placauit, &c. Aaron quoque accepto thuribulo inter ignem & populum arſurum medius ſtetit, & ira Dei ceſſauit. Hiero. Duo ſunt quæ obſiſtunt orationibus ne audiãtur à domino, incorreptus ſcilicet & pmanens error, & cor impœnitens. Error enim nunquàm veniã promeretur, ſed qui ab eo veraciter abſoluitur. Cor verò impœnitens in ſpiritumſanctum peccat, quo in vnũ populus Dei cõgregatur, quo ſpiritus immundus eijcitur, quo baptizamur, quo peccata omnia dimittuntur, & quem accipit eccleſia, vt cui dimiſerit peccata dimittantur ei, verbũ enim valde malum & nimis impium dicit contra ſpiritumſanctum cogitatione vel lingua, vt ſecundum duritiam cordis theſaurizet ſibi iram. hæc impœnitentia, hæc blaſphemia, vel verbum in ſpiritumſanctum remiſſionem non habet in ęternum.

a Nonne

ſanguinem innõcentem effuderitis in loco hoc, & poſt Deõs alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in lõco iſto, in terra quam dedi pãtribus veſtris à ſeculo vſque in ſeculum. Ecce vos confiditis vobis in †ſermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, †furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & † ire poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, ẽt dixiſtis: Liberati ſumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes iſtas. † Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? † Ego, ego ſum, ego ũidi dicit dominus. Ite ad lõcum meum in Silo, vbi habitauit nomẽ meum à principio, & videte † quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael. Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc dicit dominus, & loquutus ſum ad vos mãne conſurgens, & loquens & non audiſtis, † & vocaui vos & non reſpondiſtis: faciam domuĩ huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus veſtris, ſicũt fecit Silo, & proijciam vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim. † Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, & † non obſiſtas mihi: quia non exau-

(¶Simplices ſcilicet ſcandalizando. ¶Peruerſa dogmata adorando, quæ ſimulaſtis in malum vo. ip. ¶Quem vocaſtis, vel vocatis templum domini. ¶Apoſtolis & apoſtolicis viris. ¶Poſt opera mala. ¶Quod putatis occultum. ¶Ex prædictis docet fieri præſentia. ¶Similia ſcilicet. ¶Vt vos de tenebris liberarem. ¶Templo in quo confiditis. ¶Vt ſimilia peccata pari feriantur ſententia. ¶Decem tribus quibus præfuit Ieroboam de tribu Ephraim.)

*Deum. Iſta imponuntur hominibus facienda ſcilicet bene ſe habere in his quæ ſunt ad Deum, & in his quæ ad proximum.* C
b Habitabo vobiſcum in loco. *Exponatur vt ſuprà.*
c Ecce vos confiditis. *Hic conſequenter excluditur dicta fiducia ex commiſſione mali probibiti, cum dicitur: Ecce vos confi. vo. in ſer. men. Pſeudo prophetarum & Sacerdotum.*
d Qui non prode. vo. *Sed magis nocebũt. Minus.n.dicendo plus ſignat.*
e Furari. *Per quod nocetur proximo in rebus poſſeſſis.*
f Occidere. *Nocẽdo ei in perſona ppria.*
g Adulterari. *In perſona ſibi coniuncta.*
h Iura. mendac. *Iſta ſunt peccata contra Deum directè. Et per hoc deſignatur quòd ſacerdotes & prophetæ falſi informabant populum, quod omne peccatum cõmiſſum contra Deum vel proximum, remittebatur eis per ſolas oblationes in templo, quæ cedebant in vſum ſacerdotum in toto, cuiuſmodi erant oblationes pro peccato. De oblationibus autem pacificis vna pars cedebat in vſum offerentium. ideo ſubditur:* †verbis. † quòd furamini occiditis &c.
i Et veniſtis. *Confidenter, ſecundum informationem prædictam.*
K Et di. *Factis oblationibus veſtris.*
l Liberati ſu. *Ab omnibus peccatis.* † ambulare.
m Eò quod fe. abo. pec. *Quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo ſic, eò quòd fecerimus, &c. i. ab omni malo qđ fecerimus abſque alia ſatisfactione. Alio modo ſic, eò quod fecerimus abominationes iſtas, id eſt quod fecimus oblationes in templo, quæ ſecũdum veritatem erant abominationes ipſi Deo, quia de alieno erant factæ, & mala intentione. ideo ſubditur:*
n Nunquid ergo ſpe. la. fa. eſt dom. *q.d. Sic: Spelunca enim latronum eſt eis ad refugium, & ad repoſitionem ſuorum furtorum, & ſic ad templum recurrebant pro ſalute conſequenda, & ibi offerebant prædas & latrocinia.*
o Ite. *Hic ex prædictis nunciatur templi deſtructio, cùm dicitur: Ite ad loc. m. id eſt cultui meo deputatum.* † quid;
p In Si. *Quæ eſt ciuitas in ſorte Ephraim.* D
q Vbi ha. no. meum à prin. *Quia tabernaculum Moyſi & arca teſtamenti primò habuerunt ibi ſtabilem manſionem, vt habetur Ioſue. 18.*
r Et vi. qui fe. ei. *Quia locus iam erat deſtructus, & cultus domini inde ſublatus.* †Gen 28.d
s Et nunc quia feciſtis omnia ope. hæc, dicit dominus. *id eſt mala prædicta quæ ſunt tanta vel maiora quàm illa, propter quæ deſtructa fuit Silo.*
t Et loquutus ſum ad uos. *Per prophetas vos reuocando.* Trou.1.b Iſa.65.b
u Mane con. &c. *i. diligenter hoc faciens.*
x Et non audiſtis. *Vos corrigendo.*
y Faciam domui huic. *i. templo per Salomonem ædificato.*
z Sicut feci Silo. *Quod impletum fuit per Nabuchodonoſor, qui deſtruxit Ieruſalem & templum, vt habetur infrà.*
a Et proij. uos à fa. mea. *Eijciendo de terra veſtra in Babylonicam captiuitatem.* †Inf.14.b
b Sicut pro. om. fra. ve. *i. decẽ tribus, quæ iam erant in captiuitate inter Aſſyrios.*
c Vniuer. ſe. Ephraim. *Hoc dicitur, quia illa tribus erat principalior inter decem, & quia Ieroboam primus rex eorum fuit de tribu Ephraim.*
d Tu ergo noli orate pro po. hoc, ne aſſum. *Excluſo prædicto remedio, hic conſequenter ponitur dictæ excluſionis confirmatio. Et hoc ex tribus quę hic excludũtur: ſcilicet Ieremiæ oratio, & holocauſtorũ oblatio, ibi: Hæc dicit, & adhæſio populi cum Deo, ibi: Tonde capillum. Circa primum dicit dominus Ieremiæ. Tu ergo noli orare pro populo hoc, ne aſſumas pro eis. Et ſubditur poſt:* Diuiſio
e Et non obſi. mihi. *Rogando, quod non inferam ei prædicta mala.*
f Quia non exaudiam te. *Cuius cauſa ſubditur:*

a Nonne

## NICOLAVS DE LYRA.

*falsò accuſando, & in hoc monet eos, q ſe habeãt iuſtè erga pximũ.*
a Et poſt Deos alie. *Colendo ſolum Deum verum, vos bene habentes erga*

## MORALITER.

o *Ite ad locum meum.* Vbi fuit arca domini, & tamen fuit deſtructus propter malitiam populi, & ſic temporibus modernis deſtructa ſunt loca ſancta Iudęę propter peccata Gentis Chriſtianæ propter quod ſequitur:



Nonne

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Nonne vid.* Ne putemus crudelem Deum: qui nec rogari patiatur, cauſam reddit quare nõ audiat. Non ne vides.

b *Conflatur.* Hiero. Q.quod diu facere nolui, veſtrorum peccatorum multitudine facere compellor. *Super viros & ſuper iumenta.* Cum iraſcitur Deus, etiam homines, & quæ ſunt hominis ſimilem ſeueritatem ſentiunt.

† miſcent maſſam

† ſtellæ

c *Quia non ſum.* Manifeſtè oſtendit, quia primum decalogum dederit in lapideis tabulis, ſcriptum digito Dei, & poſt offenſam idololatriæ, caputq; vituli, iuſſerit ſibi hoſtias fieri magis quàm dæmonibus, auferens religionem puram mandatorum Dei, & concedens ſanguinem victimarum carniumque deſiderium.

Exod.31.

d *A die qua egreſſi ſunt.* Omne tẽpus medium dicit eos per offenſam domini tranſegiſſe. Neceſſaria ergo fuit Euangelica gratia, quę eos non merito ſuo, ſed Dei miſericordia conſeruaret.

e *Et loqueris.* Ne dubitetis induraſſe ceruices, &c. Ecce do locũ pœnitentiæ: Nec ideo loquor, vt fiant quæ dico, ſed quia futura, ideo prædico: Nunc ſaltem loquere eis verbis meis.

f *Hæc eſt gens, quæ non au.* Hoc in tempore prophetarum factum eſt, & in vmbra præceſſit: In Chriſto plenè completum eſt, cuius diſciplinam noluerũt audire. vnde eleganter infertur:

g *Perijt fides, & ablata eſt.* Quæ propriè Chriſtianorum eſt.

† De hac re

a *Tonde*

F

## NICO. DE LYRA.

a Nonne uides quid iſti faciũt in ciuitatibus Iuda et in pla.? *id eſt quàm horribile. quaſi dicat, dignũ eſt quod puniantur. Et quid ſit iſtud oſtenditur:*

*b* Filij colligunt lig. *Ad coquẽdum idololatriæ ſacrificia. ad hoc. n. pueri inducebantur à parentibus, ut nutriti in talibus, in ſenectute non recederẽt ab eis, ſecundum quod dicitur Prouer.22.a. Adoleſcẽs iuxta vitam ſuã, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.*

*c* Et patres ſuccendunt ignem. *Dantes filijs exemplum ſic faciendi, cum venerint ad ętatem adultam.*

*d* Et mulieres conſpergunt adipẽ. *i. farinam tritici delicatiſſimam, ſecundum illud Pſal. 147. a. Ex adipe frumẽti ſatiat te. in qua miſcebant aquam faciendo inde paſtam.*

*e* Vt faceant placentas. *id eſt panes rotundos & tenues.*

*f* Reginæ cœli. *Lunæ. & ſic patet, quòd omnes perſonæ domus intrinſecæ. ſci. vir, vxor & proles erant in illa idololatria occupatæ.*

*g* Et libent dijs ali. *Libamina ſunt oblationes de liquidis, vt de vino, oleo, & ſimilibus.*

*h* Et me ad iracundiam prouocent. *ſ. ad inferendum vindictam: quia ira & aliæ paſſiones non ſunt in Deo, ſed eius punitio dicitur ira, eò ꝙ ad modũ hominis irati ſe habet quando punit.*

*i* Nonne ſemet. *Supple prouocant.*

† veritas

*K* In confuſione uultus ſui. *Quaſi dicat. Sic, eò quod procurant per mala ſua per me confuſibiliter puniri. propter quod ſubditur:*

*l Ecce*

¶Intus & foris.
a diam te. Nonne vides, quid iſti faciunt in ci a
uitatibus Iuda & in plateis Ieruſalem? Filij b
a ¶Quaſi: Nulla eſt ætas, nullus ſexus, qui ab ipſa impietate diſſentiat.
colligũt ligna, & patres ſuccendũt ignem, c
& mulieres † conſpergunt adipem, † vt faciãt d e
a ¶Hieronymus. Vel præparationes, id eſt omne genus ſacrificij. b ¶Lunæ vel militię cęli, id eſt omnibus ſtellis. c ¶Qui non ſunt dij, ſed ſub nominibus deorum dæmonibus immolant.
plâcentas † reginæ cęli, & libent dijs âlie- f g
a ¶Sic. b ¶Quam non habeo ſcilicet. c ¶Quaſi: Hæc facientes, non intelligunt miſeri, quòd hęc contentio non me lędat, quem ira non mutat, ſed ipſos.
nis, ẽt me ad iracundiam prouocent. Nũn- h
quid me ad iracundiam prouocãt, dicit do-
a ¶Deum nunquam lędimus, qui lędi non poteſt, ſed nobis interitum præparamus theſaurizantes nobis iram in die irę. b †Ignominia ſempiterna erunt.
minus? Nõne ſemẽtipſos in cõfuſione vul- i K
tus ſui? Ideo hæc dicit dominus Deus: Ecce l
a ¶Quaſi: Ego naturaliter non iraſcor, ſed illi me ad iracundiam prouocant, ut meam uideant mutare naturam, ſentient igitur iratum, quod quantum poſſunt facere nituntur. b ¶Alias ſtillabit. id eſt moderatam pœnam inferet. Si autem in ſtilla tanta duritia eſt, quid ſi omnis imber fuerit effuſus? quod erit in futuro.
b furõr meus, & indignatio mea † cõflatur ſu m
per locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumẽ- n o
ta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges
a ¶Furor. b ¶Quoniam non agit populus in quo poſſit extingui.
terræ, & ſuccẽndetur & non extinguẽtur.
Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael: p
a ¶Quorum reprobauit templum reprobat ſacrificium, & publicè arguit. quia non veneratione ſui ſed epularum deſiderio immolauerunt.
Holocâuſtomata veſtra addite victimis ve- q r
c ſtris, & comedite carnes, quia non ſum lo- s t
quutus cum patribus veſtris, & non præce-
pi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti u
† de verbo holocauſtomatum & victimarum, ſed hoc verbum præcepi eis, dicens: x
a ¶Mandata in quibus religio pura.
Audite vocẽm meam, & ero vobis Deus, &
a ¶Proficientes.
vos eritis mihi populus, & ambulâte in om
a ¶Quaſi: vobis prouideo, non mihi, verus dominus ſum, non egeo ſeruorum officijs.
ni via quam mandaui vobis, vt bẽne ſit vo-
a ¶Me dicente: Audite vo. meam.
bis. Et non aûdierunt, nec inclinauerunt au- y
rem ſuam: ſed abierunt in voluptatibus ſuis, z
a ¶Contra illud Apoſtoli: Quæ retro ſunt obliuiſcens, in anteriora me extendi.
& in prauitate cordis ſui mali, fâctiq; ſunt a b
a ¶Pręterita cupientes. b ¶Futura contemnentes.
d retrõrſum, & non in ânte, à die qua egreſſi c
ſunt patres eorum de terra Ægypti vſque d
ad hanc diem. Et miſi ad vos omnes ſeruos e
¶Sicut ſupra.
meos prophetas per diem conſurgens dilu-
a ¶Patet, quia merito ſtillauit ira Dei ſuper populum contemptorem durę ceruicis.
culò, & mittens, & non aûdierunt me, ne
inclinauerunt aurem ſuam, † ſed indurauerunt ceruicem ſuam, & peius operati ſunt
¶Tamen.
e quàm patres eorum. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & vocabis f
a ¶Tamen. b ¶Tantę ſunt ſuperbię, vt dedignentur reſpondere. ¶Tamen.
eos, ẽt non reſpõndebunt tibi. Et dices ad g
¶Non populus.
f eos: Hæc eſt gens, quæ non audiuit vocem
domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam.
a ¶Chriſtianorum. b ¶Filij Dei fideiq; confeſſio.
g Perijt † fidẽs, & ablâta eſt de ore eorum. h

*l* Ecce furor meus, *i. vindicta mea.* G

*m* Conflatur ſuper lo. iſtum. *Ad deſtruendum ciuitatem & templum.*

*n* Super uiros. *Puniendo eos in perſonis proprijs.*

*o* Et ſuper iumenta et ſu. *Puniendo eos in bonis poſſeſſis.*

*p* Hæc dicit dominus exer. etc. *Hic conſequenter confirmatur propoſitum per excluſionem holocauſti Deo oblati, ita quòd non valeat populo ad aliquod remedium, cùm dicitur:*

*q* Holocauſtomata ueſtra. *Iſta erant ſacrificia digniora, eò quòd totaliter incendebantur ad diuinum honorem.*

*r* Addite uictimis ueſtris. *i. hoſtijs pacificis, quarum vna pars cedebat in vſum offerentium. ideo ſubditur:*

*s* Et comedite carnes. *ſ. holocauſtorum. q. d. non incendite pro me, quia in nullo placent mihi, ideo ſubditur:*

*t* Quia non ſum loquutus cum patribus ueſtris, et non præcepi. *De ipſis mihi offerendis.*

*u* In die qua eduxi eos de terra Ægypti. *Sicut patet Exod. 20. vbi Deus dedit præcepta decalogi populo, & de holocauſtis non fit ibi ſermo.*

*x* Sed hoc uerbum præcepi eis dicens, Audite uocem meam, et ero uobis Deus, et uos eritis mi. *Ex hoc patet Exod. 19. a. vbi dicit: Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium. Melior eſt enim obedientia quam victimę. primo Reg. 15. e. Sciendum tamen, ꝙ poſtea dominus per Moyſen præcepit holocauſta & victimas ſibi offerri à populo, ne talia offerrent idolis ad quod erãt proni, & ad experiendum obedientiam populi, & ad præfigurandum futuram immolationem Chriſti: Et propter hoc dictum eſt hic: Non præcepi eis in die qua eduxi &c. per quod non excluditur præceptum poſtea datum.* H

*y* Et non audierunt. *Obediendo.*

*z* Sed abierunt in uoluptatibus. *Quantùm ad delicias carnis.*

*a* Et in prauitate cordis ſui mali. *Seruiendo idolis.*

*b* Factique ſunt retrorſum. *à me recedentes.*

*c* A die qua egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti. *id eſt à tempore illius egreſſionis: quia tunc fecerunt & adorauerunt vitulum conflatilem, Exod. 32. b.*

*d* Vſque ad diem hanc. *Non quia cotinuè fuerint idololatræ, ſed pro maiori parte temporis, vt patet ex libris Iudicum, Regum, & Paralipom.*

*e* Et miſi ad uos omnes ſer. meos prophetas per diem. *ſcilicet reuocandos. Sic eſt in Hebræo, & mutatur modus loquendi de tertia perſona in ſecundam. Cætera patent ex ſupradictis vſque ibi:*

*f* Et uocabis eos. *Ad pœnitentiam.*

*g* Et non reſpondebunt tibi. *Per correctionem. Propter quod poſt ſequitur:*

*h* Perijt fides. *id eſt fidelitas populi erga Deum & proximum.*

*i* Et abl. eſt de o. eo. *Quia tantummodo loquuntur dolos & mendacium.*

Tonde

## MORALITER.

✻ a *Nonne vides, quid iſti faciunt in ciui. Iuda & in plateis Ieruſalem?* Dicitur enim, ꝙ ante deſtructionẽ multa peccata et enormia fiebãt in terra illa. Et quoniam hoc debet eſſe cauſa doloris omnibus bonis, ideò dicitur poſt:

✻ *Tonde*



A a *Tonde ca.* Apud veteres cõſuetudo fuit lugentiũ tõdere cęſariem, nunc econtra comam demittere luctus indiciũ eſt.

b *Excelſa To.* Hiero. Tophet Hebraicè, latitudo Latinè, qui locus eſt in vallẽ filiorum Ennon. Et Hebraicè dicitur Gehennon. Ge enim valle, Ennõ hominis nomen, vel gratiam ſonat. Et tradunt Hebræi ex hoc loco dictam gehennam, eò quòd omnis populus Iudæorum ibi offendens dominum perijt. In quo loco etiam filios ſuos in igne idolis conſecrauerunt.

c *Quæ eſt in valle.* Locum qui Siloe fontibus irrigatur, ſignificat, amęnus atque nemoroſus, & vſq; hodie hortorum præbet delicias. Hic autem Gentilitatis error omnes prouincias occupauit, vt ad capita fontium lucoſq; amęniſſimos victimas immolarent.

d *Et filias.* Si Iepthe obtulit filiam virginem, non ſacrificium Deo, ſed animus placuit offerentis. Neque enim ſi canis aut aſinus aut immũdum quodlibet animal primum occurriſſet, domino offerre debuiſſet.

e *Ecce di. ve.* Quando receſſit à fidelitate domini ſui, tunc incępit. Sed cum rex Ægypti veniret vt liberaret Ieruſalem, Nabuchodonoſor illum fugauit. Poſtea Nabuzardan obſedit eam, & cepit, & duxit Sedeciam in Antiochiam, & ibi orbatus.

f *Et quieſ.* Cum locus idololatriæ verſus fuerit in ſepulcra, vt vbi Deum offenderant, ibi cadauera eorum inhumata iacerent.

B

## NICOLAVS DE LYRA.

a Tonde. *Hic tertiò confirmatur propoſitum, excludendo coniunctionẽ & amicitiam populi cum Deo. Ad cuius intellectum, ſciendum, quòd prophetæ domini non ſolum prophetabant verbis, ſed etiam aliquando ſenſibilibus ſignis, ſicut Ieremias poſuit in collo ſuo catenas, ad ſignificandum ꝙ ſic ducerentur concatenati in captiuitatem, infrà xxvij. & ſic in propoſito, dominus præcepit Ieremiæ, vt tonderet capillos ſuos ſuo capiti adhærentes, & ei valde amabiles, eò ꝙ erat Nazaræus ex vtero matris ſuæ, vt dictum eſt ſuprà. cap. 1. & ſic nouacula non debebat ſuper caput ſuum aſcendere, vt dicitur de Samſone Iudi. 13. Et hoc fuit ad ſignificandum, quod dominus populum regni Iuda ſibi prius adhærentem & amabilem, ſepararet & proijceret à ſe, & hoc eſt quod dicitur: Tonde ca. tu. id eſt capillos: accipiendo ſingulare pro plurali.*

*b* Et proijce. *à te.*

*c Et*

a Tonde capillũ tuum, & proijce, & ſu a b
me † in directum plâctum, quia proiecit c d e
a ¶Populum Iudæorum, & hoc propriè ad Chriſti tempus referendum, quando perijt fides, & ablata eſt de ore populi dominum blaſphemantis.
dominus, & reliquit generâtionem furoris ſui, quia fecerunt filij Iuda malum
a ¶Vel in templo meo. ¶Quem nihil latet.
in ocûlis meis, dicit dominus. Poſuerũt f
¶Idola Baal.
† offendicula ſua ĩ domo, in qua inuocatum eſt nomen meũ, vt polluerent eam: g
a ¶Quæ Hebraicè Ramath, ſiue Aram. Tophet alia litera.
b c & ædificauerunt excelſa Tophet, quæ h i
eſt in valle filij † Ennon, vt incenderent k l
d filios ſuos & filias ſuas igni, quæ non m
præcepi nec cogitaui in corde meo.
a ¶Obſidionis ſcilicet, quem a nono anno Sedecię regis vſque ad vndecimum perpeſſi ſunt.
e Ideo ecce diẽs veniũt dicit dominus, & n
non dicent amplius Tophet, & vallis
a ¶Ob interfectionem plurimorum. b ¶Tanta erit cędes.
filij Ennon, ſed vallis intẽrfectionis: ẽt o
a ¶In loco ſuæ religionis.
ſepelient in Tophẽt, eò quòd non ſit locus. Et erit mõrticinum populi huius in
a ¶Qui ſepeliri non poterant.
cibum volucribus cęli & beſtijs terræ,
a ¶Quia quiſque ſibi timebit, vel victus humandi officio. b ¶Hieronymus. Manifeſta tranſcurrimus, vt in occultis immoremur.
f & non erit qui abigât. † Et quĩeſcere faciam de vrbibũs Iuda & de plateis Ieruſalem, vocem gaudij & vocem lætitiæ,
a ¶Quæ Ieruſalem ſubiacebant.
a ¶Vt mœrore & gemitu omnia compleantur.
vocem ſponſi & vôcem ſponſæ. In deſolatione enim erit terra.

*c* Et ſume in directum. *i. directè aſpiciens capillos.* C

*d* Planctum. *Cui ſignificatio ſubditur:*

*e* Quia proiecit dominus, & reliquit ge. fu. ſ. *i. populum Iuda, quem dilexit prius, quia per mala ſua prouocauit contra ſe iram Dei, & ideo dicitur hic generatio furoris Dei, ſicut homo dignus morte dicitur filius mortis. 2. Reg. 12. Conſequenter ponitur duplex cauſa huius proiectionis. Prima cum dicitur:*

*f* Poſuerunt offen. ſua. *i. idola.*

*g* In domo in qua. *ſ. in templo diuino cultui deputato, vt habetur 4. Reg. 21. & hoc fuit valde deteſtandum, ſicut cũ mulier introducit adulterum in eodem lecto cum marito ſuo. Secunda ponitur ibi:*

*h* Et ædi. ex. *i. altaria alta, quia locus ille erat in valle, vt patet ex litera ſequẽti.*

*i* Tophet. *i. idolo Moloch. & ſcdm qd dicit hic Ra. Sa. ſonat tympanũ ſeu tympanizationẽ, eò qd in ritu illius idoli fiebat tympanizatio. Erat n. illud idolũ æreum, & interius concauum, & intra concauitatem illã fiebat ignis fortis, & qñ idolũ erat ignitum, ponebatur puer qui offerebatur in manibus eius, et tunc ſacerdotes percutiebant fortiter tympana, ne parentes pueri audirent clamorẽ pueri & compaterẽtur, & vt crederent ſine dolore corporis animam euolaſſe. Et iſtud erat valdè horribile, ſcilicet innocentem ad venerationem idoli ſic interficere.*

Moloch idolum

*K* Filij Ennon. *Nomen erat propriũ hominis, cuius filius erat dñs loci illius.*

*l* Vt incenderent fi. ſu. *Modo prędicto.*

*m* Quæ non præ. nec co. *Hoc dicitur, quia ſacerdotes illius idoli aſſerebant talẽ oblationẽ eſſe Deo valde acceptam, eò ꝙ dñs dixit Abrahæ: Tolle filiũ tuũ vnigenitum, quem diligit Iſaac, & offer illũ in holocauſtum &c. Gen. 22. a. quod eſt falſum, quia illud non fuit dictũ Abrahę vt Iſaac moreretur, ſed vt Abrahæ obedientia probaretur. propter quod ibidem ſubditur: Ne extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quidquàm: nunc cognoui, ꝙ timeas dominum &c.* † Eze.16.c D

*n* Et non dicent amp. To. & val. fi. En. *Licèt. n. Ennon ſit nomẽ propriũ, vt dictũ eſt, tamen alio modo eſt appellatiuum, & ſignat conſolationem. q. d. non vocabitur amplius locus conſolationis, ſed magis contrarium. ſ. vallis interfectionis, quia multi Iudæi fuerunt poſtea interfecti à Chaldæis.*

*o* Et ſe. in To. *ſ. ſepultura aſini: ſicut dicitur infrà. 22. de Iechonia. Sepultura aſini ſepelietur, & hoc patet per hoc quod ſubditur: Et erit morti. popu. hu. in ci. vo. Cætera patent.*

## MORALITER.

✻ a *Tonde ca. tu.* Modus. n. antiquorum fuit tondere capillos in ſignum doloris & humiliationis, ſicut dicitur de ſancto Iob: Scidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruit in terram.

*In cap. vij. vbi dicitur in Poſtil. Et replicatur ter.*

### ADDITIO I.

Secundum tranſlationem Chaldaicam replicatur hic ter templum domini, eò quod ter in anno debebãt apparere in tẽplo corã dño, ut patet Deut. 16. p quã trinã apparitionẽ credebant expiari à ſuis delictis, qđ tñ erat falſum niſi corrigerẽt vias ſuas, & cõiter dr̃.

*In eod. cap. vbi dicitur in Poſtilla: Reginæ cœli. id eſt lunæ.*

### ADDITIO II.

Vbi nos habemus Reginæ cęli: in Heb. habetur dictio מלאכת Melecheth, q̃ vno modo ſignificat reginã, & alio modo ſignificat opus, & ſic non deſignat vnũ certũ planetam, ſed totum opus cęleſte, qđ obſeruatur ab aſtronomis ſecundum certas conſtellationes. Et quomodocunq; ſit, irrationabile videtur dici quod luna ſit regina cœli, cum ſol ſit maioris efficaciæ, luminis & virtutis.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Quia non ſum loquutus de ipſis mihi offerendis.*

### ADDITIO III.

Licèt in præceptis decalogi non fiat mentio de holocauſtis, nec de ſacrificijs: tñ antea & ſpãliter qñ Deus eduxit populũ de Ægypto, præcepit eis de agno paſchali immolando, qđ fuit celebratũ in die propria ſeu tpe eductionis de Ægypto, vt hr̃ Exod. 12. Quod quidẽ ſacrificiũ, vt hr̃ ibidem, vocatur victima, & hoc fuit primum præceptum de principalibus datis filijs Iſrael à Deo p Moyſen. Vñ ratio Poſtillatoris, qua dicit, ꝙ in hoc qđ dr̃ hic: Nõ præcepi eis in die qua eduxi, &c. non excluditur præceptum poſtea datum ſcilicet de ſacrificijs, ſed præceptum antea, non videtur ſufficere, vt patet. Et ideo aliter videtur hic dicendum. Pro quo ſciendũ eſt, ꝙ in præcedenti cap. iam dixerat propheta, ꝙ holocauſtomata et uictimæ non placebant Deo, eò ꝙ legem non ſeruabant: nunc autem arguit eos de hoc ꝙ immolationes ſuas ſeu ſacrificia nõ ꝓ cultu Dei, ſed magis pro voracitate ſua faciebant. Vnde gl. interlinearis ſuper illud verbum: Et comedite carnes, ſic dicit, quia non ueneratione ſui, ſed epularum deſiderio immolauerunt. Hęc in glo. Vnde cùm dicitur hic: Holocauſtomata ueſtra addita victimis veſtris, &c. ſenſus eſt q. d. Ex quo ad appetitum ueſtrum ſatiandum immolatis, conuenientius eſt ut non offeratis holocauſta quę totaliter incenduntur, et ſic conſequenter uidentur cõſumi totaliter in honorem meũ, ſed addatis ea victimis ueſtris, vt ſaturemini carnibus: nam uictimę pro maiori parte cedebant in uſum offerentium. Et ſequitur: Quia non ſum loquutus cum patribus ueſtris, et non pręcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de uerbo holocauſtomatum et uictimarum: quia tunc non præcepit eis facere holocauſta et uictimas, ſed ſolùm uictimam: nã agnus paſchalis uictima erat, ut patet in prædicto cap. Exo. 12. non autem holocauſtum. Poſtea uerò cum lapſi fuerunt in idololatriam, Deus præcepit eis holocauſta et uictimas ſibi offerri à populo, ne talia offerrent idolis, prout in Poſtilla. Et ſequitur: Sed hoc uerbum præcepi eis: Audite uocem meam. quaſi dicat hoc mandatum de obediendo Deo, in quo uerus Dei cultus conſiſtit, ſemper fuit per ſe intentum à Deo: non autem holocauſta et uictimæ, &c.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E *In eod, cap. vbi dicitur in Poſtil. Perijt fides. i. fidelitas populi.*

ADDITIO IIII.

Hoc qđ dicitur hic: Perijt fides, propriè põt intelligi de fide iuſtificante, qa qui idola colunt ſicut verum Deum, manifeſtè deficiũt in fide, credentes idolũ habere potentiã ſeu autoritatẽ diuinam. Et quia eſt duplex actus fidei, ſ. intrinſecus in corde, quo creditur ad iuſtitiã, & extrinſecus in ore, quo fit confeſſio ad ſalutẽ: ad Ro. 10. Ideo de primo dicit: Perijt fides. ſ. in corde. de ſecũdo verò: Et ablata eſt de ore eorum. & iſtum ſenſum videtur tenere gloſſa.

*Duplex actus fidei*

*In eodem cap. vbi dicitur in Poſtilla: Tonde. Hic tertiò confirmatur propoſitum &c.*

ADDITIO V.

Hoc quod dicitur hic: Tonde capillum, & proijce, & ſume, non ſunt verba domini directè ad Ieremiam, quia vt dictũ fuit Iſaię 40. ſuper illud verbum: Super montem excelſum aſcende. Verba Hebraica & pronomina diſtinguuntur ſecundum ſexum, quia aliqua ſunt maſcŭlina, & aliqua fęminina. Et quòd hic dr: Tõde & proijce & ſume, ſunt fœminini generis in Hebraico in hoc loco, ſic quòd diriguntur ad fœminam. Et ideo hæc verba intelligenda ſunt tanq̃ dicta per prophetam in perſona dñi ad ciuitatem Ieruſalem, vt. ſ. in ſignum mœroris tonderet capillos, quia vt dicitur in gloſ. Apud veteres conſuetudo fuit lugentium tondere cæſariem, ſicut nũc econtrà comam dimittere luctus indicium eſt. Hæc in glo. &c.

*In eodem ca. vbi dicitur in Poſtilla: Et non dicetur amplius Tophet, & vallis filij Ennon.*

ADDITIO VI.

Vbi nos habemus: Vallis filij Ennon, in Hebræo habet: גיא בן הנם Geben hinnom, unde ex hoc nomine fuit aſſumptum in Heb. gehenna, ad ſignificandum locum infernalem ubi cruciantur damnati, & ſic habetur in Catholicon. Et ratio eſt, quia in loco hoc crudeliſſimè & irremediabiliter cruciabantur hoies per dęmonũ adminiſtrationẽ, quodãmodo ſicut in inferno. Similiter & Tophet nomẽ eſt inferni, iuxta illud Iſa. 30. g. Præparata eſt ab heri Tophet, &c. G

REPLICA.

IN cap. vij. extraneum uidetur Burg. quod Poſtil. reginam cœli uocat lunam, eò quod ſol ſit maioris efficaciæ. Quod argumentum Burg. modicum concludit, ſed uſu loquentium Philoſophorum & poetarum concludit illa ratio pro Poſtillatore. Nam ſol dicitur pater, quia generat hominem, & non hominum tantum ſed deorum, i. aliorum planetarum. Et à multis poetis dicitur ſol rex, ratione maioris efficaciæ. Luna dicitur regina, & mater, & bona congruentia, quia ſol & luna ſunt duo magna luminaria, ſol tamen maius, & luna minus, ut patet Gen. 1. Ita in regno magnæ perſonę ſunt rex & regina, maior tamen rex quam regina, &c. In eod. cap. ubi dicitur: Non præcepi eis in die qua eduxi, &c. dicit Poſtilla, per hoc non excluduntur præcepta poſt data. ubi Burg. accipit occaſionem contra Poſtil. cum tamen hic & ille uolunt idem, ut patet. In eod. ca. ubi dicitur: Tonde capillos. Burg. hic & ſuprà. Iſa. 4. phantaſiatur de generibus uerborum, quòd uidelicet uerba ſunt maſculini generis, et fœminini generis in Grammatica Hebraica, ſicut nomina in Grammatica Latina. Quod ſi ita eſt, puto beatum Hieron. et alios non latuiſſe. Sed glo. quam adducit non facit pro eo, ſed ſtat cum expoſitione Poſtil. quòd tonſio capitis Ieremiæ hic præcepta, prænoſticè deſignauit mœrorem ciuitatis et populi, ſicut in ipſius collo catena fuit prænoſticum ſignum captiuitatis, de quo infrà uigeſimoſeptimo.

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. VIII.

IN temp. il. &c. Eijcient oſſa. Omnia quæ prophetalis ſermo deſcribit, noſtro tempore videmus accidiſſe, non vni Ieruſalẽ, quæ iſta perpeſſa eſt à Chaldæis & Romanis, ſed vniuerſo orbi, vt iã la hryme aruerint, & mortuorũ oſſibus cõpleãtur oĩa.

b *De ſepul.* Quærentes aurum & argentum, & cætera quæ in ſepulcris more antiquo ponebantur.

† *regis* — *Auro quaſitum in ſepulcris.*

c *Et duces.* Poſt tanta mala ad pœnitentiam prouocat eos qui remanſerunt. Siue, priuſquam veniant quæ minatus eſt, hortatur ad conuerſionem, & pœnitentiæ locũ indulget. F

d *Auerſus eſt.* Siue auertit. Q Conuerſus poteſt iræ Dei præcibus reſiſtere & auertere.

† pandent

e *Quare ergo.* Q Quantò eos ad pęnitentiam prouocaui, tantò magis receſſerunt, non tam ſtudio peccandi, quàm me ſpernendi.

f *Nemo quod bo.* Omne genus hominũ pronũ eſt ad malũ. In tempore ☞ Sal-

*Gen. 8. d*

## CAP. VIII.

a IN tempore illo ait dñs: Eijcient a b
oſſa † regum Iuda, & oſſa princi-
¶Quę effodit auaritia.
pum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa
prophetarum, & oſſa eorum qui ha-
b bitauerunt Ieruſalem, de ſepulcris
a ¶Vt quibus ſeruierant, derelicto Deo, eorum pateant aſpectibus.
ſuis, & † expandent ea ad ſolẽm & lu- c
nam, & omnem militiam cęli, quæ
dilexerunt, & quibus ſeruierunt, &
poſt quæ ambulauerũt, & quę quæſie
runt, & adorauerunt. Non colligen- d
tur, & non ſepelientur, in ſterquili- e
a ¶Inhumati. b ¶Si qui fugere potuerint.
nium ſuper faciem terræ erũnt. Et eli f
gent magis mortem quàm vitã om-
nes qui reſidui fuerint de cognatione
hac peſſima, in vniuerſis locis quæ g
derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit
c dominus exercituũ. Et dices ad eos: h
¶Peccando. ¶Pœnitendo.
Hęc dicit dñs: Nunqd qui cadit non i
¶A domino. ¶Ad Deum.
d reſurget, & qui auerſus eſt, nõ reuerte
e tur? Quare ergo † auerſus eſt populus k
iſte in Ieruſalem auerſione contentio l
¶Fortiter a ¶Idola vel quęlibet praua veritati iuſtitięq; contraria.
ſa? Apprehenderunt mẽndacium, m
a ¶Qui cum poſſent, quaſi ſtudioſe iniqua ſunt ſectati. b ¶Si redirent. c ¶Si aliquid boni dicerent.
& nõluerunt reuerti. Attẽndi & ãu- n o
f ſcultaui, nemo quod bonum eſt lo-
quitur. Nullus eſt, qui agat pœniten- p
¶Ore vel corde.
tiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid
feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum q

*ſolem & lunam extracta de ſepulcris: ideo ſubditur:*

d Non colligentur, et non ſepelientur. *De cætero, quia habitatores terræ in captiuitatem ducentur.*

e In ſterqui. ſuper faciem terræ erunt. *i. putrefient ſuper terram per pluuiam & niuem deſuper cadentem. Conſequenter ponitur exterminatio quantum ad viuos, cùm dicitur:*

f Et eligent ma. mo. *Præ nimia anxietate & miſeria, quàm ſuſtinebunt.*

g In uniuer. lo. *Quæ derelicta ſunt ad quæ eieci eos in captiuitatem ductos, vbi dicit mortuos fuiſſe beatos.* H

h Et di. *Hic conſequenter ponitur huius exterminij ratio, quæ eſt obſtinatio populi in peccato, cùm dicitur:*

i Nunquid qui ca. non re. *q. d. ille qui cadit ad terrã, libẽter reſurgit, & qui auerſus eſt à recta via, libenter reuertitur ad eam.*

K Quare ergo auer. eſt populus iſte in Ieru. *à via morum.*

l Auerſione con. *i. obſtinata nolens reuerti. Et ſubditur huius cauſa.*

m Apprehenderunt mendacium. *Pſeudo prophetarum.*

n Et noluerunt reuerti. *Ad meum obſequium.*

o Attendi et au. *Loquitur Deus ad modum hominis emendationem ſui filij deſiderantis. Et quia non fuit ſequuta, ſubditur:*

p Nullus eſt qui agat pœni. *De peccatis præteritis, ſed ſunt obſtinati ad futura perpetranda: ideo ſequitur:*

q Om. con. ſunt ad cur. ſu. *In quo notatur* ☞ libido

## NIC. DE LY. CAP. VIII.

IN tempore illo. *Hic excluditur quartum remedium, ſ. ſapientia doctorum ſi ineſſet, per quam populus poſſet ab errore & idolotatria reduci, & à punitione diuina liberari, ſed hoc excluditur in hoc cap. Quod diuiditur in duas partes: quia primò prædicitur populi exterminium. ſecundo excluditur dictum remedium, ibi: Miluus in cœlo. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur populi exterminatio, ſecundò exterminationis ratio, ibi: Et dices. Circa primũ primò ponitur exterminatio quantum ad defunctos, quorum inter homines non remanent niſi oſſa ſepulta, et quãtũ ad hoc dicit:*

*Diuiſio*

a In tempore illo. *ſcilicet deſtructionis Ieruſalem per Chaldæos.*

b Eijcient oſſa re. *Mos enim fuit apud Iudæos ſepelire mortuos ſumptuosè, vt habetur Iohan. 19. & maximè perſonas regum & pontificum & aliorum notabiliũ, ita quod in capitibus regum ponebant coronas aureas cũ lapidibus precioſis, & anulos in digitis: & circa alias perſonas ponebant alia precioſa ſecundum conuenientiam ſui ſtatus. propter quod Chaldæi in deſtructione Ieruſalem, ſepulcra talium effoderunt, oſſa proijciẽtes & iocalia accipiẽtes,*

*Mos pomposè ſepeliendi mortuorum apud Iudæos*

c Et expandent ea ad ſo. et lu. *Quaſi dicat ſicut ſacrificauerunt ſoli & lunæ & cæteris ſtellis: ſic iuſtum eſt, quòd oſſa, eorum proijciantur ad*

MORALITER.

✻ a *In tem. il. ait do. e. oſſa.* Per reges et principes ueteris teſtamenti ſignantur principes noui teſtamẽti, et per ſacerdotes, prælati noſtri, et p prophetas, doctores et p̃dicatores catholici, et p habitantes in Ieruſalẽ, religioſi. Per iſtorũ igitur oſſa, q̃ poſt mortẽ remanẽt carne putrefacta, ſignãtur eorũ pc̃tã, quæ poſt mortẽ remanent punienda. Hæc autẽ oſſa ſepulta ſũt q̃diu ſunt occulta, ſed ad ſolẽ expãdunt qñ publicè ppetrant, qđ i multis de oĩbus ſtatibus p̃dictis fit hodie, publicè nãq; peccant et inuerecũdè in ſcandalũ magnũ popularium, ideo ſubditur:

e *In ſterquilinium ſuper.* ſ. per infamiam ipſorum inter habitatores terræ: Et quia plures de talibus in ſua malitia ſunt obſtinati, ideo ſequitur:

p *Nullus eſt qui a. pœ.* Talis autem obſtinatio obfuſcat intellectum, non ſolum quãtum ad cognitionem legis diuinæ, ſed etiam legis naturæ, ideo ſubditur: ✻ Mi.



☞ Saluatoris omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, A non eſt qui faciat bonũ. Vnde ipſe: Saluum me fac d. quoniam defe. ſanctus. Vbi ſunt ergo qui dicũt, in noſtra poſitũ poteſtate, omni peccato carere?

a *Mil. in.* Quaſi: Etiam aues ſua norunt tempora, vt ſciant quando ad calida feſtinantes loca rigorem hyemis declinare debeant, & veris principio ad ſolitas redire regiones.

b *Propterea da.* Receperunt mercedẽ ſuam: & qui verbum domini abiecerunt, ipſi abiecti ſunt.

c *Et ſanabant con.* Quaſi: Boni medici aliena vulnera verbis ſanare cupiebant, qui omnibus flagitijs vulnerati erant. Hęc quoq; quotidie in noſtro populo cernimus. vnde: Qui prędicas non furandũ, furaris &c. Huiuſmodi enim cũ peccatores & diuites viderint, ſanare contritionem cupiunt filiæ populi mei, id eſt eccleſię, & ignominiam eorum qui decipiunt dicentes, pax pax &c.

d *Idcirco ca.* Vt quorum dignitas excellebat, etiã ruinæ populi miſceantur, quia ſcilicet à minimo vſque ad maxi. om. aua. ſe.

e *Non eſt vua &c.* Quaſi: Cùm tẽpora prætereant, & æſtati ſuccedat autumnus: & hyeme arborũ cadent folia, de longe cuncta videbitis, nec ex eis cibum capietis.

f *Quare ſedemus.* Vox populi inducitur reſpõdentis, & vitia ſua cõfitentis, & ſeſe mutuò cohortantis. Cõue. & ingre. ciuita. munit. Vel vnam ciuitatem Ieruſalem: iam enim aliæ captæ fuerãt. Hieron. Perſonarũ mutatio maximè in prophetis difficilem facit intellectum: quæ ſi in ſuis locis, & cauſis, & temporibus reddãtur, plana fient quæ obſcura videbantur. B

g *A Dan auditus eſt.* Vbi Iordanis fluuius oritur. Nabuchodonoſor deſcribitur à Dan veniens per Phœnicem cum exercitu ſuo. ☞ a *Mittam*

a ¶Erecto collo contra Deum.
ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prę
a ¶Cui ſimile: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſi. præſe &c. ¶Hiero. In aere.
a lium. Miluus in cęlo cognouit tempus a
ſuum, turtur & hyrundo & ciconia cuſto b
a ¶Dolenter pronunciandum eſt.
dierunt tempus aduentus ſui, populus c
a ¶Superuenturum.
autem meus non cognouit iudicium do-
a ¶O vos Scribæ & Phariſæi. b ¶Quaſi Legis iactatis notitiam, & ſcribitis iniquitatem.
mini. Quomodo dicitis, ſapiẽntes nos ſu- d e
mus, & lex domini nobiſcum eſt? Verè f g
mendacium operatus eſt ſtylus mendax
l Et prudentia ſua extendit cęlos. Id eſt homines cõtemplatiuos, extendit ad praxim regiminis eccleſię propter populi neceſſitatem.
m Ad vocem ſuam. Id eſt ſanarum doctrinarum.
n Et eleuat nebul. as. id eſt prædicatores ad prædicandum, de quibus dicitur Iſa. 60. b. Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant: &c.
o Fulgu. in plu. facit. id tormenta diuinitus comminata ceſſare facit per pluuiam lachrymarum: exemplum de Niniuitis pœnitentiã agentibus ad Ionæ prædicationem.
p Et edu. & c. i. multiplex ſpũſcti donũ de ſapientiæ ſuæ occultis.
q Stultus f & c. nã ad talia ptingere nõ põt ſcia humanitus reperta.





C

autem viſitatio Dei venerit, & oculus eius cuncta reſpexerit, omnia conticeſcent.

A

a Congrega. præcipitur Ieruſalem vt quidquid ſubſtantiæ ſoris habet, in vrbem munitiſſimam congreget, & longę obſidioni pręparet alimenta. Non enim Deus ſicut prius longè poſt futura minatur, ſed ſtatim futura.

b Væ mihi ſu. contri. Conqueritur Ieruſalem quòd vehementer afflicta ſit & plaga in ſanabili.

c Tabernaculum. Plãgit Ieruſalem tam facilem factam ſubuerſionem ſuam, vt non mœnia eruta, ſed tabernaculum ablatum putes.

d Et non ſubſiſtunt. Neq;. n. in Chaldeã tranſlati ſunt, ſed magna pars eorum interfecta atq; deleta eſt.

e Grex. Hero. Lxx. pecora. Quod iuxta hiſtoriã ſtare nõ põt. In tam longa. n. obſidione pecora non durãſſent.

f Vox auditio. Hæc oia quæ præteritus & præſens ſermo deſcribit, ad perſequutionis eccleſiaſticę tempora referamus, qñ tabernacula dñi ſubuertuntur, & habitatio eccleſiæ in ſolitudinem redigitur. Quæ omnia culpa paſtorum ſiunt, qui ſtultè egerunt, & dominum non quæſierunt.

g Draconum. Vel Struthionum. Symmachus, Syrenarum. Vt pro hominibus habitent ſ. dracones, & omnia venenata. Vel: ſtruthiones, quæ ſolitudini familiares in deſertis naſcuntur & nutriuntur. Aut Syrenes. ſ. quædã mõſtra & dæmonum phantaſmata.

h Scio &c. Erubeſcant qui aiunt vnũquemq; ſuo regi arbitrio. Non eſt. n. hominis via eius &c. vnde Dauid: A domino greſſus hominis dirigetur.

i In iudicio &c. Q. Quæ patimur iuſta ſunt, & maiora meremur: ſed corripe vt pater filium, non affligas vt hoſtis inimicum. Caſtigas enim omnem filium quem recipis, & omni dolore & flagello emendas Ieruſalem. Gentes autem quæ non cognouerunt te, non iudicio, ſed indignationem merẽtur.

B

a ꝗTam in anima quam in corpore. b ꝗOmnis qui directus eſt in Deo, vel ſenſu cernens Deum ſceptrum eſt hæreditatis eius.

formauit omnia, ipſe eſt, & Iſrael virga hæreditatis eius: dominus b

ꝗSabaoth. ꝗO Ieruſalem.

a exercituum nomen illi. Congre- c d

ꝗAgris. a ꝗSubſtantiam quidquid enim habes confuſioni dignum eſt.

ga de terra †confuſionem tuam, quæ habitas in obſidione: quia f

a ꝗNon alias.

hæc dicit dominus: Ecce egõ lon g

a ꝗA terra ſua. ꝗQuaſi funda.

gè proijciam habitatores terre, in hac vice, & tribulabo eos, ita† vt h

a ꝗIn vrbem. ſ. effugere non valentes.

b non inueniantur. Væ mihi ſuper i contritione mea, † peſſima plaga

ꝗVerba Ieruſalem culpam ſuam confitentis.

mea. Ego autem dixi: Planè hæc k infirmitas mea eſt, & portabo il- l

ꝗPatienter. ꝗVel iram Dei ſuſtinebo.

ꝗHabitatio. a ꝗQuia peccaui ei.

c lam. Tabernaculum meum vaſtatũ eſt: omnes funiculi mei di-

ꝗSicut tentorij.

rupti ſunt, filij mei exierunt à me, o

ꝗInterfecti.

d & non ſubſiſtunt. Non eſt qui ex-

a ꝗIdeſt qui inſtauret me, & murorum iaciat fundamenta.

tendat vltrà tentorium meum, & erigat pelles meas: quia† ſtultè e- p

ꝗMetaphora. a ꝗPrincipes, quorum culpa populus diſpergitur.

gerunt paſtores, & dominũ non q quæſierunt: propterea non intel- r

ꝗPopulus.

lexerũt, & omnis grex eorum di- s

ꝗPropheta loquitur.

f ſperſus eſt. Vox auditionis ecce t

ꝗBabylonij venientis.

venit, & cõmotio magna de ter-

a ꝗHabitatoribus interfectis.

ra aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem, & habitaculum draconũ. Scio domine, quia x non eſt hominis via eius, nec viri: eſt vt ambulet, &† dirigat greſ-

a ꝗBabylonij, ſed mei meriti & tuæ indignationis.

a ꝗHuic conſonat Dauid: Domine ne in furore tuo arguas me, neque &c.

ſus ſuos. Corripe me domine, verumtamen in iudicio, & non in z furore tuo, ne fortè ad nihilum

ꝗSed. ꝗNon iudicium.

redigas me. †Effunde indignationem tuam ſuper Gentes, quę non cognouerunt te, & ſuper prouincias quæ nomen tuum non inuo e

a ꝗQuia: Tradidiſti nos vt emendaremur. illi autem aggrauauerunt iugum ſuum, nec agnoſcentes, nec ſenti, nec dignitati, nec loco pepercerunt.

cauerunt. Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & cõſumpſerunt illum, &† decus eius g diſſipauerunt.

## NIC. DE LY.

a Et Iſrael. i. populus Iſrael.
b Virga hære. eius. i. pars vel menſura inquantum elegit eum ſpecialiter ad cultum ſuum.
c Domi. exer. i. angelorum.
d Nomen il. & non alteri. Homines. n. bene dominantur hominibus, ſed non angelis.
e Congrega. Hic conſequenter deſcribitur obſtinatorum punitio. & primò quantum ad Iudæos. ſecundò quantum ad extraneos, ibi: Effunde. Circa primum dicitur: Congrega de te. q. d. veniet tibi confuſio ex vniuerſis partibus.
f Quæ habitas in obſi. i. tu Ieruſalem quæ obſideberis à Chaldæis: & loquitur de futuro per modum præſentis propter certitudinem propheticæ.
g Ecce ego lon. pro. &c. Ante enim captiuitatem Babylonis aliqui de regno Iudæ fuerũt captiuati in propinquis regionibus: vt in Aegypto & Syria & ſimilibus, ſed Babylonia valde longè diſtat à Iudæa.
h Ita vt non in. ſ. ab amicis ſuis. In Hebræo habetur: Ita vt inueniant. ſ. pœnam debitam pro peccatis ſuis, vt dicit gloſſa Hebraica, ideo ſubditur:
i Væ mi. ſu. loquitur ſub perſona Ieruſalem ſeu populi habitantis in ea.
k Ego autem. vexatione mihi intellectum dante.
l Planè hæc in. i. pœna iſta proceſſit ex culpa mea.
m Et portabo. mihi à Deo iuſtè inflictam.
n Tabernaculum meum vaſta. i. templum de quo loquitur ad modum tabernaculi Moyſi, qđ funibus extendebatur, & pellibus cooperiebatur.
o Filij mei. i. habitatores mei in captiuitatem ducti.



p Quia ſtultè egerunt paſtores. i. principes & ſacerdotes.
q Et dominum &c. per debitum cultum.
r Propterea non intel. Verba prophetarum.
s Et omnis grex eo. ideſt populus.
t Diſper. eſt. Partim occiſione, partim captiuitate.
u Vox audi. Quia à parte aquilonis intrauit exercitus Chaldæorum Iudæam ad deuaſtandum eam.
x Scio domine, quia non. i. non eſt in poteſtate hominis rectè ambulare in via iuſtitię, niſi per te dirigatur. Quia tamen Deus non deficit alicui, directionem iſtam debitè petenti, ſed multi per ſua peccata demerentur à Deo dimitti: & ſic erant Iudęi, ideo ſubditur:
y Corripe me do. de meo errore.
z Verumtamen in iudi. tua miſericordia temperato.
a Et non in furore. i. rigore iuſtitiæ.
b Ne fortè ad nihilum re. ita quod nullus de populo meo remaneat.
c Effunde. Hic conſequenter petitur punitio quantum ad extraneos, qui Iudæam vaſtauerunt: quia licet in hoc fuerint executores diuinæ iuſtitię, tamen hoc fecerunt malà voluntate. ſ. ex odio, & ſuæ virtuti præſumptuosè attribuendo quod fiebat à Deo. ideo dicitur: Effunde indignationem. i. punitionem.
d Super Gentes, quæ non cognouerũt te. per fidem veram.
e Quæ nomen tuum non inuo. ſed magis nomina idolorum.
f Quia comederunt Iacob, populum Iſrael crudeliter occidendo.
g Et decus eius diſſipauerunt. i. templum in quo Iudęi maximè gloriabantur.

† vt inueniãt. ſ. quæ predixi me miſſurum

† indurata

In cap. 10. vbi dicitur in poſtilla: Ad intelligentiam primæ partis: Sciendum quod Gentiles, &c.

## ADDITIO.

Non ſolum Gentiles, vt Platonici, poſuerunt corpora cœleſtia eſſe animata, ſed etiam doctores noſtri aliqui hoc ſentire videntur, vt Origenes, & Hieronymus. Auguſtinus verò ſuper Gene. ad literam hoc relinquit ſub dubio non declinans ad aliquam partem. Dicit etiam in Enchiridion, quod ſi corpora cœleſtia ſunt animata, animæ eorum ad angelorum ſocietatem pertinent: S. Thomas vero in prima parte. q. 70. articulo tertiò in deciſione quæſtionis in fine dicit, quòd inter ponentes corpora cœleſtia eſſe animata, & ponentes ea non animata, parua vel nulla differentia inuenitur in re, ſed in voce tantum. vnde non debet cenſeri erroneum dicere quod corpora cœleſtia ſint animata. Item ſuperſtitio idololatrarum non ſolum ſe extendit ad colendum res animatas, ſed etiam res inanimatas & corruptibiles, vt patet Iſaię 44. & in multis alijs locis. Et ideo motiuũ idololatriæ cum planetis non pendet ex hoc quod credantur eſſe animata ſeu inanimata, præſertim cum ſecundum vtranq; opinionem moueantur à ſubſtantia apprehendente, &c.

D

† ſtulti facti ſunt.

Corpora cœleſtia an animata.

† præparet

## REPLICA.

IN cap. 10. vbi in principio Poſtil. ponit notabile verbum. ſ. quod Gentiles crediderunt corpora cęleſtia animata, & non ſolum animata, ſed habere aliquid diuinitatis, & ſic ex libero arbitrio influere in iſta inferiora ad cauſandum in hominibus proſperitatem & aduerſitatem: & ideo ſtatuerunt ea placare ſacrificijs & oblationibus: hoc autem eſt erroneum & ſuperſtitioſum ad idololatriã pertinens. Et quia Burgen. inquantum vult eſſe catholicus hoc totum notabile non audet negare, truncatim tamen Poſtillatoris factum interpretatus, dicit quod Poſtillator nõ bene dicit eſſe errorem, quod corpora cœleſtia ſunt animata, quia vt inquit Burg. hoc dicunt Orig. & Hiero. & B. Aug. relinquit ſub opinione. Allegat S. Thom. in 1. par. q. 70. dicentem, ꝙ inter ponentes corpora cœleſtia fore eſſe animata, & ponentes contrarium, parua

† Pſal. 78. b

† habitaculum



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E vel nulla differentia eſt in re. ſed in voce tantum. Quidquid ſit de opinione ſanctorum circa illas propoſitiones, tamē vt Plato & alij philoſophi poſuerunt ex huiuſmodi animatione mūdum fore animal, hoc dicit B. Aug. 2. retract. c. 10. nec haberi poſſe ex rōne, nec ſcripturæ autoritate. Vnde patet ꝙ etſi opinabile ſit ſic dici cęlum vel mundum animatū, non eſt tñ probabile, ꝙ ergo ſit animal: quia talis anima cœli ſi ponatur, non tñ eſt vt pars eſſentialis cum cœlo conſtituens vnū per ſe. Hoc dictū cōiter doctores moderni exponentes, dicunt illas corporū cœleſtium aīas coniungi ſolū vt motores, & coniunguntur illis corporibus ſecundū operari., non ſecundum eſſe, Ideo dicit B. Aug. in Enchir. Si corpora cœleſtia ſunt animata, aīæ eorum ad angelorum ſocietatē pertinent. Vnde patet eſſe falſum, ꝙ modica ſit differētia tm̄ vocis & nō rei inter tales poſitiones, quia poſitio Gentilium vult tales aīas coniungi corporibus, vt conſtituant vnum per ſe tanquam partes eſſentiales. Poſitio autem G Chriſtianorum eſt ſecundum rem contraria, quia tales animæ ſi ſunt, non conſtituunt vnum, niſi ſicut motor & mobile, quod non eſt vnum per ſe, ſed per accidens. Inter modernos autem fortaſſis verum eſt, ꝙ non ſit differentia in re inter poſitionē affirmatiuam vel negatiuam. Qui.n.negant cœlum animatū, intelligunt ſecundū eſſe & propriè. qui aūt ponunt, intelligunt ſecundum operari tm̄ & impropriè. Secundum.n. propriā rationem animę, quā ponit Ariſt. 2. de ani. ipſa eſt actus corporis organici habentis vitam in potentia, quæ ratio non conuenit motoribus cœli propriè, igitur non dicuntur animæ corporum cœleſtium, quæ nō ſunt organizata, quia non mixta ſed ſimplicia: nec habentia vitam in potentia, quia ſunt ingenerabilia & incorruptibilia. Patet ex his quam vtiliter Burgen. mouetur contra Poſtillatorem.

## GLO. ORD. CAP. XI.

Ioh. 1. a — VErbum. Quod. ſ. erat in principio apud Deum. Hæc eſt .n. vtilitas prædicantium, ſi ad ſingulos fiat Dei verbū. Quid.n. prodeſt mihi eū veniſſe in mundum, ſi nō habeam eū qui factus eſt ad prophetas? (Matt. 28. d) Et diſcipulis ait: Vobiſcum ſum vſq; ad conſummationē ſeculi.

a *Ver. quod fa. eſt.* Non eſt poſitum in titulo, quo tpe, vel quo rege, vel quoto eius anno hęc prophetia facta eſt, ſed intelligimus priori prophetię & tēpori hęc eſſe iungenda. Vel ꝙ poſt tpis interuallū hic ſermo dñi ad prophetam factus ſit. Propriè autē nūc ad viros Iuda & Ieruſalem ſermo dirigitur.

b *Ad vi. Iu.* (Analogicè. Gen. 49. b) Alle. Chriſtianos. ſ. Chriſtus.n. de Iuda ortus eſt. De quo verè dicitur: Iuda te laudabūt fratres tui: manus tuę ſup dorſū inimico. r. &c.

c *Ieruſalem.* eccleſię, q̄ eſt ciuitas regis magni, & viſio pacis. Pax.n. in ea multiplicatur & cernitur.

d *Maledi.* Orig. Iudęi.n. maledicti ſūt, qui nō audierunt teſtm̄ Dei, qñ eduxit eos de terra Aegypti. Nos autem qui in Chriſto credimus, teſtamento eius obedimus, qđ p Moyſen tradit. Et nobis hoc dr̄, ne maledicti ſimus. F

e *Eduxi eos.* Hier. Orig. Nos quoque eduxit Deus de Aegypto & fornace ferrea, mundo. ſ. & eius anguſtia: Locus.n. vbi crucifixus eſt dñs, vocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus.

f *Forna. fer.* Hier. Tribulationis & pœnæ magnitudinem ſignificat, non locum aliquem ferri materia in pœnam præparatum.

g *Audi. vo.* Ac ſi dicat: Non generis priuilegio, non circuncisionis prrogatiua, nō ſabbati ocio, ſed pp obedientiā, Iſrael efficior Deus, & ipſe populus meus. Et hic quidē ad ſeruos loquitur, in Euangelio ad amicos: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis q̄ præcipio vobis. (Ioh. 15. b) Iam non dicā vos ſeruos &c. Cū aūt amici fuerint, de amicis tranſeunt in filios. vnde: Quotquot.n. receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. (Ioh. 1. a) Amicis aūt & filijs p̄cepit: Eſtote perfecti ſicut pater veſter pfectus eſt. (Matt. 5. g) Similitudinē imperat non æqualitatē. In lege obedientia mandatorum, hic ſimilitudo Dei.

h *Et eri.* Non eſt Deus oīm, ſed eorū tm̄ quibus ſe largitur. vnde: Ego ſum dominus Deus tuus ſanctus Iſrael. (Iſa. 43. a) Et alibi quoque inquit: Ero Deus eorum. (Ezech. 14. g) Et: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. (Exod. 3. b) Quod exponens Saluator ait: Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum. (Luc. 20. f) Mortuus. ſ. peccator.

i *Lacte & melle.* Melle & lacte rerū oīm abundātia ſignificat, ſicut Virg. Mella fluunt illis, ferat & rubus aſper amomum. Vel tropolog. Terra lacte & melle manās, eccleſia eſt, in qua paruuli nutriunt lacte, donec poſſint ſolidū cibū accipere.

k *Et dixi.* Vox prophetæ deſiderātis impleri promiſſionem domini. Q. Verè domine impleſti quod promiſiſti. Vel fiat do. ideſt ſemper maneat quod dediſti.

l *Quia conteſtans conteſta. ſum pa.* Vſq;, vt facerent hæc. in Lxx. non habentur. Quod ſequitur: Et non fecerunt, ab ipſis in fine ſuperioris cap. poſitum eſt. Audite ver. pac. hu. &c. ☞ a Inuenta

## CAP. XI.

a VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à domino, dicēs: (a ¶ Verbum Periti: Aquila & Symmachus ſemper pactū, Lxx. & Theodotion interpretantur teſtamentum.) Audite verba †pacti huius, & loquimini ad viros Iuda & habitatores Ieruſalē, & dices ad eos: Hæc dicit dñs Deus Iſrael: Maledictus vir qui nō audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus veſtris, in die qua eduxi †eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia quę pręcepi (¶ Sic ſcilicet. i. non aliter.) vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deū, vt † ſuſcitem (a ¶ Patres ſuſcipiunt in filijs & promiſſiones Abrahæ implentur in filijs.) iuramentum quod iuraui patribus veſtris, daturum me eis terrā fluen- (a ¶ Hyperbolicè. b ¶ ideſt ſicut rebus ipſis hodie comprobatur.) tē lacte & melle, ſicut eſt dies hęc. (¶ Lxx. Fiat domine, quod idem eſt.) Et reſpondi, & dixi: Amen domi- (¶ Frequenter Deus futura prædicit, vt increduli molliantur: Prædicit autem tam in vrbe quam foris, vt quorum vnum eſt diſcrimen ſit eadem pœnitentia.) ne. Et dixit dominus ad me: † Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, dicens: Audite verba pacti huius, & facite illa, quia conteſtās conteſtatus ſum patres veſtros in die qua eduxi †eos de terra Aegypti vſq; ad diem hāc. (¶ Sicut ſupra.) Mane conſurgens conteſtatus ſum, & dixi: Audite vocem meā, & non audierūt, nec inclinauerūt aurē ſuā, ſed abierūt vnuſquiſq; in †prauitate

Margin: †teſtamēti; † vos

## NIC. DE LY. CAP. XI.

VErbum quod fa. eſt &c. *Hic conſequenter reuocatur populus à legis tranſgreſsione. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur reuocatio domini, ſecundò rebellio populi, ibi: Et dixit dominus. Tertiò inflictio ſupplicij, ibi: Quamobrem. Circa primū dicitur:*

b Audite verbum pacti huius. *i. legis, quæ fuit quaſi quoddam pactum inter Deum & populum.*

c Maledictus vir qui non. *non ſolum aure corporis, ſed ēt cordis & impletione operis.*

d Quod præcepi &c. in die. *i. in tempore eductionis de Aegypto, quia quinquageſima die à principio egreſſionis data fuit lex in monte Sinai.*

g De fornice. *i. valde dura, eò ꝙ afflicti fuerunt ibi filij Iſrael laboribus duris in compoſitione laterum & decoctione.*

i Vt ſuſcitem iura. *effectu adimplendo.*

k Quod iuraui. *Abrahę, Gen. 22. & Iſaac 26. & Iacob 28.*

l Daturum me. *in quo notatur bonitas terrę.*

m Sicut eſt dies hæc. *ideſt ſicut hæc dies oſtendit, quòd filij Iſrael erant in terra promiſſionis, quam obtinuerant à tempore Ioſue.* H

n Reſpondi. *Verbum eſt Ieremiæ.*

o Amen domine. *i. ſit maledictus qui legem non obſeruauerit.*

p Et dixit dominus ad me. *Hic cōſequenter ponitur populi rebellio, quia mandato domini de obſeruatione legis non obedierunt, quamuis ſemper admoniti fuerint ad hoc per prophetas, per Moyſen, Ioſue, Samuelem, & alios ſequentes vſque ad captiuitatem Babylonicam: & patet litera huius partis hoc excepto.* ¶ a Inuenta

## MORALITER.

✱ a *Verbum quod factū eſt ad Ieremiam.* Secundum ſenſum literalem reuocatur hic populus Iudaicus à Moſaicæ legis tranſgreſſione. Moraliter autem reuocatur populus Chriſtianus à legis Euangelicæ tranſgreſſione cum dicitur:

c *Maledictus vir qui non audiuit &c. quod præcepi.* ſcilicet ego Chriſtus.

e *Patribus veſtris.* i. apoſtolis & fidelibus alijs.

f *In die qua eduxi eos.* Sicut enim lex Moſaica data fuit quinquageſima die egreſſionis populi de Aegypto, ſic lex Euangelica per ſpiritumſanctum ſcripta fuit in cordibus apoſtolorum quinquageſima die eductionis patrum de limbo, quæ dicitur fornax ferrea propter longam detentionem. ſ. à principio mundi vſque tunc.

h *Audite vocem meam, & facite omnia quæ præc.* mihi fideliter obediendo.

i *Vt ſuſcitem iuramentum &c.* In iuramento namque diuino facto patribus de terra promiſſionis, intelligebatur principaliter promiſſio de terra viuentium, ſicut oſtendi Geneſis decimoquinto in expoſitione literali, & hæc promiſſio per Chriſtum eſt impleta. ideo ſequitur:

m *Sicut eſt dies hæc. Et reſpon. & dixi: Amen do.* nam à tēpore eductionis de limbo datur fidelibus purgatis vera beatitudo. ✱ Inuenta



☞ a *Inuenta eſt côiu.* Orig. Inuēta eſt colligatio in viris Iuda, &c. A Si peccauerimus, qui viri Iuda pp Chriſtum dicimur, de nobis dr̄. Inuenta eſt colligatio, vel, coniuratio in vi. Iu. & in ha. Ie. cū in eccleſia tales ſint, in quibus reperiatur laqueus iniquitatis, & vincula peccati, de quibus dr̄: Vinculis peccatorum ſuorū quiſq; conſtringitur. Cōuerſi ſunt ad iniquitates patrū ſuorum priorū. Nō ait ſimpliciter patrū, ſed addidit patrū ſuorū priorū. Duplices.n. habemus patres, & vna ſpecies eſt peſſimorū patrū. Antequā crederemus, diabolus pater noſter fuit. vnde: Vos ex patre diabolo eſtis. Cum aūt credidimus, facti ſumus filij Dei. Si poſtea peccamus cōuertimur ad iniquitates patrum noſtrorū priorū. Oīs.n.q facit peccatū, ex diabolo natus eſt. Toties ergo ex diabolo naſcimur, quoties peccamus. Infęlix ille qui ſp à diabolo generatur, ille aūt fęlix qui ſp ex Deo naſcitur. Non.n. ſemel dicam iuſtū ex Deo natū, ſed p ſingula veritatis opera ſemp ex Deo naſcitur. Saluator quoq; noſter ſplēdor claritatis eſt, ſplendor aūt nō ſemel naſcitur & deſinit, ſed quotieſcunq; ortum fuerit lumen, ex quo ſplēdor oritur, toties oritur ēt ſplendor claritatis. Saluator noſter ſapia eſt Dei, ſapientia verò eſt ſplendor æternæ lucis. Sic ergo Saluator noſter ſp naſcitur. vnde ait: Ante oēs colles generat me. nō vt quidā malè legūt generauit. Tu ergo in ſimilitudinē eius, ſi tñ adoptionis hēs ſpiritum, ſemper generaris à Deo p ſingulos intellectus, per ſingula opera, & efficieris filius Dei in Chriſto Ieſu.

b *Clamabunt.* In neceſſitatibus & non exaudiā, qa me audire noluerūt. Qđ & Saul paſſus eſt: Cū.n. Philiſthæos timeret, & verbū Dei accipere nō meruiſſet, cōuerſus eſt ad Phithoniſſam, vt ab idolis diſceret, qđ inſtātia oronis & fletuū à dño extorquere debuiſſet. B Vnde diſcimus, ſi dñs nō exaudierit, nō eſſe ceſſandū. Citò.n. iratus flectitur mutatq; ſententiā, ſi qbus iratus eſt, cōmutētur. Totū hoc aūt quod nunc dr̄ ad Iudā & Ieruſalē pertinet, qbus inſtat captiuitas.

c *Secun. nu.* In lib. Reg. & Paralip. inuenimus Iudā & Ieruſalē multò peiora quā Iſrael feciſſe, vt quot habebant vrbes, tot haberēt idolorum ſpecies: & quot in vrbe plateę & viarum capita, tot in confuſionem ſuam aras haberent, quibus idolis immolarent.

d *Tu ergo.* Præcipitur prophetæ, ne pro eis oret, in quos eſt iam conſummata ſententia, ne videatur oratio eius infirma, & meritò non exaudita.

e *Et ne aſſu. &c.* Q. Ne replicando veteris hiſtoriæ clementiā, qua miſereri ſoleo, & laudando meā nitaris mutare ſniam. Non n. exaudiā eos, qui afflictione coacti clamāt. Ex his diſcimus fruſtra pro aliquo rogari, q non meretur accipere.

f *Quid eſt.* Hier. Dicamus hoc principibus eccleſiarum & diuitibus: qui cum aliena rapiant, & malitias cordis ſui nō auferāt, putāt ſe Dei mereri clementiā.

g *Nunquid car. ſan.* At nunc publicè offerentium nomina recitantur, & redemptio peccatorum in laudem mutatur, nec Euāgelicę viduæ memoria celebratur, quæ plus oībus in gazophilatiū miſit.

h *Ad vo. lo.* Q. Exaltatus per ſuperbiam, non humiliter creatorem & dominatorem tuum intellexiſti, ſed contra dominum granditer loquutus, igne eius ſuccenſus redigeris in nihilum. ☞ a Et

cordis ſui mali. Et induxi ſuper eos omnia verba pacti huius, quod pręcepi vt facerent, & non fecerunt. Et dixit do- (a ¶ Alij colligatio. Q. pari mente, & ſtudioſè mandata Dei contemnunt.) a minus ad me: Inuēta eſt côniuratio in viris Iuda & habitatoribus Ieruſalem. Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo poſt deos alienos abierunt, vt ſeruirent (¶ Decem tribus.) eis. Irritum fecerunt domus (a ¶ Duæ. ¶ Vt quorum eſt commune ſtudium fiat commune ſupplicium.) Iſrael & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cū patribus eorum. Quamobrem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: & b clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Ieruſalem, & clamabūt ad eos quibus libant, & non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eo- c rū. † Secundum numerū enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & ſecūdum numerū viarum tuarū Ieruſalem poſuiſti aras confuſionis ad libandum d Baalim. † Tu ergo noli orare e pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudē & orationē, quia non exaudiā in tēpore clamoris eorū ad me, in tempore affli- (¶ Populus Iuda.) f ctionis eorū. † Quid eſt qđ dilectus meus in domo mea facit (¶ Venerando idola. a ¶ Q. multitudine talium ſacrificiorum non delentur peccata tua.) g ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam † vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit h dominus nomen tuum. Ad

*obſtinatio populi in malo, quod videbatur vnanimiter operari, ac ſi eſſet iuramento conſtrictus.* C

d Quamobrem. *Hic cōſequenter ponitur inflictio ſupplicij, cū dicitur:*

e Ecce ego indu. ſu. eos mala *ſ. famis, gladij, & captiuitatis.*

g De quibus exire non poterunt. *per ſe nec per adiutores, de quibus confidunt.*

h Et clamabunt ad me. *neceſſitate compulſi.*

i Et non exaudiam eos. *quia nō promeruerūt.*

k Et cla. ad eos quibus libant. *offerendo ſacrificia liquida. ſ. idolis.*

l Et non ſaluabunt eos. *quia nullam habent virtutem ſaluandi.*

m Secundum nu. e. ci. tua. *Ex quo patet multiplicatio idololatriæ in terra Iuda.*

n Et ſecundum nu. via. tua. Ieru. *quia in ſingulis vicis & plateis erant altaria conſtructa idolis, & maximè tempore Manaſſe regis, qui idololatriam & alia mala ſupra modum multiplicauit in Ieruſalem, vt habetur 4. Reg. 21. Et ſubditur:*

o Tu ergo. *Ieremia.*

p Noli orare pro populo hoc. *q. d. non eſt dignus vt preces tuæ pro eis exaudiantur. Et ſpecialis ratio ad hoc ſubditur:*

q Quid eſt quod dilectus. *i. populus Iſrael à me ſpecialiter electus.*

r In do. mea. *in templo, meo nomini cōſecrato.*

s Facit ſcelera mul. *ponendo ibi idola tempore Manaſſe reg. 4. Reg. 21. Et in hoc fuit maximus Dei contemptus, quia ſimile eſt ac ſi vxor introducat adulterū in eodem lecto cum marito.*

t Nunquid carnes ſanctæ. *ſ. ſacrificiorum mihi oblatorum.*

u Auſe. à te ma. tu. *q. d. non, quia talia non placent niſi ex deuotione & bonitate offerentium: propter qđ dicitur Gen. 4. a. Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius. quia principaliter reſpexit ab bonitatē offerentis, & ex conſequenti ad eius oblationem. Ra. Sa. exponit: Nunquid carnes ſanctę &c. i. circuncisio. q. d. circuncisio nō liberabit te, niſi cū ea adſint opera iuſtitiæ.*

x Oliuam vbe. *In principio.n. exitus de Aegypto vſque ad conflationem vituli aurei fuit gratioſius ſtatus populi. Vel iſtud poteſt referri ad ſtatum ipſius tempore Dauid & Salomonis, eò ꝙ Dauid augmentauit cultum diuinum, & de præcepto eius Salomon ædificauit templum, vt habetur 1. Paralip. Et ſubditur deterioratio, cum dicitur:* D

y Ad vocem lo. *i. ipſius Dei, cuius magnitudinis nō eſt finis, vel ipſius Nabuchodonoſor, qui fuit inſtrumentum Dei in deſtructione templi.* ¶ a Exarſit

## MORALITER.

✱ a *Inuenta eſt con.* Quoniam multi Chriſtiani & ſpecialiter mali clerici & religioſi declinant à veritate Euangelij, dr̄ poſtea: Inuenta eſt coniura. i. mala colligatio in clericis, qui ſignātur p viros Iuda. i. cōfitens, quia deputati ſunt ad confeſſionē diuinæ laudis.

b *Et inhabi. Ieru.* i. in religioſis, qui debent eſſe pacifici & quieti: & tamen multi clerici faciunt litigia & appellationes: ēt multi religioſi sūt ſuis ſuperiorib⁹ rebelles, iō ſubdit:

c *Reuerſi ſunt ad iniquitates pa.* ſ. Adam & Euæ qui fuerunt Deo inobedientes. Et pœna ſubditur cum dicitur:

f *Inducam ſuper eos ma.* nam in inferno nulla eſt redemptio. Et de celebrandis indignè dicitur poſtea: †viridem

q *Quid eſt ꝙ dilectus meus.* Signum maximę dilectionis eſt, qñ dñs admittit aliquem ad ſui corporis & ſanguinis conſecrationem: propter quod peccata talium ſcelera dicuntur propter grauitatem, nec per celebrationem expiantur, ſed magis aggrauantur, ideo ſubditur:

t *Nunquid car. ſan.* ſ. agni immaculati Ieſu Chriſti.

u *Auferent à te ma. tu.* q. d. non, ſed magis multiplicabunt. Et ſubditur debita conditio clerici & religioſi, cum dicitur:

x *Oliuam vberem.* Debet enim eſſe vber oliua per pietatē, pulchra per conſcientiæ puritatem, fructifera per operis boni multiplicitatem, ſpecioſa per conuerſationis honeſtatem, nominata per famæ celebritatem. Et ſubditur oliuæ dictæ deterioratio, cum dicitur:

y *Ad vo. &c.* i. diabolicę ſuggeſtionis exarſit vinea. Idē ſignat hic p vineā qđ prius p oliuā, de qua dr̄ Iſa. 5. b. Vinea dñi exercituū domus Iſrael eſt. Sed hęc vinea exarſit igne carnalitatis & cupiditatis.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Inuenta eſt coniu. *In Hebræo habetur: Inuenta eſt colligatio, & eſt eadem ſententia. Illi enim qui colligant ſe ad aliquid malum agendum, ſolent ſe ad hoc aſtringere per iuramentum: & in hoc deſignatur obſtinatio*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E ☞ a *Et do.* Q. Oliuam vberem pul.fru.ſpe. vo.d.n.tu.atq; plantauit te:ſed propter vocem loquelæ grandis flamma eius deſcendit in te. † vinea

b *Tu au.* Iudæi,& noſtri iudaizantes ad perſonam Ieremiæ hoc referunt, & pp vaticiniũ futurorũ malorũ hæc eũ à populo ſuſtinuiſſe aſſerũt. Sed quomodo eum crucifixum probant, cum ſcriptura hoc non dicat? niſi fortè dicant populum cogitaſſe, & non feciſſe. Orige. Tu aũt dñe &c. Vel notũ fac mihi dñe & cognoſcã. Iuxta Pſal. Dñs docet hominẽ ſcientiã. Vnde: Nolite vocari magiſtri ſuper ter. vnus quippe eſt magiſter veſter, q in cœlis eſt, q.ſ. erudit hoies vel per ſe, vel per filiũ. Erudit ẽt per Paulũ, per Petrũ, vel quẽlibet ſanctorũ. Tũ Deus ſpiritus, & Deus ſermo deſcẽdat & doceat. Notũ fac mihi dñe, & cognoſcã. Q. Non poſſum ſcire, niſi tu reuelaueris. Te aũt demonſtrante videbo cogitationes ſingulorũ, & quid gerãt, vel cuius ſint voluntatis: Mittamus lig. in pa.e.&c. Panis Ieſu quo nutrimur eſt ſermo eius. Quia verò docẽte eo, voluerunt quidã ſcandalũ ponere doctrinæ eius crucifigẽtes eũ dixerũt: Mittamus lig. in pa. eius &c. Cũ.n. verbo & diſciplinæ eius coniungitur crucifixio magiſtri, in panẽ lignũ mittitur: & illi quidẽ inſidiantes dicunt: Mittamus lig. in pa. eius. Ego verò inuiſibile vel mirabile quoddã inferã, lignũ miſſum in panẽ eius, panẽ fecit meliorẽ.i. doctrinã dulciorẽ. Sicut lignũ per Moyſen miſſum in amarã aquam, fecit eã dulcem. Ante .n. quã mitteretur lignũ in panem eius, qñ tñ erat panis, & non lignũ, in oẽm terram nõ exierat ſonus eorũ. Sed poſtquam aſſumpſit fortitudinẽ per lignũ, in oẽm terram ſermo paſſionis eius ſeminatus eſt. Ego aũt autumo legẽ non intellectã amarã eſſe aquã. Cũ aũt venit lignum Ieſu Chriſti, & ſermo Saluatoris in eam deſcendit, dulcoratur.

Pſal.142.c — Pſal.93.b — Matt.23.a — † opera — † dicentes — Exo.15.d — Pſal.18.a — F

c *Tibi enim.* Quia non merito meo, ſed eorũ ſcelere crucifigor. Venit princeps mundi huius, & in me nõ hẽt quidquã. Ioh.14.d

d *Propterea hæc di.domi.* vr̃ hoc ſuperiori ſententię contrariũ, in qua q̃ dicta ſunt perſonæ Chriſti aptamus nõ Ieremiæ, qui propriè habitabat in viculo Anathot; ſed per Anathot (qđ obedientia interpretatur) Iudæos & maximè Ieroſolymitas intelligimus, q quondã præceptis dñi obedierunt. Sed quia à dño receſſerunt, venit in eos extranea ſententia, vt iuuenes eorũ moriãtur in gladio, &c. Vt autem nos oẽm moleſtiam interpretationis iberemus, illam regulã ſequamur. Quòd oẽs prophetæ in typum Saluatoris pleraq; geſſerũt, & qđ in præſenti in Ieremia completur, hoc in futurum de domino prophetatur. † Ne vaticineris.

GLOS. ORDINAR. CAP. XII.

IVſtus qui. tu es do. Contra omnes iniquè agentes diſputatio eſt, ſicut in illo Pſalmo. Quam bonus Iſrael Deus his qui recti ſunt &c. Sed pręcipuè contra hæreticos. Pſal.72.a — † Iob.21.a

☞ a Et

NICOL. DE LY.

¶ a Exarſit ignis. *Nabuchodonoſor enim præcepit incendi ciuitatem & templum: & hoc contigit propter populi peccata. Cætera patent in litera.* Abac.1.a

b Tu autem. *Superius à principio tractatus huius libri Ieremias increpauit populi Iudæ malitiam: hic conſequenter plangit imminentem ex* hoc

---

vocem loquelæ grandis exarſit
¶Gladio hoſtium. Vnde: Exterminauit eam aper de ſylua.
ignis in † ea, & † combuſta
¶Populi.
ſunt fruteta eius. Et dominus exercituum qui plantauit te
¶Non immeritò, cum poſſit Deus facere quę vult.
loquutus eſt ſuper te malum,
¶Cauſas tamen exponit ne videatur iniuſtus. Vnde: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis; & vincas cum iudicaris.
pro malis domus Iſrael, & domus Iuda, quę fecerunt ſibi ad
¶Studioſè.
irritandum me, libantes Baalim.
a ¶Pater. b ¶Secundum hominem. c ¶Quomodo oporteat me loqui.
Tu autẽ domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tu oſtẽ-
¶Filio
¶Iudæorum.
diſti mihi † ſtudia eorum, & ego quaſi agnus † manſuetus, qui
a ¶Crucis. b ¶Peccatum. vnde: Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit.
portatur ad victimam. Et non cognoui, qa cogitauerũt ſuper
a ¶Prouerbium fuit in Iſrael.
me cõſilia, dicẽntes. † Mittamus
¶Crucis. a ¶Corpus Saluatoris, qui eſt panis qui de cœlo deſcendit.
b ¶Vt nomen eius deleatur.
lignum in panem eius, & eradamus eũ de terra viuentium.
a ¶Orige. Niſi granũ frumenti cadens in terra mor. fue. ſo. ma. Si autem mor. fue. multũ fructũ affert.
& nomen eius nõ memoretur
a ¶Filius ſecundum carnem ad patrem loquitur, & iudicium eius imprecatur.
amplius. Tu autẽ domine Sabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, videam vl-
a ¶Reddendo vnicuiq; quod meretur.
a ¶Eorum.ſ. qui in ſcelere perſeuerant, non qui pœnitent. b ¶Obſtinatis. Pro alijs enim dicit: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.
tionem tuam ex eis. † Tibi.n. reuelaui cauſam meã. Propter
a ¶Iudæos. ¶Obedien ia.
hæc dicit dominus ad viros Anathot, q quęrũt animã tuam, & dicũt: † Nõ prophetabis ĩ nomine domine, & non morieris in manibus noſtris. Propterea hæc dicit dominus exercituũ: Ecce ego viſitabo ſuper eos, iuuenes morientur in gladio, filij eorũ & filię eorum morientur in fame, & reliquiæ non erunt ex eis. Inducam enim malum ſuper viros Anathot, annum viſitationis eorum.

CAP. XII.

IVſtus quidem tu es domine, ſi diſputem tecũ, verumtamen † iuſta loquar ad te:
¶Hæreticorum.
† Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui
a ¶In lege. b ¶Spoliando eccleſiam.
præuaricantur, & iniquè agũt?
¶Sicut iactant.
Plantaſti eos, & radicem mi-

---

*hoc ſibi iniuriam: Quia ſicut dicit Iohannes os aureum: Incurrit odium qui arguit criminoſos. Et diuiditur in duas partes, quia primò plangit ſuam aduerſitatem. Et ſecundò aduerſantium ſibi proſperitatem cap. ſeq. Circa primum dicit: Tu au.do.de.mi. certitudinaliter per tuã reuelationem. Et quid ſit illud ſubditur:* G

c Tu oſten.mi.ſtu.eo. *quia per vias occultas quærebant interficere eum, ideo ſubditur: Et ego quaſi agnus manſuetus.*

d Et non cogno. *ante reuelationem tuam factam mihi. Quia co.ſu.me con. quod ſubditur:*

e Dicentes. *Non eſt de textu, ſed ſubintelligitur.*

f Mittamus lignum. *Eſt enim in terra illa arbor nomine taxus venenata, & inde dicitur toxicum, ideſt venenum: & toxico icas i. venenare, a, mutata in o. Et de ligno illius arboris minutatim inciſo volebant ponere in cibo Ieremiæ, qui cibus nomine panis intelligitur, vt ſic moreretur, & amplius eos non argueret.*

g Tu au.do. *Ideſt exercituum, per quod angeli deſignantur.*

h Videam vltionem. *Hoc non dicebat zelo vindictæ, ſed amore iuſtitiæ: & maximè quia volebant verbum diuinum impedire.*

i Propterea hæc dicit do. *Iſti enim erant qui principaliter eum occidere volebant. Erat.n. Ieremias de eadem ciuitate: & ſic frequentius & acrius eos arguebat, propter quod magis odiebant eum: Et quia propter donum prophetiæ ſibi magis inuidebant quam alij, eò q inuidia magis eſt inter compatriotas, & ſimul habitantes, quàm inter extraneos & longinquos, ſecundum quod dicit Philoſophus 2. Rhetoric. Cuius ratio eſt, quia inuidia eſt triſtitia de bono alterius, inquantum æſtimatur proprij boni diminutiuum. Bonum autem ſeu excellentia multum longinqui non apprehenditur ſicut diminutiuum boni proprij, ſicut excellentia propinqui. ideo ſubditur:*

k Et dicunt, *ex inuidia moti.*

l Non prophetabis. *i. ſi tu ceſſes à prophetia ſicut & nos, non interficiemus te.* H

m Propterea &c. ego viſitabo ſuper eos. *pœnam debitam inferendo pro ſua malitia. & patet litera.*

MORALITER.

✻ a *Et combuſta ſunt.* id eſt omnia Dei dona.

NIC. DE LYRA. CAP. XII.

IVſtus quidem. *Hic conſequenter Ieremias plangit ſibi aduerſantium proſperitatem. Aliqui tamen expoſitores dicunt, quòd plangit hic proſperitatem Chaldæorum, qui erant infideles: ſed litera præcedens & ſubſequens magis conſonat, quòd loquatur de viris Anathot perſequentibus Ieremiam, vt dictum eſt. Et diuiditur in duas, quia primò per modum querimoniæ ponitur Ieremiæ quæſtio. Secundò domini reſponſio, ibi: Si cum peditibus. Circa primum dicit:*

n Iuſtus quidem tu es domine, ſi diſputem tecum. *Hoc enim præmittit Ieremias, ne videatur loqui temerè de diuinis iudicijs hominibus occultis.*

o Verumtamen iuſta loquar ad te. *non per modum contentionis, ſeu diſputationis, ſed per modũ humilis quæſtionis, ſicut diſcipulus quærit à magiſtro, volens doceri ab eo.*

p Quare via impiorum. *i. virorum Anathot me perſequentium.*

q Proſperatur, bene eſt omnibus qui præuarican. & iniquè agunt? *ideſt temporalia bona veniunt eis ad votum. ideo ſubditur:*

r Plantaſti eos, & radi. mi. *i. firmati ſunt in terra filijs & amicis.*

¶ a Proſ-

MORALITER.

✻ n *Iuſtus quidem.* Per hoc autem, q ſanctus Ieremias in hoc cap. dominum interpellat contra perſequutores ſuos, eis optando pœnam temporalem, dicens infrà.

✻ Congre-



A ☞ a *Et tu domine.* Ac ſi dicat: Non eſt ſcandalum ſi impij vel hæretici pro tempore florent. Licèt enim proficiant, filios faciant, licèt propè ſis ori eorum, & longè à renibus eorum, ideſt à conſcientia: non eſt tamen conſolatio parua quòd ſignantur ad victimam ſicut pecora.

b *Congrega eos.* In paſcha quãdo omnes congregabantur ad diem feſtũ, tunc obſeſſi ſunt & ducti in captiuitatem.

c *Occiſionis.* Occiſio hæreticorum, ſalus eſt deceptorum, cum fuerint. ſ. eccleſiaſtico iugulati mucrone.

d *Si cum peditibus.* Q. Si captiuitas vicinarum Gentium te fatigauit, Moabitarum. ſ. Philiſtijm, Ammonitarũ, Idumæorum, qui propter difficultatem locorum nõ tam pugnæ quam latrocinio apti ſunt.

e *Quomodo.* Ideſt quid facies, cum ad captiuitatem in Chaldæam veneris? Chaldæi.n. & Perſæ equis gaudent.

f *Nam & fratres tui & do.* Poteſt hoc de Chriſto intelligi, cõtra quem fratres clamauerunt: Crucifige eũ: Non habemus regem niſi Cæſarem.

g *Reliqui domum.* vnde: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et: Surgite eamus hinc.

h *Hæreditas mea quaſi &c.* Orige. Non eſt mirandum ſi tunc truci beluę cõparata ſit hæreditas, cum vſque hodie ſint leones in ſylua anathematizantes Chriſtum, & blaſphemantes & fidelibus inſidiantes.

i *Nunquid auis diſcolor hæ.* Lxx. Nunqd ſpelunca hienæ hereditas mea mihi? Hiena, nocturna beſtia mortuorum deuorat cadauera, & de ſepulchris effodit corpora, & cunctis veſcitur ſordibus, cuius immunditiæ Iſrael comparatur.

☞ a Paſtores

B

NICOL. DE LY.

¶ a Proficiunt. *in bonis temporalibus.*

b Et faciunt fructum. *prolem multiplicando.*

c Propè es tu ori eorum. *Erant enim ſacerdotes, vt habetur ſup. pri. cap. erat enim Anatoth vna de ciuitatibus ſacerdotum, & ſic diuinis laudibus laudabant Deum.*

d Et longè à renibus eorum. *quia erant adulteri, ſecundum quod dicitur ſup. 5. cap. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.*

e Et tu domine noſti me, &c. *quia nihil eis nocui, ſed magis proficere volui.*

f Congrega eos quaſi gre. *hoc dicit zelo diuinæ iuſtitiæ.*

g Et ſanctifica eos in die. *In Hebræo habetur: Et præpara eos in die occiſionis. vt tua iuſtitia impleatur: & ne propter eorum malitiam terra vlterius ſterilis reddatur, ideo ſubditur:*

h Vſquequo. *Iam enim, vt videtur, dominus induxerat ſiccitatem, de qua habetur inf. 14. cap.*

i Conſumptum eſt animal. *victum in campis non inuenientia. Et cauſa huius ſiccitatis ſubditur, cum dicitur:*

k Quoniam dixerunt. *viri Anatoth & alij mali.*

l Non videbit. *ſcilicet dominus.*

m Nouiſſima noſtra. *ad puniendum. Ex quo videtur, quòd ceciderãt in errorem, quo negatur animæ humanæ immortalitas, & ſic poſt mortem non remanet punitio aliqua: vel in illum errorem qui negat diuinam prouidentiam ſe extendere ad actus humanos, eò quòd procedunt ex libero arbitrio: & ſic non puniuntur à Deo.*

n Si cum peditibus. *Hic conſequenter ponitur domini reſponſio, quantum ad duo. ſecundum ponitur ibi: Reliqui. Conquerebatur autem Ieremias de viris Anatoth eum perſequentibus. & dominus reſpondet ſibi, quod ſit grauiora paſſurus di. Si cum. Metaphorica eſt loquutio. & eſt ſenſus: Si cum difficultate ſuſtines perſequutionem virorum Anatoth, qui ſunt quaſi pedites & parui momenti, quomodo ſuſtinebis perſequutionem regis & principum, qui ſunt quaſi equites reſpectu eorum? & tamen oportebit te illam ſuſtinere, vt habetur inf. 36. cap.*

p Cum autem. *i. in ciuitate Anathot, in qua natus & nutritus fuiſti, & ſic habes ibi parentes & amicos, qui aliquam ſecuritatem poſſunt* dare

---

¶Decipiendo.
ſerunt: proficiũt, & faciũt fructum.
a ¶Vnde: Populus hic me labijs honorat: cor autem eorum longè eſt à me.
Propè es tu ori eorum, & longè à
¶Pater.
renibus eorum. Et tu dñe noſti me,
a ¶Filium. Nemo enim nouit filium niſi pater, & nemo nouit patrem niſi filius.
vidiſti me, & pbaſti cor meũ tecũ.
a ¶In Ieruſalem, vel in conciliabula.
† Cõgrega eos, quaſi gregem ad vi-
a ¶A vitijs. ¶Sacrificia virtutibus. ¶Interficiendo ſanctifica. Quem enim dominus diligit corripit, flagellat.
ctimã, & † ſanctifica eos in die occi-
a ¶Donec.ſ. animus peccantium mutetur. b ¶Sterilis.
ſionis. Vſquequo lugebit terra, &
a ¶Que in vſus hominum creata ſunt, conſumuntur pro peccatis eorum.
herba oĩs regionis ſiccabitur pro-
¶Cauſam ſcilicet.
pter malitiã habitantiũ in ea? Conſumptũ eſt animal, & volucre, quo-
a ¶Cum omnia Dei prouidentia agantur.
b ¶Quod paſſuri ſimus.
niam dixerunt: nõn videbit nouiſ-
¶Aliàs peditibus. ¶Laſſitudine.
ſima noſtra. Si cũ peditibus currẽs † laboraſti, qũo poteris contendere
a ¶Ideſt ſi in terra tua aliquam habuiſti fiduciam, quid facies cum Iordanem tranſieris? cum illius gurgites ſuſtinueris?
cum equis? Cum autem in terra pa
¶Tumore.
cis † ſecura fueris, qd facies ĩ ſupbia
¶Etiam. ¶Idumei. ¶Moab & Ammon qui de Loth.
Iordanis? Nã & fratres tui & dom⁹
a ¶Cum Chaldæis.
patris tui, etiã ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clamauerũt poſt te ple
a ¶Quaſi conſanguinei: nemo nociuior quam familiaris inimicus.
na voce. Ne credas eis cum loquuti
a ¶Veniens, in hunc terrenum locum.
fuerint tibi bona. Reliqui domum
a ¶Ideſt patrem. Pater in me & ego in patre. b ¶Cœleſtis Ieruſalem. ¶Iacob funiculum hæreditatis eius.
c ¶Vnde: Poteſtatem habeo ponendi animam meam.
meã, dimiſi hereditatẽ meã: Dedi dilectã † animam meam in manus
a ¶Iudæorum. b ¶Populus Iſrael.
inimicorũ ei⁹: facta eſt mihi heredi-
a ¶Pariter rugiendo: Crucifige eum.
tas mea quaſi leo in ſylua. Dedit cõ-
a ¶Vt quondam dilecta appelletur odioſa.
tra me vocẽ, ideo odiui eam. Nun-
a ¶Tantam pulchritudinem habuit Iſrael, vt nihil eſſet bonorum quod non fulgeret in eo: ſed nunc venite &c.
qd auis † diſcolor hereditas mea mi

---

*dare tibi, & tamen ibi times.* C

q Quid facies in ſuperbia. *i. in Ieruſalem vbi oportebit te ſuſtinere perſequutionem? vt habetur inf. 26. Vocatur autem Ieruſalem hic ſuperbia Iordanis, quia Iordanis fluuius frequenter intumeſcit intantum, quòd exit ripas ſuas: ſic Ieruſalem propter potentiam & diuitias ſuperbierat, & metas ſuas circa diuinum cultum ſupra modum exierat ad idololatriam declinando: vt patet ex dictis præcedenti capitu.*

r Nam & fratres tui. *Idem viri Anathot, qui ſunt ſacerdotes ſicut & tu.*

s Et domus patris tui. *i. aliqui tibi conſanguinei.*

t Etiam ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clama. *cum alijs quærentes te intoxicare.*

u Clamauerunt poſt te plena. *dicentes tibi verba pungitiua, vel potius verba detractiua, quę nõ dicuntur ante faciem, ſed poſt, ideſt occultè.*

x Ne credas &c. *Aliquando loquebantur ei pacificè fingentes amicitiam, vt magis eũ deciperent.*

y Reliqui domum meam. *Hic ponitur ſecundum, de quo reſpondet dominus Ieremię, ſ. de populi Iudæ deſtructione. Et primò denunciatur hæc deſtructio, & ſecundò ipſius reparatio, ibi: Et cum euulſero. Et ex iſtis duobus apparebit quæſtionis Ieremiæ ſolutio. Circa primum dicit dominus: Reliqui &c. ideſt templum meo nomini dedicatum.*

z Dimiſi. *i. Ieruſalem & Iudęam.*

a Dedi. *i. ita mihi dilectam ſicut eſt anima mea. Et dicitur hoc ad exprimendum amicitiam Dei erga locum & gentem, ſicut aliquis de amico ſuo ſpeciali dicit: Talis eſt cor meum & anima mea.* † delaſſatus es.

b In manus inimicorum eius. *i. Nabuchodonoſor & exercituum eius.*

c Facta eſt mihi hæreditas mea. *i. gens Iudaica, ſecundum quod dicitur Iſa. 19. d. Hæreditas mea Iſrael.*

d Quaſi leo in ſylua. *i. à me extranea per idololatriam.* D

e Dedit contra me vocem. *dicendo contra me blaſphemiam.*

f Ideo odiui eam. *dimittendo eam in manibus inimicorum ſuorum, ideo ſubditur:*

g Nunquid auis. *i. rubricata ſanguine in diuerſis partibus? q.d. Sic, quia regnum Iuda fuerat afflictum partialiter ab Aegyptijs & Aſſyrijs.*

¶ a Nunquid

MORALITER.

✻ f *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* oſtenditur, quòd innocentes poſſunt licitè zelo iuſtitiæ diuinæ optare pœnas corporales & temporales ſuis perſequutoribus, quia ſunt quædam medicinæ, vt ſic vexatione dante intellectum corrigantur, vel ſaltem ad male agendum impotentes efficiantur. Sed quoniam innocentes parati debent eſſe ad grauiora ſuſtinendum, ſi dominus voluerit, ideo ſequitur:

n *Si cum.* quod eſt minus.

o *Quomodo.* quod eſt grauius. q. d. Si pœnalitates vitæ præſentis cum difficultate ſuſtines, quomodo pœnas purgatorij poteris ſuſtinere? hæc enim meditatio, cum maiori patientia ſuſtinere facit vitæ præſentis mala: & quoniam ad idem facit paſſionis Chriſti memoria, ideo ſubditur in eius perſona:

a *Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius: facta eſt hæreditas mea.* i. plebs Iudaica.

d *Quaſi leo in ſylua &c.* rugiens contra me nequitia magna.

e *Dedit contra me vocem.* dicens: Crucifige, crucifige eum.

f *Ideo odiui eam.* volendo per Romanos eius punitionem, de qua ſubditur:

g *Nunquid auis &c.* fuit.n. plebs Iudaica per Romanos partim rubea ex ſui ſanguinis effuſione, & partim nigra ex ciuitate cum populo combuſtione. Et qm̃ principes Romanorum non ſolum perſequuti ſunt Iudęam, ſed etiam poſtea grauiter eccleſiam tempore Neronis & aliorũ tyrãnorum, ideo ſubditur pœna eorũ cũ dicitur:



✻ Hæc

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Paſtores multi.* Hiero. Audiant hæc qui principes volunt
E eſſe, & pro commiſſis ſibi in die iudicij rationem reddere: pp illos.n.pars dñi conculeatur atq; polluitur, & vbi quondam erat Dei hoſpitium, eſt habitaculum beſtiarũ. Alij non præpoſitos plebis & ſacerdotes, ſed hoſtiũ principes intelligũt, q populũ Dei diſſipauerunt.

b *Deſolatione.* Orig. Qñ Iudæi cõpleuerunt mẽſuram patrum ſuorum, & addiderunt ad prophetarum occiſionem, etiam Saluatoris: tunc exterminatione exterminata eſt omnis terra eorum. Orig. Conſidera terram quæ in te eſt, quomodo exterminata ſit, & videbis poſt aduentum Chriſti impleta eſſe quæ dicta ſunt, mortificatis membris noſtris ſuper terrã. Cum iam non operetur terra opera ſua, nec fiant apud iuſtũ ea quibus caro antea fouebatur, fornicatio.ſ.immunditia, luxuria &c. Vnde: Non veni mittere pacem, ſed gladium. (Matt.10.d Gal.5.e) Antequam ille veniret non erat gladius ſuper terrã, neq; concupiſcebat caro aduerſus ſpiritũ, neq; ſpiritus aduerſus carnẽ. Qñ autem venit, & docti ſumus q̃ ſunt carnis vel ſpiritus, doctrina eius quaſi gladius immiſſus diuiſit terrã.i.carnem à ſpiritu, & exterminauit eã, quia mortificationẽ Ieſu circunferimus in corpore noſtro, & ideo non viuimus iuxta carnẽ, viuit aũt ſpiritus. (1.Cor.15.f) Et ſeminamus nõ in carne, ſed in ſpiritu, vt nõ metamus corruptionem de carne, ſed de ſpiritu vitã æternam.

c *Non eſt pax &c.* Caro pacẽ Dei in ſe recipere non poteſt. (Rom.8.b) Sapiẽtia .n.carnis inimica eſt Deo, & q in carne sũt, Deo placere nõ poſsũt.

F d *Seminauerunt.* Hoc quoq; eccleſiaſticis dr̃, qui verbum dñi mala cõuerſatione diſperdunt. De quibus per Lxx.infertur. Clerici eorũ nõ proderunt eis. Nihil eis.n.proderit nomen epiſcopi, præsbyteri, & huiuſmodi: ſed magis dignitatibus ſuis grauabuntur. Et: Potentes potenter tormenta patientur. (Sap.6.a) Et: Cui plus committitur, plus ab eo exigitur.

e *A fructi.* Lxx. A gloriatione veſtra, veſtibus.ſ.pręcioſis, domibus exornatis, poſſeſſionibus multis, ſeculari ſapientia: Qui autem gloriatur, in domino glorietur. (1.Cor.1.d Gal.6.d) Et: In cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et: In infirmitatibus ſuis, vt inhabitet in eo virtus Chriſti. (2.Cor.11.g. & 12.c)

f *Vicinos.* Ad literã, Idumęos, Philiſtijm, Moab & Ammon. Allego. Hęretici qui Chriſtiani dicuntur, & magis terrę ſanctæ fiunt affines quam habitatores. (Anagogicè.)

hi? Nunquid auis tincta per totum? Ve-
¶Tamen. ¶Diuerſæ Gentes.
nite, congregamini omnes beſtię terræ,
b ¶Quoniam Deum ſuum non cognouerunt.
properate ad deuorandum. Paſtores
¶Iſrael.
multi demoliti ſunt vineam meã, con-
¶Sortem.
culcauerunt partem meam. Dederunt
a ¶Quondam. b ¶Sine Deo.
portionem meã deſiderabilem in de-
ſertum ſolitudinis, poſuerunt eam in
diſſipationem, luxitq; ſuper me. Deſola-
¶Id eſt auxilio meo deſtituta.
tione deſolata eſt omnis terra, quia nul-
¶Deum.
lus eſt qui recogitet corde. Super † om-
¶Hoſtes.
nes vias deſerti venerunt vaſtatores ter-
ræ, quia gladius domini deuorabit ab
a ¶A termino vſque ad terminum.
extremo terræ vſq; ad extremum eius.
a ¶Alij finis. b ¶Etiam de vrbe fugientibus. c ¶Q. Expectauerunt bona, & venerunt mala: proſpera, & ecce aduerſa.
Non eſt pax vniuerſæ carni. Seminaue-
runt triticum, & meſſuerunt ſpinas: hę-
a ¶Rerum omnium abundantiam à domino acceperunt.
reditatem acceperunt, & non eis prode
a ¶Quibus. Clerici non proderunt.
runt. Confundemini à fructibus veſtris
propter iram furoris domini. Hęc dicit
dominus aduerſum oẽs vicinos meos
¶Vel vaſtant. ¶Id eſt eccleſiam.
peſſimos, qui tangunt hæreditatem
quam diſtribui populo meo Iſrael. Ec-
ce ego euellã eos de terra ſua, & domũ
Iuda euellam de medio eorum. Et cum
a ¶De faucibus inimicorum hæreticorum.
euulſero eos cõuertar, & miſerebor eo-
rum, & reducam eos † virum ad hære-
¶Eccleſiam. ¶Viuentium.
ditatem ſuam, & virũ in terram ſuam.
a ¶Redeuntes ab hæreticis. b ¶In eccleſia.
Et erit ſi eruditi didicerint vias populi
a ¶Non idolorum quæ de corde finxerunt.
mei, vt iurent in nomine meo, viuit do-
minus, ſicut docuerunt populũ meum
¶A domino pars populi ſui.
iurare in Baal, ædificabuntur in medio
a ¶Verba mea. b ¶Remanentes in hereſi. ¶De populo meo.
populi mei. Quod ſi nõ audierint, euel-
lam Gentem illam euulſione & perdi-
a ¶Perpetua, vt non relinquatur locus pœnitentiæ. Hoc quotidie cernimus & rebus probamus, quod hæretici fidei veritatem ſimulant, vt ſimplices decipiant, ipſi tamen nunquam redeant.
tione, ait dominus.

*ta, q.d. Sic, per Nabuchodonoſor, qui totam terram deſtruxit occidendo & captiuando: ideo ſubditur:* G

b Venite. *properate ad deuorandum carnes occiſorum.*

c Paſtores *.i. principes exercitus Nabuchodonoſor, ſecũdum quod expoſitum eſt ſup. cap. 6 in prin. Ad eam venient paſtores &c.*

d Demoliti *.i. populum Iſrael, ſicut dicitur Iſa. 5. b. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.*

e Luxit. *afflictione dante eis intellectũ. Cætera patent vſq; ibi.*

f Seminaue. *Quod exponit Ra. Sa. dicẽs q imminente deſtructione ciuitatis, Iudæi fecerunt aliqua bona, ſed non valuerunt eis, eò q non fecerant debitã pœnitentiã de malis præteritis, ſecundũ monitionẽ Ieremiæ ſupra poſitã 4. cap. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Põt ẽt hoc exponi, quia dñs ante aduentũ Nabuchodonoſor immiſerat ſterilitatẽ, p quã nõ fuit reuerſus populus ad pœnitentiam.*

g Confunde. *in captiuitatem ducti.*

h A fructi. *Idẽ propter demerita veſtra.*

i Hæc dicit do. *Hic conſequenter ponitur populi Iudæ reparatio, & hoc ad conſolationẽ bonorũ, ſicut p̃miſſa eſt deſtructio ad confuſionẽ malorũ. Præmittitur tamẽ deſtructio aduerſariorũ, cũ dicitur: Hęc. Iſti erant Idumæi deſcendentes ab Eſau fratre Iacob, & Moabitæ & Ammonitę, qui deſcenderant de Loth nepote Abrahę: pp qđ debebãt Iudęos diligere, & ipſi ecõtrariò aduerſabãtur eis, & incitauerunt Nabuchodonoſor contra eos, & in eius exercitu venerunt contra Iudæam, ideo ſubditur:*

k Qui tan. &c. Ecce. *quia poſt captiuitatẽ Iudęorũ ipſi fuerũt ſatis citò captiuati.*

m Et domum Iuda. *quia ipſi habitabant circa terram Iuda.*

n Et cum euul. *ſcilicet Iudæos.*

o Conuertar. *& hoc fuit impletũ tpe Cyri regis Perſarũ, qui remiſit captiuitatem Iudæorũ, vt habetur 1. Eſd. 1. a. & quia plures de Babylonijs conuerſi ad Iudaiſmum venerunt cum eis, ideo ſubditur:* H

p Et erit. *à Iudæis. Aliqui libri habent: Eruti. & malè.*

q Didicerint. *Idololatriam dimittendo, & vnum Deum colendo.*

r Vt iurent. *Iuramentum enim tale, quando habet circumſtantias debitas, fit in reuerentia Dei.*

s Sicut do. *quia ante conuerſionem inducebant Iudæos ad ritum Gentilem.*

t Aedifica. *fide & moribus & temporalibus bonis.*

MORALITER.

✱ i *Hæc dicit.* Dicuntur autem Romani Chriſtianorum vicini, eò q Chriſtiani inter eos habitabant.

l *Euellam.* Plures enim imperatores Romani Chriſtianorum perſequutores fuerunt de ſua dignitate deiecti.ſ. Nero, Domitianus, & plures alij.

n *Et cum.* ſ. tempore Conſtantini, qui baptizatus percepit gratiam Chriſti, & cũ eo magna pars populi Romani.

NIC. DE LY.

a Nunquid auis. *i. tota ſanguinolenta.*

GLO. ORD. CAP. XIII.

H*Aec dicit do. &c. Vade.* Vir ſanctus lumbare Dei dicitur, qui de limo terræ aſſumptus eſt, & eius conſortio copulatur. Et quodammodo q̃ in eccleſia videntur obſcęna, maiori diligentia circundat, ne Gentilium & hęreticorum morſibus pateant.

NIC. DE LYRA. CAP. XIII.

H*Æc dicit do. Superius à principio tractatus huius libri deſcripta eſt circa populum regni Iudæ malitiæ grauitas, hic conſequenter deſcribitur ipſius incorrigibilitas ſeu irreparabilitas. Et diuiditur in ſeptem partes ſecundum ſeptem modos oſtendendi propoſitum. Partes patebunt proſequendo. Primus autem modus continetur in hoc capite, videlicet per parabolam lumbaris putrefacti ad nihilum vltrà valentis. Et diuiditur in duas partes, quia primò parabola ponitur ad propoſitum. ſecundò ad hoc adducitur exemplum, ibi: Si mutare poteſt. Prima in duas, quia primò parabola ponitur, & ſecundò exponitur, ibi: Et factum eſt. Circa primum dicitur:* (Diuiſio.)

b Poſſide. *i. de lino contextum.*

CAP. XIII.

a HÆc dicit dominus ad me:
¶Sicut ego filios Iſrael.
Vade & † poſſide tibi

MORALITER.

✱ a *Hæc dicit do.* Per Ieremiam qui interpretatur excelſus domino, ſignatur dominus noſter Ieſus Chriſtus ad patris dexteram eleuatus, Mar. vlt. Per lumbare verò lumbis eius adhærens, populus Chriſtianus,



teant. Hoc lumbare ſi aquam tetigerit, & Euphratis fluenta
A tranſierit, Aſſyrio humore imbutum perdit priſtinam fortitudinem, & computreſcit. Et quamuis redeat in vſum Dei, tamen priſtinam pulchritudinem habere non poterit: non Dei duritia, ſed ſua culpa, quia noluit audire verbum domini. Caueat ergo qui poteſt dicere: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. ne fortè per negligentiam ab illius renibus ſeparetur, & tranſeat Euphraten, & detur in poteſtatem Aſſyrij regis, & nequaquam in ſolidiſſima petra, ſed in foramine petræ corruptę atque vitiatę, hoc eſt hæreticorum ſordibus & vitijs occupetur: & in tantam veniet putredinem, vt in vſum & cinctorium domini vltrà redire non poſſit.

a *Lumbare &c.* populus Iſrael eſt. Qui ſicut lignum de terra aſſumptus & illotus, nec molliciem habuit nec candorem, & tamen per Dei miſericordiam Deo adhæſit. Cum autem peccaſſet, Euphratẽ.i. in Aſſyrios eductus, & ibi abſconditus.i. multitudine innumerabilium Gentium quodammodo abſorptus, & nihil reputatus.

b *Et abſconde.* Origenes. Iudęi indigni extiterunt Deo, & proiecti ſunt ab eo, nobis pro illis accinctus eſt Deus. Neque enim putandum eſt cinctorium abijcientem manſiſſe incinctum: ſtatim vt illos proiecit, alios ſibi contexuit.i. eccleſiam de Gẽtibus quæ ex nigra facta eſt lucida atque candida. vnde: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? Sciat tamen,
B quia ſi naturalibus ramis nõ pepercit, nec ſibi parcet, ſi non fuerit digna lumbo eius.i. ſi non adhærens domino, vnus ſpiritus fuerit in Chriſto.

c *Et tuli lumbare.* In captiuitatem. Significat autem, quod propheta in typum domini populum liberat, ſed nihilominus peccat. Poſtea deos alienos ſequitur, ad extremum in Dei filium manus mittit, ideo æterna perditione contabeſcit.

d *Omnis laguncula.* Hæc eſt ebrietas qua obliuiſcimur præceptorum Dei, & vitijs atque peccatis humana impletur conditio. vnde: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Non ad comparationem Dei, vt veteres & noui volunt hæretici, & eorũ patroni, ſed ad ſcientiam eius. Homo enim videt in facie, Deus in corde: & quod nobis mundum videtur, ei immundum deprehenditur. Verbum Hebraicum nebel Aquilæ prima editio, lagunculam. Secunda ipſum nebel. Symmachus, craterem. Lxx. vtrem. Theodotio vas, interpretati ſunt, quod omne vino tãtum & ebrietate completur. Sumus enim vas fragile, & theſaurum habemus in vaſis fictilibus, in quibus id completur: Non habitat in carne mea bonum. Non enim quod volo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc operor. Et: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

a Et

¶Vel cinctorium.
lumbare lineum, & pones illud ſuper
¶Ne corrumpatur.
lumbos tuos, & in aquam non inferes il-
¶Vel cinctorium.
lud. Et poſſedi lumbare iuxta verbum
domini, & poſui circa lumbos meos. Et
¶Poſtquam peccauit.
factus eſt ſermo domini ad me ſecundò,
a ¶A te ſicut ablatum eſt à me.
dicens: Tolle lumbare quod poſſediſti,
a ¶Quia ego ſurgam in vindictam.
quod eſt circa lumbos tuos, & ſurgens
a ¶Aſſyrios. b ¶Prædica abſorbendum.
vade ad Euphraten, & abſconde illud
¶In typo domini.
ibi in foramine petræ. Et abij, & abſcon-
di illud in Euphrate, ſicut præceperat mi-
hi dominus. Et factum eſt poſt dies plu-
rimos, dixit dominus ad me: Surge &
a ¶Sicut ego reducam filios Iſrael.
vade ad Euphraten, & tolle inde lumba-
re, quod præcepi tibi, vt abſconderes il-
lud ibi. Et abij ad Euphraten, & fodi, &
¶In ſignum captiuitatis.
tuli lumbare de loco vbi abſconderam
illud. Et ecce computruerat lumbare, ita
vt nulli vſui aptum eſſet. Et factum eſt
verbum domini ad me dicens: Hęc dicit
a ¶Adaptat ſimilitudinem.
dominus Deus: Sic computreſcere faciam
a ¶Duarum tribuum Iuda.
ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem
multam, populum iſtum peſſimum, qui
a ¶Vitia ſua ſequentes.
nolunt audire verba mea, & ambulant
in prauitate cordis ſui: abieruntque poſt
deos alienos, vt ſeruirent eis, & adora-
rent eos. Et erunt ſicut lumbare iſtud, qđ
nulli vſui aptum eſt. Sicut enim adhæret
lumbare ad lumbos viri, ſic agglutina-
¶Decem tribus.
ui mihi omnem domũ Iſrael, & omnem
¶Duas tribus.
domum Iuda, dicit dominus, vt eſſent mi
hi in populum, & in nomen & in laudem
a ¶Tamen. ¶Me cui hæc omnia feci.
& in gloriam: et non audierunt. Dices er-
go ad eos ſermonem iſtum: Hæc dicit do-
a ¶Bonus ſcilicet vel malus.
minus Deus Iſrael: Omnis laguncula im-
a ¶Singulorum meritis congruo.
plebitur vino: & dicent ad te: Nunquid
ignoramus, quia omnis laguncula im-
plebitur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit
a ¶Non ſolum vulgus ignobile.
dominus: Ecce ego implebo omnes habi
a ¶Id eſt. b ¶Eccleſiarum. c ¶Reſupini, erecta ceruice, protenſo aqualiculo i. ſtomacho.
tatores terræ huius, et reges qui ſedent
a ¶Secundus in eccleſia gradus.
de ſtirpe Dauid ſup thronũ ei⁹, & ſacerdo
a ¶Qui videntur habere ſcientiam ſcripturarum. b ¶Pro peccatorum varietate.
tes & prophetas, & omnes habitatores Ie-

b Et in aquam. *ne ex madefactione citius putreſiat, ſed magis aliunde. Cætera patent in litera.* C

c Et factum. *Hic conſequenter exponitur parabola, & primò quantum ad populi Iudæ culpam, ſecundò quantum ad pœnam, ibi: Dices ergo. Circa primum dicitur:* (Diuiſio.)

d Sic computreſcere faciam. *eã annihilando: & per hoc inſinuatur, q Nabuchodonoſor non annihilauit gloriam regni Iudæ virtute propria ſed diuina: ſicut lumbare non fuerat putrefactum ex madefactione aquæ, nec ex loci conditione, quia erat abſconditum in foramine petræ, ſed diuina voluntate.*

e Populum. *primò propter eius inobedientiam, ideo ſubditur:*

f Qui nolunt. *Secundò propter nequitiam in proximum, cum dicitur:*

g Et ambulant. *ex certa ſcientia nocumentum inferentes proximis ſuis in rebus ſuis per auaritiam, ſicut dictum eſt ſupra 6. cap. A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent &c. & in vxoribus per luxuriam, ſupra 5. cap. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.*

h Abieruntq; poſt. *per idololatriam.*

i Et erunt ſicut lumbare iſtud. *deſtructi & annihilati.*

k Sicut enim &c. ſic agglutinaui mihi. *i. adiunxi mihi.*

l Omnem domum Iſrael &c. *quantum ad decem tribus.*

m Et omnem domum Iuda. *quãtum ad duas.*

n Vt eſſent mihi in populum. *dando eis legem in monte Sinai præ cæteris populis.*

o Et in nomen. *vt nominarentur ſpecialiter populus Dei.*

p In laudem & glo. *ideſt vt eſſent famoſi per totum orbem, ſupple ſi audirẽt verba mea debitè obediendo.*

q Et non audierunt &c. *in contrarium rebellando.* D

r Dices ergo. *Hic conſequenter ſubditur debita pœna. & diuiditur in duas partes, quia primò ponitur denunciatio pœnæ quantum ad omnes generaliter, ſecundò quantum ad principes ſpecialiter, ibi: Dic regi. Circa primum præmittitur parabola, cum dicitur:* (Diuiſio.)

t Omnis laguncula implebitur vino, &c. *Eſt autem laguncula vas terreum ad reponendum vinum: & quia acceperunt verba prophetæ ad literam, ideo exponit parabolam dicens:*

u Hæc dicit dominus: ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius &c. *Ideſt ſicut laguncula materialis impletur vino, ſic totus populus regni Iudæ quantum ad maiores & minores & mediocres, replebitur ſpirituali ebrietate. i. defectu mentis & corporis ad reſiſtendum aduerſarijs, ſicut ebrietas aufert ſenſum & membrorum vſum.*

a Et

MORALITER.

✱ Chriſtianus, qui ſibi debet adhærere per fidem formatam charitate. Sed quia multi ab ea declinant, iubetur lumbare poni in Euphrate: per quod ſignatur declinatio ad amorẽ terrenæ cupiditatis & delectationis carnalis, & ſic putreſcit vitijs. Per foramen petræ in quo ponitur, obſtinatio in malis ſignatur, & ſic inutilis ad omne bonũ homo redditur, ideo dicitur: Et Ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vſui aptum eſſet. Et ſequitur pœna cum dicitur:

s *Hæc dicit dominus &c.* Per vinum enim mordicatiuum ſignatur pœna, vt paret in litera ſequente: & per impletionem lagunculæ magnitudo pœnæ.

NICOL. DE LYRA.

a Et pones. *te accingendo.*

b Et



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Et diſpergam.* rationabili ira, vt reducam ab errore doloribus, & tormentis, qui ſermone non poterunt conuerti.

E

b *Non parcam.* Non crudelitate ſententiæ, ſed iudicij ſeueritate. Qui.n. trucidarunt, in æternũ peribunt. Hoc iuxta hiſtoriã ſimpliciter accipimus, ꝙ reges & ſacerdotes & prophetę & omnis populus Ieruſalem calice Babyloniæ ſit inebriandus, & captiuitate obruendus.

c *Date domi. Deo &c.* Ad pœnitentiam prouocat, antequam ducãtur in Babylonem. Alleg. Date do. &c. Q. Operamini dum dies eſt: veniet nox, cum non poteritis operari. Vnde & Iſaias: Stellę cœli non dabunt lucem, & tenebrabuntur orto ſole &c. Et Sophonias: Dies tenebrarum & turbinis.

† alterũ ad alterum
*Allegoricè.*
*Ioh. 9. a*
*Iſa. 13 b*
*Soph. 1. d*

d *Quod ſi hoc non au.* Dicamus Iudęis & noſtris Iudaizantibus, qui literã occidentem ſequuntur. Niſi.ſ. audieritis in abſcõdito.i. in myſterio. Vel ſecundum Aquilã in tenebris, quas poſuit Deus latibulum ſuum. Et iuxta Salomonem, intellexeritis parabolam & tenebroſum ſermonem: plorabit anima prophetæ à facie ſuperbiæ eorum.

*Pſal. 17. b*
*Prou. 7. b*

e *Captus eſt.* à diabolo vel Nabuchodonoſor, vel contritus. Aliqñ Iſrael fuit grex dñi. Sed quia indignos ſe iudicauerũt ſalute, cõuerſus eſt ſermo ad Gentes. Caueat oleaſter in bonam oliuam contra naturã inſertus, ne & ipſe conteratur.

f *Dic regi & domina.* Verbũ Hebræũ Gebira, Aquila & Symmachus dominatricem & dominam interpretati ſunt. Lxx. putantes eſſe Geburoth, potentes dixerunt. Dic regi & potentibus. Delirat in hoc loco qui regẽ Chriſtũ, & potentes angelos intellexit, vt aſſumãt corpus humilitatis, & in puluere ſedeant & amittãt de capite ſuo coronam & gloriã fortitudinis. Ciuitates quoque auſtri clauſas, infernũ, quę nulli aperiantur, & omnem gloriã Iudæ eſſe tranſlatã, qñ in paſſione cõpletum eſt. Oẽs declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Dic re. & do. &c. Manichęus dicebat naturã bonã à Deo creatã, malã verò à diabolo. Et ꝙ qdã angeli paſſi ſunt pro redemptione dęmonum, & poſt iudiciũ portas inferni claudi, & nullum ibi puniri, quod Orig. ſentire videtur, quod friuolum eſt.

† ſuperbiã veſtram.
† deduces
F
*Pſal. 13.*
† Tranſlatus

g *Tu enim docui. eos &c.* Qñ Ezechias oſtendit theſaurũ nuncio regis Babylonię. Tu n. &c. Audiat hoc eccleſia negligens, q̃ docet aduerſarios ſuos quõ poſſint eã ſpirituali captiuitate cõprehendere, & pecus eius beſtiali crudelitate lacerare.

*4. Reg. 20. c*
† gloriæ tuæ?

h *Propter multi. iniqui. tuæ, &c.* Hiero. Hinc diſcimus quãdiu peccata sũt minora, Deũ patiẽter agere, & pęnitentiã nr̃am expectare. Si aũt delictis delicta copulamus, & cumulos peccatorũ facimus, reuelabũtur pudẽda nr̃a vel in hoc ſeculo vel in futuro. Nihil.n. opertũ qđ nõ reueleť, qñ illud Dan. implebit: Iſti reſurgẽt in vitã æternã, & illi in opprobriũ & confuſionem ſempiternam.

† apprehenderunt.
*Matt. 10. c*
*Dan. 12. a*

i *Si mutare poteſt Aethiops &c.* Hoc teſtimonio vtuntur qui diuerſas naturas aſſerere conãtur, tantã nigredinẽ vel varietatem peccatorũ dicentes, vt in candorem & vnius coloris pulchritudinẽ tranſire non poſſit. Non hoc attendentes, cum didiceritis malum. Quidquid enim diſcitur non naturæ eſt, ſed ſtudij & propriæ voluntatis, quæ conſuetudine peccandi quodammodo in naturam tranſit. Sed quod

† diſcoopertæ ſunt fimbriæ tuę, diſcoopertę ſunt

a ¶Ideſt. b ¶Vt creſcat dolor pœnæ, dum mutuis ſe non conſolantur alloquijs. c ¶Ebrios.

a ruſalem ebrietate, et diſpergam eos a

a ¶Vt diuerſis polluantur erroribus & hæreſibus, vt ſub nomine Chriſti dimicent contra matrem ſuam eccleſiam.

† virum à fratre ſuo, & patres & filios

b pariter, ait dominus. Non parcam, &

non concedam, neque miſerebor, vt b

a ¶Ergo tã intrinſecus quã extrinſecus tã mẽte quã corpore.

non diſperdam eos. Audite & auri- c

a ¶In ſuperbiam. Q. cogitate fragilitatem veſtram, quia nullus eſt qui pro qualitate peccati hac ebrietate careat.

bus percipite, nolite eleuari, quia do- d

a ¶Ideſt agite pœnitentiã. vnde alibi: Date gloriã Deo veſtro.

c minus loquutus eſt. Date dño Deo e

a ¶In die iudicij.

veſtro gloriam, antequam tenebre- f

¶Vobis in Babylone.

ſcat, & antequam offendant pedes ve-

a ¶Babylon & omnis regio Chaldęorum, montes caliginoſi dicuntur. vnde Iſa. Super montem caliginoſum eleuate ſignum. b ¶Dæmones qui cruciatibus præpoſiti. ¶Vobis. ¶Hic.

ſtri ad montes caliginoſos. Expecta- g

¶Ibi.

bitis lucem, & ponet eam in vmbram h

¶Vt nec gemitus quidem & ploratus liber ſit, ne victores offendantur.

d mortis, & in caliginem. Quòd ſi hoc i

non audieritis, in abſcõdito plorabit k

a ¶Dei vel prophetæ. b ¶Victorum. ¶Impœnitentium. c ¶Vnde. ¶Ideſt dolorem meum diſſimulare non potero.

anima mea † à facie ſupbię. † Plorans l

plorabit, & † educet oculus meus la-

a ¶Ironicè.

e chrymam, quia captus eſt grex domi

a ¶Vox domini ad prophetam.
b ¶Ioachin. c ¶Matri eius.

f ni. Dic regi & dominatrici: Humi- m

¶Puluere.

liamini, ſedete in terra: quoniã deſcen

a ¶Regia dignitas Babylonio tradita.

det de capite veſtro corona gloriæ

a ¶Iudæ & Ieruſalem, quæ ad auſtrum verſa eſt.

veſtræ. Ciuitates auſtri clauſæ ſunt, & n o

a ¶Obſidione clauſas.

nõ eſt q aperiat. † Trãſlata eſt omnis p

¶O habitatores Ieruſalem.

Iuda, tranſmigratione perfecta. Leua- q

¶Chaldæi.

te oculos vr̃os, & videte, qui veniunt

a ¶O Ieruſalem. b ¶Populus. c ¶A Deo.

ab aquilone. Vbi eſt grex, qui datus r

a ¶Inclyta multitudo, quaſi tota prouincia in vnũ congregata.

eſt tibi, pecus † inclytum tuum? Quid s

a ¶In virga, Babylonijs tradendo. b ¶Ad eorum auxilia confugiendo, & idola colendo, qui ſub occaſione amicitiæ didicerunt qua venirent ad te.

g dices cũ viſitauerit te? Tu enim † do- t

cuiſti eos aduerſum te, † & erudiſti in u

¶Captiuitatis.

caput tuum. Nunquid non dolores x

¶Subito dum neſcis.

† apprehendent te, quaſi mulierẽ par-

¶Ideſt ſi cauſam quæris.

turientem? Quòd ſi dixeris in corde tuo, quare venerunt mihi hæc?

¶Reſpondeo.

h Propter multitudinem iniquitatis y

a ¶Sublatis veſtibus. b ¶Sicut meretricis, vt publice pateat fornicatio tua.

tuæ † reuelata ſunt verecundiora tua, z

a ¶Q. ipſi non poſſunt. Deus poteſt.

i pollutæ ſunt plantæ tuæ. Si mu- a b

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Et diſpergam eos, *in captiuitatem ad diuerſas ciuitates & loca.*
*b* Neq; miſerebor &c. *q.d. bene tamen miſerebor in alio. ſ. poſtea reuocans ipſos, ſicut dictum eſt cap. præced.*
*c* Audite &c. *Verba ſunt Iere. reuocantis populum ab errore.*

G

*d* Nolite ele. *contemnendo verbum domini.*
*e* Date do. Deo ve. &c. *confitendo humiliter culpam veſtram & eius iuſtitiam, ſicut Ioſue dixit Achan, Ioſ. 7. c. Fili, da gloriam Deo &c.*
*f* Antequam tene. &c. *i. antequam tribulatio importabilis ſuper vos veniat.*
*g* Expe. lu. *i. conſolationem à rege Aegypti, à quo tempore Sedechiæ ſperauerunt contra Nabuchodonoſor auxiliari.*
*h* Et ponet &c. *quia illa fiducia fuit eis occaſio deſtructionis, vt dictum eſt ſuprà frequenter.*
*i* Quòd ſi hoc non audieritis. *in malo perſeuerando.*
*k* In abſcondito plora. &c. *vobis compatiens.*
*l* A facie ſuperbiæ. *i. de malis vobis ſuperuenientibus propter ſuperbiam veſtrã.*
*m* Dic regi. *Poſtquam poſita eſt pœna ſuper totum populum generaliter, hic conſequenter ponitur quantum ad principes ſpecialiter, cũ dicitur: Dic regi & do. &c. quod exponit Ra. Sa. de Ioachin filio Ioſie & matre eius, qui reddiderunt ſe Nabuchodonoſor, & duxit eos in Babylonem, vt habetur inf. 29. cap. Litera tamen ſequens magis concordat, quòd intelligitur de Sedechia rege & eius vxore, qui captus fuit à Nabuchodonoſor & exoculatus.*
*n* Ciuitates auſtri clauſæ ſunt. *Pre timore Nabuchodonoſor venientis contra Sedechiam: & dicuntur hic ciuitates regni Iudæ ciuitates auſtri, quia regnum Iuda reſpectu regni Iſrael eſt in parte auſtrali.*
*o* Et non eſt &c. *i. exire audeat.*
*p* Tranſla. eſt omnis Iu. *quod fuit ſub Sedechia: tranſlatio enim quæ fuit ſub Ioachin, fuit tantum partialis.* H
*q* Leua. ocu. &c. *ab aquilone: exercitus .n. Nabuchodonoſor venit ab illa parte.*
*r* Vbi eſt grex. *i. populus. q.d. non comparebit in terra tua, ſed transferetur ad alienam.*
*s* Quid dices &c. *ſ. Nabuchodonoſor te captiuando. q.d. non habebis excuſationẽ, quia dediſti ei occaſionem, ideo ſubditur:*
*t* Tu enim docui. &c. *id eſt Babylonios.*
*u* Aduerſum te. *& hoc primò fuit quando Ezechias omnia quæ in domo ſua erant nuncijs regis Babylonis oſtendit, propter quod Iſaias eum reprehendens dixit, quòd de filijs eius ducendi eſſent eunuchi in Babylonem, & quod ibi tranſportarentur bona Ieruſalem Iſa. 39. c. Secundò hoc fuit quando illi de regno Iudæ miſerunt nuncios in Babylonem ad apportandum inde idola, ſicut habetur Ezechielis vigeſimotertio. & ſic Babylonij contraxerunt cum eis familiaritatem, & conſiderauerunt infirma terræ, per quæ poſſent eam obtinere, & habere precioſa quæ ibi viderant tempore Ezechiæ, & poſtea alijs temporibus.*
*x* Nunquid non dolores apprehen. te. *q.d. Sic: Nabuchodonoſor te captiuante: et ſubditur cauſa cum dicitur:*
*y* Propter multi. iniqui. tuæ. *in proximum & in Deum.*
*z* Reuelata ſunt &c. *ideſt ſpoliata es bonis tuis, & loquitur de Ieruſalem ad modum meretricis, quæ cum ſpoliatur ad vituperium, incipitur à parte inferiori.*
*a* Pollutæ ſunt plan. tuæ, *i. greſſus tui, per quos opera deſignantur. In Hebræo habetur: Præciſæ ſunt plantæ tuæ. q.d. non poteris vltrà in malis tuis procedere.*
*b* Si mutare poteſt &c. *Hic adducitur exemplum ad propoſitum. Et* ¶ *diuiditur*



quod hominibus impoſſibile eſt, Deo poſſibile eſt: vt non Aethiops vel pardus ſuam naturã mutare videatur, ſed qui in illis operatur. Vnde Apoſtolus: Omnia poſſum in eo qui me confortat. Et: Non autem ego, ſed gratia Dei. Et: Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Et: Quid habes quod non accepiſti? ſi autem acceperis, quare gloriaris quaſi non acceperis? Non igitur glorietur ſapiens in ſapientia ſua, vel fortis in fortitudine ſua, & huiuſmodi, q̃ in omnibus operatur virtus Chriſti.

A

a *Nudaui.* Rogemus Chriſtum, vt nec in pręſenti, nec in futuro reuelet poſteriora noſtra, ſed deleat iniquitates noſtras, & ſcelera noſtra apparere non ſinat.

b *Super colles.* Allegoricè, In collibus & in agris fornicatur, & nunquam mundatur, qui erecta ceruice per ſuperbiam non humiliatur ſub potenti manu Dei, ſed confidit in ſceleribus ſuis.

a ¶Niger in peccatis.

tare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut

¶Diuerſitates vitiorum.

pardus varietates ſuas, & vos poteritis

a ¶Studio, non natura.

bene facere, cum † didiceritis malum. Et a

a ¶Quia ſtudio peccandi non potuerunt mutare naturam.

diſſeminabo eos quaſi ſtipulam, quæ

a ¶Vnde: Tanquam puluis quem proijcit a facie terræ.
b ¶O Ieruſalem.

vento raptatur in deſerto. Hæc ſors tua b

a ¶Quam elegiſti tibi. Vnde. In qua menſura menſi fue. reme. &c.

parſque menſuræ tuæ à me dicit domi-

a ¶Cauſa diſperſionis Iſrael. ¶Temporalibus.

nus, quia oblita es mei, & confiſa es in c d

a ¶Vel poſteriora tua, vt ſcilicet videat ignominiam ſuam, & quæ retro eſſe debent fiant in prioribus.

a mendacio. Vnde & ego nudaui † femo e

a ¶Omnibus.

ra tua contra faciem tuam, & apparuit

a ¶Quaſi aquarum, quæ inſaniunt ad coitum. Vnde Vergilius: Lentum diſtillat ab inguine virus.

ignominia tua: adulteria tua, & hinitus f g

b tuus, ſcelus fornicationis tuæ. Super col h

¶Non ſoluta in ciuitate. ¶Idola.

les in agro vidi abominationes tuas.

a ¶Quamuis iactes te ſequi veſtigia mea, & mei nominis venditiles confeſſionem.
¶Ergo.

Væ tibi Ieruſalem: Non mundaberis i

¶Expectabo: quamdiu feram?

† poſt me: Vſquequo adhuc? k

## NIC. DE LY.

¶ *diuiditur in duas: quia primò ad propoſitum ponuntur duo exempla. Secundò ſubditur debita pęna, ibi: Et diſſeminabo. Primum exemplum eſt de Aethiope, qui non poteſt ſuam nigredinem immutare. Secundum de pardo, qui nõ poteſt mutare varietates pellis ſuæ, quia vtrunque iſtorum eſt à natura. Et ſic dicit de Iudęis, quod non poterant reuerti ad bonum propter conſuetudinem ad malum, quia conſuetudo eſt quædam natura, vt dicit Philoſophus libro de memoria & reminiſcentia, & ſecundum hoc patet litera. Sciendum tamen quod hæc ſimilitudo non tenet ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid. Illa enim natura, quæ eſt cauſa nigredinis Aethiopis, in nullo ſubiacet imperio rationis. Et ideo Aethiops non poteſt illam im-* B *mutare quantumcunq; conetur ad hoc. Sed habitus ex conſuetudine peccandi generatus: & per modum naturæ inclinans ad malum, cauſatur ex inclinatione appetitus ſenſitiui, qui natus eſt obedire rationi. Et ideò per conatum liberi arbitrij ad oppoſitum poteſt reuerti ad bonum, tamẽ cum difficultate propter habitum inclinantem ad oppoſitum: & hoc dicitur impoſſibile ſecundum quid, prout dicitur. 5. Metaph. Vno modo dicitur impoſſibile, quod vix poteſt fieri aut cum difficultate. In exemplis autem poſitis de Aethiope & pardo, eſt impoſſibile ſimpliciter, ſecundm naturam tamen, quia Deo non eſt impoſſibile.* C

*a* Et diſſeminabo. *Hic conſequenter ponitur debita pęna, cum dicitur: Et diſſeminabo &c. Eijciendo in captiuitatem ad diuerſa loca.*

Diuiſio.

*b* Hæc ſors &c. *ideſt pęna correſpondẽs peccatis tuis.*
*c* Quia obli. es. *Dimittendo cultum diuinum.*
*d* Et conf. es. *ideſt in idolo.*
*e* Vnde & ego nudaui. *ideſt inferendo tibi pęnam debitam oſtendi peccatorum tuorum turpitudinem. ideo ſubditur,*
*f* Adulteria tua. *ideſt adulterium ſpirituale per idololatriam, & corporale per luxuriam.*

† fimbrias tuas

*g* Et hinnitus tuus. *ideſt vtriuſq; adulterij patens libido.*
*h* Super col. *ibi enim colebant idola. ideo concluditur: Væ tibi Ieruſa. Et cauſa ſubditur,*
*i* Non mundabe. poſt me. *ideſt mihi obediendo.*
*k* Vſquequo adhuc. *ideſt ita citò. Et ſic legitur depreſſiuè. alij autem legunt interrogatiuè. quaſi dicat, Non. Et eſt eadem ſententia.*

*In cap. 13. vbi dicitur: In abſcondito plorabit anima mea.*

### ADDITIO.

¶ Dicit in abſcõdito ſe plorare, vt oſtẽdat qđ tanta eſſet ſuperbia inimicorũ, qđ nõ auderet liberè plorare ſeu gemere, ne offenderentur inimici, qui erant maximè ſuperbi, ideo ſubdit. A facie ſuperbi. D

## GLO. ORD. CAP. XIIII.

Q*Vod factum eſt verbum domini ad Ieremiam de ſermonibus ſicci.*
a *Et portæ eius.* Senſus. ſ. per quos animo concipitur diſciplina.
b *Et ob. ſunt.* Iræ Dei vniuerſa conſentiunt. Vnde: Sol ſuper peccatores occidit in meridie, & luna & ſtellæ nõ dant lumen ſuũ. Putandum eſt autem obſidionis tempore pluuias non fuiſſe, vt obſeſſi ſuſtinerent ſterilitatem aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vtitur ciuitas, & vſque in præſentem diem ſterilitas pluuiarum non ſolum frugũ, ſed & bibendi facit inopiam.
c *Agricolæ.* Quorum vnus ait: Dei agricultura eſtis. Et alibi: Dei cooperatores ſumus.

a Nam

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

Q*Vod fa. eſt. Hic ponitur ſecundum, per quod oſtenditur peccati Iudæ irreparabilitas ſ. per ſiccitatem inductam, ad deſignandum, quod humor gratiæ & deuotionis totaliter defecerat in eis, ſicut terræ naſcentia totaliter deſiccata vltrà non vireſcunt. Circa quod primò ponitur ſiccitatis reuelatio: Secundò prophetæ deprecatio, ibi: Si iniquitates. Tertiò domini reſponſio ibi: hæc dicit. Et quartò deprecationis iteratio, ibi: Nunquid. Circa primum præmittitur deſtructio Ieruſalem, cum dicitur.*
*b* Lu. Iu. *ideſt luget propter mala ſibi futura. Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*
*c* Et por. c. *ideſt corruerunt per Chaldæos deiectæ.*
*d* Et ob. *ideſt obſcurabuntur, terra & lutò, eo quòd non reuelabuntur, ſed putreſcent. Neemias enim ciuitatem reædificans, fecit ibi portas nouas, quia priores erant totaliter putrefactæ per longitudinem temporis: Et ſubditur de ſiccitate præuia dictæ deſtructioni, cum dicitur:*
*f* Maiores mi. *Et patet litera vſque ibi:*

¶ *a* Nam

## CAP. XIIII.

¶Ideſt quia.

QVod factum eſt verbum domi- a

ni ad Ieremiam † de ſermonibus

a ¶Pro fame verbi Dei.
¶Cultum Dei ſe prius habere iactans & confeſſionem veræ fidei.

a ſiccitatis. Luxit Iudæa, & portæ eius cor b c

a ¶Peccatis. b ¶Confuſus non rationabilis.

b ruerunt, & obſcuratę ſunt in terra, & cla d e

a ¶Qui ipſi deberent pergere.

mor Ieruſalem aſcendit. Maiores miſe- f

a ¶In quibus non ſunt cani ſapientiæ. b ¶Quam leguntur inueniſſe patriarchæ.

runt minores ſuos ad aquam, venerunt

† ad hauriendum, non inuenerunt aquã

a ¶Minores non quod aquæ non fuerunt, ſed quia illi inuenire non potuerunt.

reportauerunt vaſa ſua vacua. Confuſi g h

a ¶Quia reuelata facie non contemplantur gloria Dei.

ſunt, & † afflicti, & operuerũt capita ſua i

a ¶Cauſa. Mandatum quippe e[ſt] nubibus, ne pluant ſuper eam imbrem.

propter terræ vaſtitatem: quia non k

venit pluuia in terram. Confuſi l

a ¶Non intelligentes ſine Dei gratia ſe nihil proficere.

c ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua.

## MORALITER.

a *Quod fa.* Per quã ſignať in eccleſia arefactio deuõnis, iõ ſubdiť,
b *Luxit.* per quam ſignatur eccleſia per Chriſtum & apoſtolos, qui fuerunt Iudæi, in Ieruſalẽ primò fundata; quæ nunc habet lugẽdi materiam pp ariditatem deuotionis, & doctrinæ ſalutaris. nã multi Theologi nimis ſunt occupati erga curioſa & inutilia, de quibus nunquam ſcient veritatem, & dato quod ſcirent & docerent, nihil proficeret ad animarum ſalutem.

† ſuper prohibitionibus ſ pluuiarum.

c *Et por.* i. plati, qui portæ dñi eccleſiæ, eò qđ per eos alij debẽt ingredi ad vitã, & ipſi pro magna parte corruerũt per ſuperbiam, ſicut angeli ſuperbientes de cælo ceciderunt in terram.
d *Et ob.* iſtæ portæ per ignorantiam: Et quia magis ſtudent ad congregandum pecunias quam ſcientiam.
e *Et cla.* i. murmur populi cõtra eos, & ſi tacerent, lapides clamare deberent.
f *Maiores.* Hic ponitur malũ ſequẽs ex doctrina curioſa, cum dr̃: Maio. Nam epiſcopi aliquos de ſuis ſubditis licentiant, vt vadant ad audiendum doctrinam ſalutarem; & ſimiliter ſuperiores religionum idem faciunt. Et ſequitur,
g *Repor.* ſ. ſalutari doctrina.
h *Confu.* Nam in adiſcendis curioſis magnus eſt labor, & parum aut nihil vtilitatis. Vnde ſubditur,
i *Ope.* præ confuſione. Nam aliquando de communibus ad ſalutẽ pertinentibus interrogantur, & neſciunt reſpõdere. Et ſubditur cã.
u *Quia non ve.* ideſt doctrina Saluatoris ad aures audientium.
m *Con. ſunt agri.* i. prædicatores, quorũ officium eſt in agro dñi laborare, ſed neſciunt propter defectum ſcientiæ; quia lectores nõ legunt eis vtilia, de quibus debent populũ informare. ideo ſubditur,

a Cerua

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

E a *Nam & cer.&c.Greg.* Nam & cerua vel ceruæ in agro pepe rit vel pepererũt. Hæc ſententia de doctoribus genitos filios incautè deſerentibus dr̃. Bene aũt ceruis doctores aſſimilantur, qui more ceruarũ interemptis vitijs quaſi extinctis ſerpentibus viuunt, & inde acrius ad fontem vitæ inardeſcũt.
Pſal.41.a Vnde: Sicut ceruus deſiderat ad fontẽ &c. Ipſi etiã dum labentia huius tẽporis momenta, quaſi q̃dam flumina tranſeunt, cõpatientes charitate onera ſua ſibi inuicem ſuperponunt, quia cauta obſeruatione cuſtodiunt quod
Gal.6.a ſcriptum eſt: Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.
b *Traxe.ven.Greg.* Peruerſi quaſi dracones trahunt ventum, cum malitioſa ſuperbia inflantur.
c *Defe.ocu.* Claram lucẽ cernere non valentes ſubtractis rationabilibus cibis. Hæc ſiccitas ſæpe accidit eccleſiæ, qñ cerui & onagri inueniunt in populis, & magiſtrorũ penuria cõtabeſcũt, ſunt qui diſcant, non qui doceant.
d *Expectatio Iſrael.* Dicamus & nos in tpe ſiccitatis, & aquę penuria. Tibi pec
Pſal.50.a cauimus, & malũ corã te fecimus, tuũ præſtolamur aduentum, qui ſaluas Iſrael, non ſuo merito, ſed tua gratia.
e *Quaſi col.Greg.* Qui enim vt dominus auditus non eſt, nõ poſſeſſor agri, ſed colonus eſt creditus: qui quaſi viator ad manendum tantummodo declinauit, quia paucos ex Iudæa abſtulit, & ad Gentium vocationem pergẽs iter cœptum peregit.
f *Et quaſi via.* Iudæi hunc locũ ſic exponũt: Quare ſegregas te à populo tuo, & quaſi viator pp vnius horæ refrigerium, non curas quali vtaris hoſpitio: ſed ad alia tranſiturus non ſaluas populum tuũ & templum quondã inclytum tuũ? Noſtri de incarnatione dici putãt, qđ futurus ſit Chriſtus peregrinus in terra, & tpe paruo terræ vſurus hoſpitio, & quaſi vir pertrãſiens ac robuſtus relicto Iſrael tendat ad Gentes, vt de loco ad locum, de populo ad populum, de templo ad eccleſiam.
F
g *Moue.pedes ſuos & non quie.* Notãdum in ſcripturis ſanctis, quod ſemper peccatorum pedes moueantur, & ſanctis
Deu.5.d cum Moyſe dicatur: Tu verò hic ſta
Pſal.134.a mecum. Et alibi: Laudate ſerui dominum, qui ſtatis in domo domini, in atrij domus Dei noſtri. Et qui turrem Babylonis ædificauerunt, ab oriente mouerunt pedes ſuos.
h *Noli ora.* Stultum eſt orare pro eò qui

† teſtificatę fuerint cõtra nos
† rebelliones

a ¶Grandis eſt ſterilitas. b ¶Cui aſſimilantur illi qui veneno ſa interficiunt.
a Nam & cerua in agro peperit & a
a ¶Taſtus gratiæ.
reliquit, quia non erat herba. Et b c
a ¶Vnde Iob. Quis dimiſit onagrum liberum?
b ¶Plana relinquentes, currere non valentes.
b onagri ſteterunt in rupibus, tra- d
a ¶Trahunt odore narium.
xerunt ventum quaſi dracones. e f
c Defecerunt oculi eorũ, quia non g
a ¶Quorum omnium cauſæ ſunt iniquitates noſtræ.
erat herba. Si iniquitates noſtræ h
† reſponderint nobis, domine, fac i
a ¶Non ſecundum opera noſtra.
propter nomen tuum: quoniam
a ¶Non poſſumus ea vincere, tu vince qui vincere potes. b ¶Peccata quibus auerſi ſumus a te, & tu a nobis.
multæ ſunt † auerſiones noſtræ.
a ¶Qui ſcrutaris corda & renes. b ¶In te ſolum ſperamus te expectamus. ¶Vera.
d Tibi peccauimus expectatio Iſ-
a ¶Vnde: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.
rael, ſaluator eius in tẽpore tribu
a ¶In propria venit, & ſui eum non receperunt.
e lationis. Quare quaſi † colonus k
a ¶Qui exultauit vt gigas ad curren. viam ſuam.
f futurus es in terra, & quaſi viator l
declinans ad manendum? Qua- m
¶In Gentibus.
re futurus es velut vir † vagus, & n o
a ¶Iſrael.
fortis, qui non potes ſaluare? Tu p q
a ¶Relinquens Iudæos. b ¶In Gentibus.
autem in nobis es domine, & no r
¶Chriſtianum.
men tuum inuocatum eſt ſuper
¶Ergo. a ¶Quibus aduentum tuum prophetæ cecinerunt.
nos, ne derelinquas nos. Hæc di- s t
a ¶Quærenti quare futurus es quaſi colonus, &c.
cit dominus populo huic, qui di- u
a ¶Q. Vis ſcire rationem auſculta, quia dilex.
¶Populus meus. b ¶A domino.
c ¶Affectus d ¶Non Dei.
g lexit mouere pedes ſuos, & non x
a ¶In Deo, qui eſt vera quies, in quo quieſcit Iacob domi. Eſau vagatur vt venator. b ¶Ideo.
quieuit, et domino non placuit. y
a ¶Quoniam diu ſuſtinuit. b ¶Quia impœnitentes obſtinantur. c ¶Innumerabilium.
Nunc recordabitur iniquitatũ eo z
a ¶Quia quaſi ægroti & Deum non ſentientes, vt peccare deſiſtant.
rum, & viſitabit peccata eorum.
h Et dixit dominus ad me: † Noli
a ¶Fruſtra. b ¶Peſſimo, obſtinato.
c ¶Quo indigni ſunt.
orare pro populo iſto in bonũ.

*quaſi viator? qui tantum per vnam noctem manet in domo in qua hoſpitatur.* G
m Quare fu.es ve.vir vagus? *nos dimittens, & ad alios tranſiens. In Hebręo habetur: Velut vir pauidus & fortis &c. quaſi dicat, quamuis ſis potens ad nos ſaluandum, tamen Chaldæi dicent te pauidum & impotentem nos ſaluare, & ita dixerũt Chaldæi poſtea attribuentes victoriam ſuæ virtuti propriæ, propter qđ per Perſas fuerunt deſtructi.*
q Tu au.in no.es do. *Hoc dicit, quia in templo erat propitiatoriũ, quaſi ſedes ipſius Dei, vt dictum fuit plenius Exo.25.*
r Et no.tuum inuo.eſt ſu.nos. *quia licèt ſit Deus omnium, tamen vocabatur ſpecialiter Deus Hebræorum. Idola verò dicebantur dij Gentium. Et ideò ſubdit propheta.*
s Ne derelinquas nos. *in manibus aduerſariorum noſtrorum. Alio modo exponitur hæc litera, Quare quaſi colonus, de Chriſto qui habitauit inter homines quaſi alienus, Ioh.1.a. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Et quaſi viator de. quia Chriſtus non habuit proprium domicilium, Matt.8.c. Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Et ideò declinabat ad domum Marthæ & aliorum deuotorum ad hoſpitandum. Et ve. vir va. quia diſcurrebat per Iudæã ad prædicãdũ. Et vir for. qui non põt ſal. In paſſione n. ſua nõ fuit vſus ſua fortitudine, propter qđ deridebant eum, dicentes: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere, Matt.27.e. Et hæc expoſitio magis conſonat huic literæ præciſè, & ſecundum hoc dicitur ab aliquibus expoſitio literalis, & præcedens figuratiua, quia prophetæ nunciando populi captiuitatem futuram, per Chriſtum redemptionem intermiſcebant, vt patet in pluribus locis. Conſiderando verò literam præcedentem & ſubſequentem, dicitur ab alijs prior expoſitio literalis & iſta myſtica.*
t Hæc di. do. *Hic conſequenter ponitur domini reſponſio, & ſecundò circa hoc propheta admiratio, ibi: Et dixi. Circa primum dicit Ieremias explicans domini reſpõſionem: Hæc di. &c. Ieremias enim rogauerat pro populo, & ideo populo fit reſponſio.* H
u Qui d..mo. *ad quærendum aliunde idola, ſicut dictum fuit ſupra cap. præced.*
x Et non quie. *in cultu diuino.*
y Et do.non pla. *ideſt diſplicuit.*
z Nunc re. *inferendo pęnã abſq; retractione.*
¶ Et

## NIC. DE LYRA.

¶ a Nã & cerua. & re. *Vt iret ad quærendũ paſtum, vt poſſet nutrire fętum, & quia non inuenit, mortua eſt fame ex parte vna, & fętus ex altera.*
c Et onagri ſtete.in rup. *In Hebræo habetur: In ripis. ſ. fluuiorum & torrentium deſiccatorum. Et traxerunt ventum, ideſt attraxerunt aerem ad ſui refrigerationem, eò quod non inueniebant aquam.*
e Quaſi dra. *Habet enim draco multum de calore intrinſeco. Et ideo ad eius refrigerium non ſolum vtitur potu aquæ, ſed etiam aeris attractione.*
f Defecerunt oculi eorum. *ideſt onagrorum.*
g Quia non e.her. *Et ſic moriebantur ex defectu potus & paſtus.*
h Si ini. *Hic conſequenter ponitur prophetæ deprecatio, eò quòd compatiebatur populo ſuo. Et primò confitetur peccata populi ſui, dicens: Si iniqui. Et ponitur hic, ſi, p quia: quaſi dicat: ex peccatis noſtris ſumus conſcij, quòd meruimus à te puniri, & quamuis eſſet iuſtus, connumerat ſe tamen peccatoribus, eo quòd erat de eodem populo.*
i Do.fac. *per tuam miſericordiam, non propter noſtram iuſtitiam.*
k Quare quaſi co. *Dicitur autem colonus, qui non eſt de terra natus. Et ideo de facili recedet inde. Et per talem modum loquitur de Deo, qui erat receſſurus à Iudæa per ſubtractionem auxilij ſui contra Chaldæos.*
l Et quaſi via.decli.ad manen. *ideſt quare ita parum ſtabis nobiſcum quaſi*

## MORALITER.

a *Cerua in agro pepe. & reli.* ideſt ſimplex perſona bonum opus inchoatum citò relinquit.
b *Quia non erat her.* ideſt fomentum vtilis prædicationis.
c *Et ona.ſte.in ru.* Per onagros in ſolitudine commorantes, ſignantur primi religioſi contemplationi vacantes, tumultus ſecularium fugientes; ſed modo mutatũ eſt prædicamentum. nam multi ſe ingerunt negotijs ſecularium, vt aſcendant ad prælationis ſtatum. ideo dicitur.
d *Traxe.ven.quaſi dra.* aſpirantes magis præeſſe quam prodeſſe.
f *Defece.* A contemplatione diuinorum.
g *Quia non erat her.* ideſt deuotionis fomentum. Et quoniam talis doctrina ſubtrahitur aliquando propter auditorum defectum, ſicut Ezec.3.g. dicitur; Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exaſperans eſt. Ideo ſubditur,
h *Si ini.* Et ponitur hic ſi, pro non.
k *Quare quaſi colo.* Hoc exponitur de domino noſtro Ieſu Chriſto, qui Deus eſt ab æterno, ideo dicitur; Quare quaſi colo. Humanitatem aſſumendo.
l *Et quaſi via.&c.* ſ. in aliena domo. Matt.8.c. Vulpes foueas habẽt, & volucres cęli nidos; filius autem &c.
n *Velut vir.va.* ideſt diſcurrens hinc & inde ad prædicandum.
o *Et fortis.* ſecundum deitatem.
p *Qui non poteſt ſal.* ſecundum Iudæorum errorem, qui putabant eum purum hominem. Ideo deriſoriè dicebant, Matt.27.c. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſal.fa. Ad quæſtionem verò factam reſpondetur veraciter, quod hæc omnia ſuſtinuit pro noſtra ſalute.



A qui peccauerit ad mortem. Vnde Iohannes: Eſt peccatũ ad mortem, non pro illo dico vt roget quis: & eſt peccatũ non ad mortem: Ieiunia & preces & victimæ & holocauſta tũc proficiunt, cum à vitijs recedimus, & antiqua peccata deflemus. Si autem in ſceleribus permanemus, putantes votis atque ſacrificijs redimi aures Dei, vehemẽter erramus, qa Deum iniquum arbitramur. Qui enim ſemel gladio & fami & peſti deſtinatur, nullis precibus eruitur. Vnde: Noli orare pro populo iſto in bonum.
a *Prophetæ di.eis, &c.* Audiant hæc magiſtri, qui peccãtibus, & in vitijs permanentibus, pſpera pollicentur. Multi tales hodie ſunt, qui non curãt vndecunq; ſit oblatio, conſulẽtes ſuę auaritiæ, vt quidam feciſſe dr̃; qui perſuadebat vt ſecreta confiterentur peccata coram Deo ante altare; & ipſe ex aduerſo ſedebat, & audiebat, & hanc ſecuritatẽ dabat: Tantũmodo largas eleemoſynas facite, & ſufficit.
b *Hæc di.do.&c.* Caueãt pſeudo prophetæ, ne qui decipiẽdo lactant populum Dei, & ipſi pereant cum deceptis, & iaceant inſepulti, & non ſit qui operiat ignominiam eorum puluere pœnitentiæ.
c *Deducant oculi mei &c.* Dupliciter hic locus intelligitur. Quòd vel ipſe Deus populũ ſuum plangat & flere nõ deſinat, vel, imperet populo vt lachrymis effluat. Alij ex perſona prophetæ hæc dici arbi
B trantur.
d *Quoniam contritione mag. contrita &c.* Iuſta cauſa plangendi, virgo contrita, filia percuſſa, populus deletus.
e *Si egreſſus &c.* Audiant hoc prophetæ noſtri & ſacerdotes, quod nec foris nec intus propter negligentiã eorum ſit vlla ſecuritas. Qui foris ſunt, ab eis ſcandalizantur, & eos qui intus ſunt, fame perire patiuntur. Sed qui autores fuerunt peccandi, in tormentis ſint primi.
f *Propheta quoque.* Qui prophetabant proſpera, & legis mandata aperire debebant, abie.in ter.quam igno. Ideſt captiuati ſunt.
g *Nunquid proijciens abiecisti Iuda? aut Sion abo.* Vt vbi fuerat cultus Dei & trãquilitas, ibi ſit ſeditio, & hoſtilis fremitus. Si quando noſtra Sion noſterque Iudas abominabilis abijcitur, nequaquam miremur, ſed dicamus quod ſequitur,
h *Cognouimus do.impie.no.&c.* Q. Et nos & patres noſtri eadem dementia Dei pręcepta neglеximus, & impleta eſt in nobis menſura patrum noſtrorum: & quod illis deſiterat, peccato noſtro cumulatur. Vnde & de Iuda dicitur: In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini, & peccatum matris eius non deleatur: fiant contra dominum ſemper &c.
i *Patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi &c.* Vnde: Implete mẽſuram patrum veſtrorum. Nondum venerant ad iniquitatis cumulum, quod in Chriſti morte completum eſt.
K Solij

a ¶Impœnitentes. ¶ q. Iuſtus. c ¶Iniuſtus.
Cum ieiunauerint, non exaudiã preces eorum: a
¶Etiam. ¶Quæ digniora.
& ſi obtulerint holocauſtomata & victimas,
a ¶Q. Peccauerunt ad mortem, ſemel morti traditi ſunt.
non ſuſcipiam ea: quoniam gladio & fame &
a ¶Ter contra gladium, famem & peſtem.
peſte ego conſumam eos. Et dixi: Aã a domine b c
¶Pſeudo. a ¶Tormentorum Dei.
a Deus, prophetæ dicunt eis: Non videbitis glã- d
¶Verbi Dei
dium, & fames in vobis non erit: ſed pacem ve-
a ¶Eccleſiæ vel Ieruſalem.
ram dabit in loco iſto. Et dixit dominus ad me:
Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo. e
a ¶Sponte venerunt, non audiendi.
† Non miſi eos, & non præcepi eis, neque loquutus ſum ad eos. Viſionem mendacem & diui-
a ¶Non prophetiam. b ¶Vt blanditijs ſeducant in timorem domini tollentes.
nationem † fraudulentam, & ſeductionem cor-
a ¶Non Dei.
b dis ſui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit do-
¶Dicentes; Hæc dicit dominus.
minus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi, dicentes: Gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame
a ¶Qui calcauerunt mandata Dei.
conſumentur prophetæ illi, & populi quibus f
a ¶Quantos cernimus iacere in vijs Ieruſalem inſepultos: & recipere ſua mala?
prophetauerunt, erunt proiecti in vijs Ieruſa-
a ¶Puluere pœnitentiæ.
lem præ fame & gladio, & non erit qui ſepe-
a ¶Deceptæ plebes b ¶Idiotæ. ¶Genimina viperarum.
liat eos, ipſi & vxores eorum filij & filiæ eorũ,
a ¶Abundantiam. b ¶Quod metuerant.
& effundã ſuper eos malum ſuum. Et dices ad g
¶Vel veſtri. ¶Aſſidue.
c eos verbum iſtud: † Deducant oculi mei lachry
¶Lachrymæ pondera vocis habent.
d mam per noctem & diem, & non taceant, quo-
a ¶Non leue, non vile quod plangitur. b ¶Quondam non idololatria polluta. ¶Cuius ætati & teneritudini & integritati naturaliter condoletur.
niam contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. Si
a ¶Intolerabili.
a ¶Eccleſiam
egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio: & ſi
a ¶Eccleſiam. b ¶Vix oſſibus hærentes. c ¶Verbi Dei. d ¶Q. Nemirens plebem & vulgus ignobile.
f introiero ciuitatẽ, ecce attenuati famẽ. Prophe-
a ¶A domino. b ¶In infernum.
ta † quoq; & ſacerdos abierunt in terram, quam
a ¶Debito dignitatis officio. b ¶Miratur propheta, quod Deus ſic Iudam abiecerat. c ¶Tam repente. d ¶Duas tribus, in quibus religio & templum domini.
g ignorabãt. Nunquid proijciens abieciſti Iudã, h
aut Sion abominata eſt anima tua? Quare ergo
¶Plaga inſanabili?
percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? Expecta- i
uimus pacem, & non eſt bonũ, & tempus oratio k
¶Vbi fuerat cultus.
h nis, & ecce turbatio. Cognouimus domine im- l
i pietates noſtras, iniquitates patrum noſtrorum,
quia peccauimus tibi. Ne nos des in oppro- m
brium propter nomen tuum, † neque facias
a ¶Templi, vel cuiuslibet ſancti.
k nobis contumeliam. Solij gloriæ tuæ recorda- n o

† neq; deijcias ſolũ gloriæ.

K *Solij gloriæ.* Templi vel cuiuslibet ſancti, in quo ſicut ſcriptum eſt: Thronum eius in terra alliſiſti: Tunc alliditur atque deſtruitur cum ab eo multitudine peccatorum Deus offenditur. Sed quia culpa perditur, domini clementia ſuſtentatur, quæ mutatur ſeueritate ſententiæ, ſi irritum faciat dominus pactum ſuum, quo nobis pollicitus eſt ſalutem. C
a Nunquid

## NIC. DE LY.

¶ *Et ideo prohibetur propheta pro eis orare, cum dicitur: Et dixit &c.*
a Cum ieiunauerint &c. *q.d. pro afflictione ſua corporali & pro precibus & ſacrificijs non dimittam punitionem. ideo ſubditur: Quoniã gladio & fa.*
b Et dixi. *Hic conſequenter ponitur prophetæ admiratio de tanta populi ſui deſtructione, cum ſubditur,*
c A a a domine Deus. *Dicunt aliqui, quòd hic ponitur ter a, contra tria væ poſita, Ezech.23. in ſimili materia. Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici ſermonis, ſicut dictum fuit plenius ſupra. c.1. quia hic & ibi eſt vna dictio, quæ ſic ſonat: Aha, & eſt aduerbium admirandi. Cuius cauſa ſubditur,*
d Prophetæ dicunt eis, non. *Et ſubditur reſponſio domini, cum dicitur: Et dixit dominus ad. Et primò quantum ad prophetas populũ decipientes cum dicitur,* D
e Falsò prophetæ vaticinan.&c. *Et patet litera. Secundò, quantum ad populum à falſis prophetis deceptum. cum dicitur,*
f Et populi. *erunt proiecti mortui. Et patet litera. Tertiò, quantum ad Ieremiam pro populo orantem. cum dicitur,*
g Et dices ad eos ver. iſt. Deducant oculi mei la. *q. d. propheta: ex quo non poſſum pro vobis exaudiri, non reſtat mihi niſi lachrymari. Cætera patent in litera.*
h Nunquid proijciens abieciſti Iudam. *Hic ponitur ipſius Ieremię deprecatio iterata: quamuis enim dictum eſſet ſibi, quod non exaudiretur quin populus captiuaretur, tamen in aliquo ſperabat pęnam differri vel diminui. Et habetur ſimiliter. 2. Reg. de Dauid. qui licèt audiuiſſet à Natan propheta, quòd puer natus de Betſabee moreretur, tamen ipſo ægrotante, ieiunabat & orabat pro eius ſanatione. Similiter Samuel poſtquam cognouit Saulem abiectum eſſe à domino, tamen lugebat eum. 1. Reg.15. Dicit igitur Ieremias lamentando: Nunquid. Et duplicatur verbum abijciendi ad deſignandum abiectionis magnitudinem.*
i Expecta. *Per auxilium regis Aegypti.*
k Et quia non. *magis fuit in nocumentum, vt frequenter dictum eſt ſupra.*
l Cognouimus domine ini. *Hoc dixit Ieremias in perſona ſua, & aliorum bonorum peccata populi confitentium.*
m Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum. *Quod inuocatum eſt ſuper nos, vt prædictum eſt, quaſi dicat: quodammodo redundaret in te.*
n Solij gloriæ tuæ. *ideſt templi vbi eſt propitiatorium tanquam ſedile tuum.*
o Recor. *temperando rigorem iuſtitiæ tuæ.*
¶ a Ne

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Nunquid ſunt in ſculptilibus Gentium*. Poſt multos varioſq; ſermones redit ad titulum prophetæ, quo ſcriptum eſt: Factũ eſt verbum domini ad Ieremiam de ſermonibus ſiccitatis. Q. Dæmonum ſimulacra pluuiam dare nõ poſſunt: tu ergo da, cuius omne bonum eſt, ſine quo dari non poteſt. Hæretici quoq; pluuiam doctrinæ dare non poſſunt quamuis ſe cœlos eſſe glorientur. De quibus dicitur: Cęli enarrant gloriã Dei. Tu ſolus es qui populũ tuum potes inſtruere, & diuiſiones gratiarum dare expectantibus te.

*Ier. 14.a* — *Pſal. 18.a*

¶Salutis promiſſæ.
re, ne irritũ facias fœdus tuũ nobiſcum. Nunquid ſunt † in ſculptilib⁹ Gentiũ qui pluãt,
¶Per ſe.
aut cęli poſſunt dare imbres? Nonne tu es dñs Deus noſter
a ¶In quo ſpes noſtra, ad quem conuertimus vota.
quẽ expectauimus? Tu enim feciſti omnia hæc.

## NIC. DE LY.

a Ne irritum facias fędus tuum no. *Quos in monte Sinai elegiſti nos in ſpecialem populum. Et vt impetret aliquam miſericordiam, confitetur Dei magnificentiam, dicens:*
b Nunquid ſunt in ſculptilibus Gentium. *q.d. Non, ſed tu das pluuiam.*
c Aut cæli poſſunt dare imbres? *q. d. Nullo modo ſine te.*
d Nonne tu es. *q.d. Sic.*
e Quem ex. *Saluatorẽ in noſtris tribulationibus.*
f Tu enim feciſti om. hęc. *ſ. cęlos & imbres & omnia alia quæ ſunt in cęlo & in terra.*

## GLO. ORD. CAP. XV.

Et dixit do. *Greg.* Omiſſis tot patribus, ſoli Moyſes & Samuel ad medium deducuntur, quorum mira obtinendi virtus oſtenditur, dum nec ipſi poſſe intercedere dicuntur. Q. Nec illos audio quos pp magnum petitionis ſuæ meritum minime contẽno. Quid eſt ergo quod Moyſes & Samuel cæteris patribus in poſtulatione pręferũtur, niſi quod iſti duo tantũmodo in omni teſtamenti veteris ſerie etiam pro inimicis oraſſe leguntur? Vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus precatur. Alter ex principatu eijcitur, & ait: Abſit à me hoc peccatũ, quia ceſſem orare pro vobis.

*Exo. 17.b & Nu. 20.a* — *1. Reg. 12.c* — † voluntas.

a *Si ſte. Moy.* (inquit) & Samuel corã me. non eſt ani. mea. ad po. Q. Nec illos modo pro amicis audio, quos magnæ virtutis merito, orare etiã p inimicis ſcio, &c. Virtus ergo veræ orationis eſt celſitudo charitatis: & tunc quiſq; quod rectè petit adipiſcitur, cum eius animus non in petitionis odio inimici fuſcatur.

† *Zac. 11.b*

b *Et viſitabo ſuper eos qua.* Quatuor plagas quibus populus Iudæ traditus eſt, etiam Ezechiel propheta demõſtrat, gladium, peſtilẽtiam & famẽ, beſtias, & captiuitatem. Inter beſtias autem canes quoq; & volatilia intellige, quibus lacerãda & deuoranda, & diſſipanda corpora tradita ſunt. Neque enim fieri poterat, vt creatore neglecto nõ vniuerſa creatura conſurgeret in peccatores.

c *Et dabo eos in fer. &c.* Hoc ſub Babylonijs ex parte completum eſt, & nunc expletur in toto, quando peſſimũ regem, & qui Ieruſalem à porta vſq; ad portam repleuit cruore, iuſtorum populus impius imitatus eſt. Ex quo diſcimus regũ ac principum ac præpoſitorum ſcelere populos plerumq; deleri.

† cõmotionem.

d *Propter Manaßen.* Legimus in dierum volumine, Manaſſen poſt captiuitatem, & pęnitentiam reuerſum in Ieruſalẽ regnaſſe. Sed quomodo ſanctorum merita ad poſteros deſcendunt, ſicut Dauid & cæterorum, ſic peccatorum flagitia, ſi liberi nepoteſq; ſimilia geſſerint ad poſteros perueniunt. Iſte Manaſſes nequiſſimus fuit, Iſaiã ſerra lignea ſecuit, Amõ filium ſuum per ignem traduxit ad honorem idolorum & Tophet.

*2. Par. 35.*

e *Quis enim miſe. tui?* Nullus offenſo Deo poteſt rogare pro flagitijs peccantium, quia nec tam clemens poteſt eſſe creatura quam creator, nec tam alienus externis, quam dominus ſuis miſereri.

† parcẽdo grauior. — *Phil. 3.c*

f *Retrorſum abijſti, & exten. manum meam ſuper te. &c.* Cum iuxta Apoſtolũ poſteriora obliuiſcens ad priora ſe extendere debuit, Aegyptias carnes deſiderauit.

a *Mul-*

## CAP. XV.

Et dixit dñs ad me: Si
a ¶Pro populo. b ¶Cui dictum eſt. Dimitte me &c. ¶Qui iræ Dei pro populo leguntur reſtitiſſe, & iam impendentem ſententiam auertiſſe.
ſteterint Moyſes & Samuel
a ¶Quia conſummata ſunt ſcelera populi.
corã me, nõ eſt † anima mea
a ¶Ergo. ¶Oſtende eiectos.
ad populum iſtum. Eijce il-
a ¶Quia indigni. b ¶Non loco, ſed voluntate. quamquam legamus, & Adã & Cain eſſe eiectos a facie domini.
los à facie mea, & egrediantur. Qđ ſi dixerint ad te, quo egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit dñs: † Qui ad mortẽ, ad mortem: & qui ad gladiũ, ad gladium, & qui ad famẽ, ad famem: & qui ad captiuitatẽ, ad captiuitatem. Et viſitabo † ſuper eos quatuor ſpecies, dicit dñs. Gladiũ ad occiſionem, & canes ad lacerandũ, & volatilia cęli & beſtias terræ ad deuorandũ & diſſipãdũ: & dabo eos in † feruorẽ vniuerſis regnis terrę pp Manaſſen filium Ezechiæ regis Iuda ſuper omnibus quæ fecit in Ieruſalẽ. Quis enim miſerebitur tui Ieruſalẽ? aut quis cõtriſtabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandũ pro pa-
¶Quia.
ce tua? Tu reliquiſti me dicit
a ¶Nemo mittens manum ad aratrum, &c.
dñs, retrorſum abijſti. Et ex-
a ¶Manus extenſa, percutientem ſignificat, interfectio peccatorum iram conſummatam.
tendãm manũ meã ſuper te,
a ¶Lax. nequaquam vltra dimittam eos.
b ¶Q. defeci crebro eis ignoſcendo, vel laſſus ſum ſuper eos ad ſalutem prouocando.
& interficiã te. † Laboraui rogans. Et diſpergam eos ven-
a ¶Diſperſi vt purgarem arcam meam.
a ¶Vt quodammodo inferni limina calcarent.
b ¶Vt coacti neceſſitate malorum fugerent impendentia mala.
tilabro in portis terræ. Interfeci & perdidi populũ meũ,
a ¶Q. ideo non prodeſt pro eis rogare, quia nec reuertuntur, nec pœnitent.
b ¶Malis.
ẽt tamen à uijs ſuis non ſunt

## NICOL. DE LYRA. CAP. XV.

a Et dixit do. *Hic ponitur tertium ad oſtendendum peccatum Iudæ irremediabile quãtum ad pęnam temporalem. ſ. per excluſionem orationis Moyſi & Samuelis, quorum tamen orationes fuerunt valde efficaces. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur populi reprobatio. Secundò reprobationis ratio, ibi: Tu reliquiſti. Tertiò Ieremiæ lamentatio, ibi: Væ mihi. Circa primum dicitur in perſona domini.*
b Si ſteterint Moyſes & Samuel. *qui ſunt valde amici mei.*
c Coram me. *ideſt ad deprecandum pro populo iſto.*
d Non eſt anima mea. *ideſt voluntas mea ad parcendum ei. ideo ſubditur,*
e Eijce illos. *Ideſt tu Ieremia denuncia eos deijciendos de terra ſua. Et quòd iſta eiectio ſit dura ſubditur,*
f Qui ad mortem, ad mor. *Quia in obſidione Ieruſalem aliqui fuerunt mortui infirmitate, & peſte, aliqui gladio, & aliqui fame, & reliqui in captiuitatem ducti.*
g Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit dominus. *ideſt quatuor modos conſumendi eos, qui patent in litera.*
h Et dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ pro. *In Hebræo habetur: In commotionẽ, quia vbicumq; audiebatur eorum deſtructio, fiebat in hominibus cordium commotio ſiue cõcuſſio, quæ vocatur hic feruor.*
i Propter Manaſſen. *Qui ſupra modum irritauit dominum, idololatriam multiplicando, & ſanguinem innoxium effundendo. quarto Regum 21.*
k Quis enim miſerebitur tui Ieruſalem? *q.d. Nullus, poſt tanta mala in te perpetrata.*
l Aut quis con. pro te? *q.d. quilibet iuſtus magis lætabitur de impletione diuinæ iuſtitiæ.*
m Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? *q.d. nullus, ex quo oratio Moyſi & Samuelis eſt excluſa.*
n Tu reliquiſti. *Hic conſequenter ponitur dictæ reprobationis ratio, cũ dicitur: Tu reliquiſti me. Et patet litera vſque ibi:*
o Laboraui ro. *In Hebræo habetur: Laboraui recogitans, pluries punitionem differendo, tuam emendationem expectando, & ad eundem ſenſum pertinet litera iſta: Laboraui rogans. ideſt laborare feci prophetas reuocando populum dulciter per deprecationis modum.*
p Et diſper. *Ventilabro iuſtitiæ meæ.*
q In portis terræ. *Eijciendo eos ad diuerſas partes & longinquas.*
r Interfeci & diſperdidi pe. meum, & tamen a vijs ſuis. *Per flagella multiplicia eos caſtigando, & tamen non ſunt emendati.*

a Mul-

## MORALITER.

a *Et dixit dominus ad me &c.* Ex hoc patet, quòd oratio iuſtorum facta pro peccatoribus obſtinatis, nõ habet pro ipſis effectum. ideo ſubditur,
f *Hæc dicit do. &c.* Per ſeptem quæ ponuntur hic, poſſunt notari ſeptem vitia capitalia, propter quæ damnantur peccatores obſtinati. Per mortem (quæ facit computreſcere) luxuria. De qua dicit Greg. in moralibus; Iumenta in ſuo ſtercore computreſcere, eſt in fętore luxuriæ vitam finire. Per gladium, ira; quæ facit inſurgere ad occiſionem. Per famem, inſatiabilis auaritia. Per captiuitatem, animũ deprimentem accidia. Per canes corrodentes, mordax inuidia. Per volatilia, nimis eleuans ſuperbia. Per beſtias iræ deuorantes, vorax gola.

a Mul-



a *Mul. ſunt mi.* Diuerſis medicaminibus cupit Deus ſaluare peccãtes, vt qui contẽpſerant blandientẽ, timeãt minantẽ.
b *Septem.* Verbũ Hebraicum Saba, vel ſeptẽ, vel, iuramentũ, vel plurimos ſonat. Vnde. LXX. & Aquila & Theodotio, ſeptem interpretantur: apud Symmachũ, in plurimos, transfertur. Alij hæc ad ſynagogam referũt, quę infirmata eſt eccleſia creſcente. Vnde: Sterilis peperit ſeptẽ, vel plurimos, & q̃ multos habebat filios infirmata eſt. Inde occidit ſol iuſtitiæ, in cuius pennis eſt ſanitas. Cõfuſa eſt, in æternũ ſpirituali gladio perdens populum ſuum.
c *Væ mi.* Poteſt hoc Synecdochicos de Ieremia intelligi, qui non in toto orbe terrarum, ſed in Iudæa iudicatus ſit. Verè autem dño competit qui ait: In iudicium ego in mundũ iſtum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. De quo ſcriptũ eſt: Poſitus eſt hic in ruinã, & reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui cõtradicetur. Quis. n. Philoſophorum, quis Gentiliũ, quis hæreticorum non iudicat Chriſtũ ponendo ei legẽ naſcendi, patiẽdi, & reſurgendi, & ſubſtantiæ, variè de eius eſſentia opinando? Væ mihi. Non mirũ, iuxta humanitatem Chriſtum dicere: Væ mihi, &c. Cũ alibi apertè dicat: Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulã in meſſe, & racemum in vindemia &c. Et ne putemus vilitatem gemituum referri ad Dei verbũ, quis ſit iſte qui plangit, ſtatim indicat: Væ mihi anima, quia perijt reuertens de terra. Non q diuidamus perſonas vt impij, ſed q vnus atq; idẽ filius Dei & hoīs, nũc iuxta carnẽ, nunc iuxta deitatem loquatr.
d *Non fę.* LXX. Non profui, neq; mihi profuit quiſquam. Theodotio. Non debui, neq; debuit mihi quiſquam. Quorum omnium hic ſenſus eſt: Nullus dignè æra mea ſuſcepit, nec fęnerauit mihi quiſquam, in pauperibus confouendis me ſibi debitorem faciens. Non fœ. vel. Non profui. Nullus. n. voluit tãtum accipere, q̃tum ego dare, nec profuit mihi quiſquã. Salus creaturę, lucrũ eſt creatoris. Vnde: Non debui. i. nemo mihi dedit q̃tum volui, nec me ſibi debitorẽ fecit, nec debuit mihi quiſq. Q. Quo mihi vſuram debere potuit, qui fęnus non eſt dignus accipere?
e *Om. ma. mihi.* hæretici. i. peruerſè credẽdo, peruerſius blaſphemando. Omnes maledicunt. Hier. Pro eo qđ nos iuxta Hebraicũ interpretati ſumus. Omnes maledicunt mihi vſq; ad hoc: In tpe tribulationis aduerſum inimicum. In vulgata editione repperi: Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi: fiat dñe dirigentibus illis, ſi non aſtiti tibi in tpe afflictionis eorum, & in tempore tribulationis eorum in bono contra inimicum. Q. Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi. Non. n. intelligunt virtutem meã, q̃ in infirmitate perficitur; & quantò plus mihi maledixerunt, tantò mea in illis defecit amplius fortitudo. Iũgitq; vel ppheta vel dñs, & ait: Fiat dñe dirigentibus illis. Hoc eſt: Eueniant mihi maledicta, q̃ loquuntur inimici, & illi dirigantur in bonum, ſi non in tpe tribulationis eorum & anguſtiæ qñ eos vaſtabat inimicus, ſteti in conſpectu tuo, & rogaui te pro illis, & dixi: Pater ignoſce illis: quod. n. faciũt, neſciũt. Sed & Ieremiã deprehẽdimus ſæpe ĩ hoc volumine rogaſſe p populo.
f *Si reliquiæ.* Reſponſio domini ad id qđ Ieremias ſupra dixerat: Væ mihi mater mea, &c. Q. Noli conſiderare præſentia tantum, ſed futura. Reliquiæ enim tuæ in bonum, &c. In præſenti quoq; cum te cuperent inimici opprimere, occurri tibi, & protexi te. Si non reliquiæ tuæ in bonum. De Chriſto quoq; ſecũdum humanitatem poſſunt hęc dici. Si non reliquiæ. Poſſunt hæc de Ieremia accipi, qui peſſimo tempore, imminenteq; captiuitate prophetare cõpulſus eſt, & dura ppeti a populo nõ credenti.

a *Non-*

† matrem iuuenũ. i. congregationem virilitatis. — *Luc. 23.d* — † Quòd *Supra eo.* — † & anguſtiæ.

¶Interfectis viris.
reuerſi. Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenã maris. Induxi eis ſuper † ma-
a ¶Ideſt matres perditis liberis ſenſere vaſtantem.
trem adoleſcentis vaſtatorem
a ¶Clara luce, non nocte non inſidijs, ſed aperta via. b ¶Iuda peccatoris populi.
meridie, miſi ſuper ciuitates re-
a ¶Vt quanto ſubitum malum, tanto difficilius effugium. b ¶Liberis orbata.
pentẽ terrorem. Infirmata eſt
¶Vel abiecit vel vacua facta eſt.
¶Vel plurimos
quæ peperit ſeptẽ: defecit ani-
¶Lætitiæ.
ma eius. Occidit ei ſol cum
a ¶Clara luce. b ¶In ſolitudine ſua.
adhuc eſſet dies: confuſa eſt, &
a ¶Vt mortem & iram Dei nullus effugiat.
erubuit. Et reſiduos eius in gladium dabo in cõſpectu inimicorum meorum, ait dominus.
a ¶Sapientia, vel Synagoga.
Væ mihi mater mea. † Quare
¶Vel iudicij. ¶Vel qui iud. cor.
genuiſti me virũ rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra? Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam. Omnes maledicunt mihi, dicit dominus. Si nõ reliquiæ tuæ in bonũ, ſi nõ occurri tibi in tẽpore afflictionis, & in tpe tribulationis † aduerſus ini-

## NICOLAVS DE LYRA.

a Multiplicatæ ſunt mihi vi. *maritis earum interfectis.*
b Super arenam maris. *Hyperbole eſt, ad denotandum magnam multitudinem virorum interfectorum.*
c Indu. e. ſu. *ideſt adoleſcentium, accipiendo ſingulare pro plurali. Et hæc mater dicitur Ieruſalem, quæ erat mater totius terræ.*
d Vaſta. me. *ideſt palam & manifeſtè.*
f Miſi ſu. ci. *alias.*
g Repente te. *audita deſtructione Ieruſalem.*
h Infir. eſt quæ pe. ſe. *Aliqui libri habent additum, Filios, ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis. Per iſtam infirmitatem intelligitur terra decem tribuum, quæ iam erat captiuata per regem Aſſyriorum, & per ſeptem quos peperat intelliguntur ſeptem cognationes regum malorum, qui ibi regnauerant, vt dicit hic Ra. Sa. ſ. Ieroboam, & domus ſua, Baaſa, & domus ſua, Amri, Iehu, Manahem, Phacee & Hoſee cum domibus ſuis.*
k Occidit ei. *quia regnum Iſrael fuit captiuatum, cum adhuc regnum Iudæ ſtabat in proſperitate ſub Ezechia rege.*
l Et reſi. e. *ideſt illos de regno Iuda, qui dicuntur eius reſidui, quia vtrũque regnum erat pars eiuſdem populi. ſ. Heb.*
m In gla. da. *per Chaldæos.*
n Væ mi. *Hic conſequenter ponitur Ieremiæ lamentatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eius lamentatio. Secundò domini conſolatio, ibi: Dicit dominus. Circa primum dicit Ieremias: Væ mi. m. m. Hoc dicit propter perſequutionem virorum Anathoth contra ipſum, vt dictum eſt ſupra. cap. 11. ideo ſubditur,*
o Quare ge. me. *quia ipſum perſequebantur verbis & factis.*
p In vni. ter. *ſ. illa, quia non intelligitur generaliter: Et conſequenter oſtendit, quòd non erat ex culpa ſua, dicens:*
q Non fę. *ideſt non commodaui. q.d. nullum tractatum de re temporali cum eis habui, vnde poſſent me odire & perſequi.*
r Omnes ma. mihi. *Et hoc erat quia vitia eorum arguebat. Incurrit enim odium qui arguit criminoſos, vt dicit Iohannes os aureum.*
s Dicit do. *Hic ponitur primò domini conſolatio, & ſecundò prophetæ petitio, ibi: Tu ſcis. Et tertiò domini reſponſio, ibi: Propter hoc. Circa primum dicitur in perſona domini conſolantis Ieremiam.*
t Si non reli. t. in b. *i. niſi finis huius negotij veniat ad bonum tuũ. ſupple non credatur mihi. Et eſt modus loquendi qui apud Hebræos dicitur truncatus, vbi oportet aliquid ſuppleri. Et eodem modo etiã cũ dicitur,*
u Si non occur. tibi. *occurram.*
x In tempore af. *In Hebr. habetur: Si non feci tibi occurrere, &c. Et eſt eadem ſententia, quia dominus poteſt occurrere per ſe vel per aliũ. Et exponit iſtud Ra. Sa. dupliciter. Vno modo de Sedecia rege Iuda, qui tempore ſuæ afflictionis miſit nuncios ad Ieremiam rogans, vt oraret Deum pro ipſo & populo ſuo, vt habetur infra 21. qui Sedecias dicitur hic inimicus Chaldæorum ipſum obſidentium, vel Ieremiæ, quia permiſit incarcerari, vt habetur infra 37. c. cum tamen ex officio regis debuiſſet*

## MORALITER.

a *Multiplicatæ ſunt.* Hic deſcribitur malum proueniens ex defectu prælatorum, cum dicitur; Multiplicatæ ſunt mihi vi. Nam eccleſiæ multæ derelictæ ſunt a ſuis paſtoribus quantum ad fructũ animarum, ſed non quantum ad leuationem pecuniarum, quas expendunt exceſſiuè in principum negotijs: Et alij, quod peius eſt, in venationibus, & aucupijs, & alij quod peſſimum eſt, in rebus bellicis, non pro ſua eccleſia defendenda, ſed frequenter pro alia indebita cauſa, & in alijs maleficijs.
c *Induxi.* permiſſiuè.
d *Super mat. adole.* ideſt populi ignorantis & inſolentijs.
e *Vaſta. in me.* ideſt dæmonium meridianum deuaſtans bonum populi propter defectum paſtoris boni.
g *Infirma. eſt.* i. eccleſia quæ tempore boni ſponſi pariebat multos filios bonos, infirmata eſt q̃ peperit ſeptem tpe ſponſi defectuoſi.
i *Defecit anima eius.* ideſt deuotionis ſpiritus.
K *Occidit ei ſol ja.* Cum adhuc eſſet dies, ideſt tempus bene operandi. Et ſic dicit Saluator Ioh. 9.a. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt, &c.
n *Væ mi.* Verba ſunt Ieremiæ ad literam cõquerentis de perſequutione ſibi mota a ſuis ciuibus pp prophetiam veritatis. Et in hoc ſignat quẽlibet prædicatorem, vel doctorem bonum qui pp doctrinam veritatis fit odioſus malis hominibus, & perſequutionem patiatur ab ipſis. Sed quoniam dominus tales conſolatur, ſequitur,
s *Dicit do.* i. non dubites quin opus tuum habeat finem bonum.
u *Si non occurri tibi.* ideſt occurram.
x *In tem. af.* Dando tibi patientię virtutem & meam conſolationẽ. Ideo ſequitur poſtea. Et fa. eſt mi. u. tuum in gau. Sequitur.

Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Nun.fœde.fer.fer.*Q.Non doleas qđ populus tuus inimicus ſit, te.n.dura nunciante non poteſt te amare, qui durus eſt, vel Babylonij qui ab aquilone veniunt,& ſunt vt ferrũ duriſſimũ, huic populo duriori & indomito in ſimilitudinem æris non poterunt amicitia copulari. Vel,ferrũ duriſſimum .i.populus Iſrael,Dei cognitione indignus eſt,qui in tãtam peruenit malitiam, vt duriori metallo,ideſt ære circundatus ſit.

† Putas q̃ ferrũ aliq̃d poſſit contra ferrũ,

b *Et the.Orig.*Vnus theſaurus eſt Ieremias,alius Iſaias vel Moyſes,& cæteri. Hos theſauros abſtulit Deus Iudæis,& dedit nobis.vnde: Auferetur à vobis regnum Dei,& dabitur Genti fa.f.e. Primum credita ſunt illis eloquia Dei,& poſtea data nobis. Habent quidem legem & prophetas, ſed non intelligunt.

Matt.21.d
† propter omnia peccata tua,& peccata q̃ ſunt in omnibus
† Et trãſire faciã te ad inimicos tuos in terram.
† Deu 32.c
1.Cor.1.d

c *In om. pe.* i.pp peccata tua, quæ in omnes terminos tuos peruenerunt, quia. ſ.quantum in te eſt interfeciſti ſapientiam & veritatem. Si quidem Chriſtus ſapientia eſt & veritas. Omnia ergo perdiderunt: & reſurgens Chriſtus nõ apparuit vltrà interfectoribus ſuis,ſed tantum credentibus.

d *Ardebit.*Non poteſt extingui,quia materiam prębuiſti ardoris,vt meus ignis tua quæ in te ſunt ligna conſumat & fęnum & ſtipulam. Non eſt ergo cauſa ardoris in dño, ſed in his qui fomenta miniſtrant incendio.

e *Noli in pa.* Vox Chriſti.Q.Longanimis fuiſti ſemper huic populo delinquenti,ſed quia etiam contra me erexit temeritatem ſuam, noli iam eſſe longanimis. Si autem conſideres tẽpora dominicæ paſſionis,& ruinæ Ieruſalem,videbis,quia omnino patiẽs fuit. A quintodecimo anno Tyberij Cæſaris vſq; ad ſubuerſionem templi numerantur anni quadraginta duo. Quia ſpacium pęnitentiæ oportebat dari propter eos, qui per apoſtolos erant credituri.

† cœtu

F

f *Non ſe.* Hebræi arbitrantur hæc ex perſona Ieruſalem dici,ꝙ ſola ſederit amaritudine repleta, & dolor eius perpetuus: Et ſicut aquæ pertranſeũt,ſic verba prophetarum qui proſpera promittebant, tranſierunt mẽdaciter. Sed melius à propheta vel à viro ſancto hæc dicuntur,qui non ſedit in concilio ludentium. Præſtet nobis dominus non ſedere in concilio ludentium, & eorum qui futura non cogitant. Præſtet nobis aduerſis non cedere, ſed ſemper Dei ſententiam formidare,& cum propheta dicere; Solus ſedebam,quia amaritudine repleta eſt anima mea.Gaudeant illi luſibus,nobis aũt bonum ſit adhærere Deo,& ponere ſpem noſtram in eo, ſaturati opprobrijs, & expectare ſententiam iudicis, quæ opere monſtrabit omnem amaritudinem inſtar fuiſſe fluentium aquarum.

† fortis

g *A fa.Orig.*Facies manus Dei eſt ipſa percuſſio iuſti iudicij, quæ ſuperbientem hominem a paradiſo expulit in hanc cæcitatem præſentis exilij. Comminatio verò eius eſt terror adhuc præſentis ſupplicij. Poſt faciem ergo manus,adhuc nos minæ terrificant, quia poſt experimentum iudicij nos pęna præſentis exilij perculit: & ſi peccare non deſiſtimus, æternis adhuc ſupplicijs adijcit.

h *So.ſede.Greg.*Q.d.Dum conſidero quid iam per iudicij experimentum patior a tumultu deſideriorum temporalium, trepidus mentis ſeceſſum peto, quia adhuc acrius illa quæ minaris æterna ſupplicia formido.

a Si

micum. †Nunquid fęderabitur ferrũ ferro ab aquilone,& æs? Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratis,†in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.†Et adducam inimicos tuos de terra quã neſcis, quia ignis ſuccẽſus eſt ĩ furore meo,& ſup vos ardebit. †Tũ ſcis domine,recordare mei,& viſita me,& tuere me ab his q̃ perſequũtur me. †Noli in patiẽtia tua ſuſcipere me. Scito quoniam ſuſtinui pp te opprobrium. Inuenti ſunt ſermones tui,& comedi eos. Et factũ eſt mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei:quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me,domine Deus exercituum. Nõ ſedi in†concilio ludentium,†& gloriatus ſum à faciẽ manus tuæ. †Solus ſedebam, quoniam † amaritudine repleſti me. Quare fact⁹ eſt dolor meus †perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? † Facta eſt mihi quaſi mẽdaciũ aquarũ in-

Omnem ſubſtantiam.
Inimicis tuis.
Felix cõſcientia,quæ propter Deum patitur opprobriũ
Veri
Quos meo ore loquebaris. b Ideſt verſi ſunt mihi in cibum.Symmachus: ſuſcipiam eos, ſubaudi in gaudium qui fuerant in opprobrium.
Alias domini.
Q. Ideo gauiſus ſum,quia propter nomen tuum dura paſſus ſum.
Non ſedi cum concilio va. & cum ini. geren. non introi Hinc Ieſus ſe reſurrexiſſe docens, ait. Dimittetur vo.domus v.d. reliquit enim ſermo diuinus conciliũ Iudæorũ.
Non habere conſortium malorum. b Dum impendentem mihi manum tuam ſemper expecto.
Solitarius ſum ego donec tranſeam. b Quaſi in concilio ludentium ſedere nolui, ſed amaritudinẽ meã deuoraui,vt in futuro præparem gaudium mihi.
Q. Non habui interualla doloris, nec vlla remedia expectaui.
Præualuerunt qui me contriſtabant.
In hoc eſt conſolatio,ſicut enim aquæ defluunt,ſic impetus inimicorum te adiuuante peribit.

*rum pro rege Babylonis,quia vterq; rex erat fortis,æs verò pro Sedecia rege qui erat debilior. Eſt igitur ſenſus: Nunquid rex Aegypti & Sedecias facient pacem cum Nabuchodonoſor? qui dicitur ferrũ ab aquilone,eò quòd venit contra Ieruſalem ex illa parte.q.d.non pacificabuntur: quia ſic prophetia tua inueniretur falſa,& magis te perſequerentur tanquam prophetam falſum conuictum.* Ra.Sa.*dicit quod hæc eſt litera vera: Nunquid conteret ferrum ferro ab aquilone,& æs? Ratio huius diuerſitatis eſt, quia verbum Hebraicum hic poſitum à Hier. æquiuocum eſt, & ſignat aſſociationem & confractionem. Primam ſignificationem ſequitur translatio noſtra. Secundam verò Ra.Sa.& ſecundum eum per ferrum primò poſitum intelligitur rex Aegypti,de cuius auxilio confidebat Sedecias.Per ferrum ſecundò poſitum, rex Babylonis, & per æs ipſe Ieremias,qui in fine huius cap.vocatur murus æreus. Et ſic eſt ſenſus: Nunquid rex Aegypti per ſuam fortitudinem conteret regem Babylonis, & te qui prophetizas pro rege Babylonis contra Sedeciam & regem Aegypti? quaſi diceret, non, immo accidit contrarium. Ideo ſubditur conuertendo ſermonem ad regnum Iuda.*

G

*b* Diuitias t.& t.tuos in di.d.gra.*i.pro nihilo. Sedecias enim vnam partem miſit regi Aegypti.vt auxiliaretur ſibi, & nihil ei valuit, vt habebitur infra, aliam verò partem rapuerunt Chaldæi.*

*c* In om.pec.t.*ideſt pro peccatis tuis accident tibi hæc.*

*d* Et in om.ter.tu.*ſicut in omnibus terminis tuis ſtatuiſti idola, vt habetur ſup.cap.11.*

*e* Ignis ſuc. eſt in furore meo. *ideſt zelus vindictæ meæ.*

*f* Et ſuper vos ar. *ideſt vindictam meam non euadetis.*

*g* Tu ſcis.*Hic conſequenter ponitur prophetæ petitio,quia dixerat ſibi dominus, quod finis ſuus eſſet bonus ipſum conſolando. Ideo petit huius conſolationis accelerationem,dicens: Tu ſcis domine. innocentiam meam, ſupple.*

*h* Recorda.mei.*me citò conſolando, & de aduerſarijs liberando.*

*i* Noli in pa.tua. *i.diu ſupportando aduerſarios meos. vnde in Hebræo habetur: Noli in prolongatione tua ſuſcipere me. i.meam petitionem exaudire in longinquum.*

H

*k* Scito quoniam ſu.pro te op.*q.d.citò debes adhibere remedium.*

*l* Inuenti ſunt ſ.t.*ſcilicet veritate pleni.*

*m* Et comedi eos.*ideſt ſuſcepi tanquam cibum ſuauem.*

*n* Et factum eſt mi. ver. tuum in gau.*ſ.à principio quando miſiſti me ad arguendum populum,cuius correctionem ſperabam: eò quod dixiſti ſupra 3.a. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me. Et ſic exponit Ra.Sa..Aliter exponitur ſic: Et factum eſt. quia materia gaudij debet eſſe homini quando illuſtratur reuelatione diuina, & maximè in iuuentute ſua,ſicut fuit de Ieremia, vt habetur ſupra 1.cap. Et huic expoſitioni concordat litera ſequens,cum ſubditur:*

*o* Quo.in.eſt no.*eò quòd ſum inſtitutus, & vocor propheta domini. Et quia prophetæ ſe abſtrahebant à vanitatibus mundi, vt eſſent magis apti ad percipiendum illuminationes diuinas.ideo ſubditur,*

*p* Non ſedi &c.& gloria.ſum.*in te,non in mundana vanitate,veruntamen quia proceſſu temporis,reuelata eſt Ieremiæ deſtructio ciuitatis, & templi diffinitiuè, ita quod ſciuit illam prophetiam eſſe prædeſtinationis,de qua tamen in principio neſciebat,vtrum eſſet prædeſtinationis, vel tantum comminationis: quia ſicut in cognitione naturali eſt proceſſus de cognitione minus determinata ad magis determinatam, vt habetur 1.Phyſicorum,ſic frequenter fit in cognitione ſupernaturali, quia proceſſus eſt per reuelationem diuinam.ideo ſequitur,*

*q* A facie ma.tu.*i.propter cognitionem vindictæ tuæ futuræ.*

*r* Solus ſedebam.*tanquam triſtis & mærens.*

*s* Quoniam amaritudi.repleſti me. *reuelando deſtructionem ciuitatis & templi diffinitiuè. Et ſubditur,*

*t* Qua.fa.eſt do.me.per.*i.abſq; conſolatione temporibus meis, quia videbat quòd ciuitas & templum non readificarentur tempore ſuo.*

*u* Facta eſt mihi quaſi men.aqua.inſi. *Dicuntur aquæ infideles,torrentes,qui ad tempus fluunt aquis, quæ adueniente ſiccitate deficiunt. & per hanc ſimilitudinem inſinuat propheta,quòd conſolatio temporalis ſibi deficiebat, quando ea indigebat, ſicut aqua torrentis magis eſſet neceſſaria in æſtate quàm in hyeme.*

a Pro

## NICOL. DE LYRA.

*debuiſſet eum defendere. Alio modo de Nabuzardan, qui deſtructa ciuitate & populo captiuato, occurrit Ieremiæ,dando ei munera & libertatem eũdi vel manendi vbi vellet,vt habetur. infra 40.quando Sedecias,Sacerdotes,& falſi prophetæ inimici Ieremiæ in anguſtia & afflictione erant.*

*a* Nun.fęde.fer.*Ferrum hic accipitur primò pro rege Aegypti,& iterum*



A a *Si ſepara. Greg.* Vilis quippe eſt Deo præſens mundus,precioſa eſt ei mũda aĩa Qui ergo precioſum à vili ſeparat,quaſi os dñi vocatur, quia per eum dñs verba ſua exerit,qui ab amore pñtis ſeculi loquẽdo q̃ poteſt, humanã aĩam euellit.

b *Quaſi os meum.* Cõſideremus quantam mercedem habeat ſermo doctoris, ſi ab errore quempiam liberare voluerit, & de peccãtium numero reuocare.

### NIC. DE LY.

*a* Propter hoc. *Hic conſequenter ponitur domini reſponſio, in qua promittitur prophetæ ſuperna conſolatio,quæ eſt ſummè appetenda,cum dicitur,*

*b* Si con.*ſ.aliquos de malo ad bonum per tuam exhortationem.*

*c* Conuertam te.*ſ.ad me,dando tibi internam conſolationem.*

*d* Et ante fa.meam ſta.*æternaliter videndo clarè faciem meam cum angelis.*

*e* Et ſi ſe.*i.prædeſtinatos à præſcitis.*

*f* Quaſi os meum er. *q.d.In hoc loqueris pro me,qui prædeſtinatos ab æterno ad gratiam voco in tempore. Ille enim qui loquitur pro rege,dicitur os regis.*

*g* Conuertentur ipſi ad te. *Malum dimittendo,& te imitando.*

*h* Et tu non con. *i.ad eorum malitiam præcedentem. q.d.dominus, non debes dimittere prædicationem ex hoc quòd pauci tibi credunt,& multi propter hoc te oderũt quia ero tecum contra eos. ideo ſubditur,*

*i* Et dabo te.&c. *Intantum,quod non habebis eos timere. Cuius cauſa ſubditur,*

*k* Quia ego tecum ſum.*Qui ſum virtutis infinitæ.*

fidelium. Propter hoc hæc dicit dominus: Si cõuerteris,conuertam te, & ante faciem meam ſtãbis: & ſi ſeparaueris precioſum à uili, quaſi os meum eris. Cõuertentur ipſi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dãbo te populo huic in mũrum æreum † fortem, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum vt ſaluem te, & eruam te, dicit dominus. Et liberabo te de manu peſſimorum, & rẽdimam te de manu fortium.

e Patet quòd propheta ſuperiora dixerit, cui dominus reſpondit.
a Populum a peccatis. b De tribulatione in lætitiam.
a Sicut angeli ſtant in conſpectu Dei videntes faciem eius. b Sermonibus tuis.
a Sanctum. b Peccatore. c Q.Ne putes boni operis non eſſe mercedem. d Præceptis meis copulaberis
a Imitatores tui erunt,non tu eorum.
a Ne reformides, dicens: Quare factus eſt dolor meus perpetuus?
a Vt contra aduerſarium omni robore reſiſtas.
a Meo ſanguine,vel in præſenti meo auxilio.

*l* Et liberabo te de manu pe.*i.ſacerdotũ & pſeudo prophetarum,qui ſub ſpecie ſanctitatis decipiebant populum, & dicebant Ieremiam eſſe prophetam falſum: & hoc eſt peſſimum ſub ſpecie ſanctitatis agere malum.Vnde dicit Hier.Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.*

C

*m* Et redi.te de ma.for. *i.regis & principum, qui perſequebantur Ieremiam ad inſtinctum ſacerdotum & falſorum prophetarum.*

### MORALITER.

* c *Et ſi ſe.* Hic oſtenditur meritũ boni prædicatoris vel doctoris,cum dr; Si ſeparaueris p̃cioſum a vili. Ideſt animas Chriſti ſanguine precioſo redemptas a vilitate peccati per tuam doctrinam.

f *Quaſi os meum eris.* Quia verbũ boni prædicatoris,eſt verbũ Saluatoris,Matt. 10.c. Nõ.n.vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquit̃ in vobis.

i *Et dabo te po. huic in mu.æreum.* Aes enim eſt ſolidum,durabile,& ſonorũ,ſic prædicator vel doctor bonus in aduerſis eſt ſolidus per patientiam, durabilis per cõſtantiam, & ſonorus per eloquentiam efficacem.

*In cap.15. vbi dicitur in poſtil. propter Manaſſen, &c.*

### ADDITIO.

¶ Hoc quod dr̃ hic: Propter Manaſſen &c. videtur eſſe contra illud quod habetur Deut.23.c.Non occidentur filij pro patribus. Ad quod dicendum ſecundum glo.ꝙ quomodo ſanctorũ merita ad poſteros deſcendunt, ſicut Dauid & cæterorum, ſic peccatorum flagitia ſi liberi nepoteſq; ſimilia agerent, ad poſteros perueniunt.

l Et

### GLO. ORD. CAP. XVI.

a E*T factum eſt ver.d.ad me,dic.Non acci.vxo.* Inſtante captiuitate,ne ſuper proprium dolorem,vxoris quoq; & liberorum miſerijs torquearis.Bene ergo apoſtolus iubet,quia tempus breue eſt & conſummatio imminet, vt qui vxores habent,ſint quaſi non habentes.

B

b *Mor.ægro.* Nota ꝙ longa infirmitate tabeſcere,ira Dei eſt: vnde Iorã filius Ioſaphat infirmitate conſumitur.Et Apoſtolus ait:Ideo inter vos multi infirmi,& imbecilles, &c.

c *Ne ingre.do.* Vnde: Cum huiuſmodi nec cibum ſumere.Nec debes dicere ei,aue.Apoſtolis quoq; interdictum eſt,ne quenquam in itinere ſalutent.Vnde & Eliſæus ſalutationẽ Giezi interdicit: Mos autem eſt lugentium ferre cibos & p̄parare conuiuium,quæ parentalia vocãtur, eò ꝙ a parentibus iſta celebrantur.Vnde alibi:Date vinum his qui ſunt in luctu,vt obliuiſcantur doloris.Præcipitur ergo prophetę,ne quenq̃ de populo conſoletur,ne inimicorum Dei cõuiuijs miſceatur,ne iſta celebret in mortuorũ funeribus. Aliud enim eſt mori communi lege naturæ, aliud Dei occubuiſſe ſententia. Ieremias iuuenis ad prædicandum miſſus eſt a domino. Vnde ait: A a a domine, neſcio loqui. Et virgo fuit & caſtus, & ſine liberis, vt expeditius prædicaret.

a Neq;

### NICOL. DE LYR. CAP. XVI.

*a* E*T fa.eſt. Hic ponitur quartum,per quod oſtenditur peccatum Iuda irremediabile quantum ad euaſionem pęnæ.ſ.mortalitas hominum futura ſine retractione. Et diuiditur in duas partes,quia primò ponitur huius mortalitatis denunciatio. Secundò ipſius cauſa vel ratio,ibi: Et cum annunciaueris.Circa primum dicit dominus Ieremiæ.*

*b* Non accipies vxo.*Ex hoc loco dicunt doctores,quod Ieremias mortuus fuit virgo: quia non eſt aliquo modo veriſimile, quòd cognouerit mulierem fornicariè,cum fuit ſanctificatus in vtero matris, vt habetur ſupra 1.cap. & illuſtratus dono prophetiæ à iuuentute vſque ad mortem.Sed contra hoc poſſet obijci quod ſubditur,*

c In

## CAP. XVI.

ET factum eſt verbum domini ad me, dicens: Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco iſto. Quia hæc dicit dominus, ſuper filios & filias, qui generantur in loco iſto, & ſuper matres eorum quæ genuerunt eos, & ſuper patres eorum, de quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac. Mortibus ægrotationum morientur. Non plangentur, & non ſepẽlientur, in ſterquilinium ſuper faciẽ terræ erunt, & gladio & fame conſumentur. Et erit cadauer eorum in eſcam volatilibus cæli,& beſtijs terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum †conuiuij neq; vadas ad plangendum

a Non quod prohibuiſſet prophetæ vxorem accipere: ſed populo dictum eſt.
a Præ multitudine morientium.
a Q. In ſterquilinio iacebunt cadauera volatilibus & beſtijs terræ laceranda.

*c* In loco iſto.*Ex quo videtur,quòd alibi accepit vxorem. Ad quod dicendum, quod argumentum eſt magis ad oppoſitum quam ad propoſitum: quia cum dicitur: In loco iſto. intelligitur tota Iudæa, quæ per Nabuchodonoſor fuit vaſtata,& multò magis excludũtur ab eo nuptiæ in terra aliena, ſ.in Aegypto vbi deſcendit cum populo Iudæ fugitiuo, vt habetur infra 43. Nec habuit ibi materiam lætitiæ ſeu nuptiarum,ſed magis triſtitiæ & miſeriarum pro culpa populi quam arguebat,& pro pęna ſequente quam prævidebat.Cætera patent vſq; ibi:*

D

*h* Ne in.do. *Scilicet gaudioſi.q.d.non imminet tempus gaudij,ſed doloris.*

*i* Neq; vadas ad plan.*ſ. mortuos: Tum quia non vacabat alicui plangere amicum mortuum propter continuum inſultum Chaldæorum. Tũ quia præ nimia anguſtia melioris conditionis reputabantur mortui quam viuentes. Cætera patent vſq; ibi.*

a Et

### MORALITER.

* a *Et fa.eſt.&c.*Vxor,accipienda eſt vera ſapia,ſicut dr̃ Sap.8.a.Hãc quæſiui mihi ſpõſam aſſumere. Et per oppoſitũ mundana ſapiẽtia (quæ ut dr̃ Iaco.3.d. Eſt terrena,animalis, diabolica) eſt mulier refutanda. Et ſic dicitur hic:

o *Non acci.* i.non facies opera a ſapientia mundi procedentia; quæ ſunt fraudes, lites, contentiones & ſimilia.

d *Morti.*Et dicit mortibus propter mortem culpæ,& mortem gehennæ,quibus moriuntur,tales filios facientes.

f *Non ſepelien.*per occultationem; nam talia veniunt ad communem notitiam. ideo ſubditur,

f *In ſterquilinium.*Per ſcandalum & infamiam.

g *Et erit cadauer eo.* ideſt animæ eorum in peccatis putrefactæ tradentur dæmonibus,qui per uolucres deſignantur,Matt.13,a.in parabola ſeminantis,cum dicitur;Et uolucres cæli comederunt illud, ideſt dæmones,ut Saluator exponit ibidem.Et quia in inferno nulla eſt conſolatio, ideo ſubditur.

i *Ne ingrediaris domum conuiuij.*per quod intelligitur excluſus omnis modus gaudij. Reſiduum huius capituli ad literam,eſt repetitio punitionis Iudæorum per Chaldæos,per quam ſignantur pęnæ damnatorum per ſpiritus malignos, quæ non eſt a nobis plenè explicabilis; ideo pertranſeo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Neq; plan.&c.* Modus fuit apud veteres & vſq; hodie permanet in quibuſdam Iudæorum, in luctu lacertos incidere, quod etiam legimus Iob feciſſe. Interdicitur ergo prophetæ ne panẽ inter eos frangat, ne ingrediatur domum conuiuij, ne miſceatur eis, quos Dei ſententia execrauit. Si autẽ de lugẽtibus hoc dicitur, quid fiet de hæreticis, quorũ ſermo ſerpit vt cancer, & quotidie deceptorum funera proſternunt in eccleſia?

†cõdoleas eis. Iob 1.d

b *Ecce ego auferam.* Sic quoque peccanti eccleſiæ aufert Deus omne gaudium, & omnem letitiam. De quo dicitur. Gaudete in domino ſemper &c.

Phil.4.a

c *Sed & vos,&c.* Ne fortè dicerent: Iniuſta ſententia eſt, patrem comediſſe vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcere.

Ier.31.

d *Ecce dies veniunt, dicit dominus, & non dicetur vltra &cæt.* Prædicuntur miracula, quæ iuxta literam ſub Zorobabel & Ieſu põtifice partim completa ſunt: ſpiritualiter plenius in Chriſto complẽda. Ecce dies veniunt dicit dominus &c. Poſſumus hoc de perſequutionibus dicere, quæ populo noſtro accidere à diebus Neronis vſq; ad tempora Maximiani. Miſertus enim dominus populo ſuo, reduxit eos in terram ſuam, ideſt eccleſiam quam dedit patribus eorũ, ideſt apoſtolis & apoſtolicis viris.

†duritiem

e *Ecce ego mittam piſcatores multos dicit do.&c.* Iudæi putant piſcatorum nomine ſignificari Chaldæos, & per venatores Romanos, qui de montibus colliibusq; & de cauernis petrarum venati ſunt infelicem populum.

†inf.23.b

f *Cauernis pe.&c.* Apoſtolis & apoſtolicis viris: Petra enim Chriſtus: ſed & Petro donauit, vt petra vocaretur in cuius ſenſibus requieſcẽtes rectè dicuntur tranſlati de petra. Et oſtendit, vel apoſtolos, vel qui poſtea venandi ſunt, peccata habuiſſe, & recepiſſe duplices iniquitates ſuas.

1.Cor.10.b
Matt.16.c

g *Duplices iniquitates & peccata eorum.* Quia ſeruus ſciens & non faciens voluntates domini, vapulabit multis. Dignum eſt enim eos qui de Gentibus ſunt, ſimplicia peccata recipere, & nos duplicia, vnde voluntariè nobis peccantibus, non relinquitur hoſtia pro peccatis.

Luc.12.f

a *Ad*

neque † conſoleris eos, quia abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit dominus: miſericordiam, & miſerationes. Et morientur grandes & parui in terra iſta. Non ſepelientur, neque plangentur, & non ſe incident, neque caluicium fiet pro eis. Et non † frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo, & matre. Et domum conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas & bibas. Quia hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris & in diebus veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, & vocem ſponſi & vocem ſponſæ. Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, quare loquutus eſt dominus ſuper nos omne malum grãde iſtud? Quæ iniquitas noſtra, aut quod peccatum noſtrum, quod peccauimus domino Deo noſtro? Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres veſtri, ait dominus: & abierunt poſt Deos alienos, & ſeruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt, & legem meã non cuſtodierunt. Sed & vos peius operati eſtis quàm patres veſtri. Ecce.n. ambulat vnuſquiſque poſt † prauitatem cordis ſui mali, vt me non audiat: & eijciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos & patres veſtri: & ſeruietis ibi dijs alienis die ac nocte, † qui non dabunt vobis requiem. † Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus, & non dicetur vltra: viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed, viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas † eieci eos: & reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit dominus, & piſcabuntur eos. Et poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum, quia oculi mei ſuper omnes vias eorum. Non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates

Interlinear: Quia miſericordia indigni ſunt. — Nulli parcam ætati. — Sepultura quoque carebunt. — Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. — Qui præſunt in eccleſia. — Quorum Deus venter eſt, auaritia, luxuria & huiuſmodi. — A quo quis vincitur, eius ſeruus eſt. — Adorat quiſque quod diligit. — Sacerdotum eſt proprium non ſolum docere, ſed etiam facere legem: vt nõ ſolum verbis, ſed etiam exemplis gregem doceant. — Semel à domino derelicti faciunt quæ non conueniunt. — De quo exeunt cogitationes peſſimæ: ideo ab eccleſia ſeparantur, vt vadant in terram longinquam: quam nec ipſi nec patres eorum nouerant antequam peccarent. — Qui non ſunt dij, ſed putantur. — Perſeuerantiam peccandi oſtendit, dum in diebus flagitijs, in noctibus ſeruiunt libidini. — Dij. — Quidquid ergo peccamus, imperium dæmonum eſt, qui nunquam dant nobis requiem, ſed ſemper compellunt delictis cumulare delicta. — Manifeſte populo reſtitutio prædicatur. — Per Moyſen & Aaron. — Cyro regem Perſarum laxante captiuos. — Quod non ſub Cyro, ſed ſub Chriſto completum eſt. Vnde: Cum plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. — Enim. — Apoſtolos. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. — Eccleſiaſticos viros, vel angelos, qui poſtquam conſummatio aduenerit, venentur ſanctos. — Dogmatum. — Bonorum operum. — Quia poſtea bona recipient.

rum: talia enim fiebant tunc in luctu mortuorum.

c Et non frangent inter eos lugenti panem &c. *Conueniebant enim amici defuncti ad manducandum & bibendum cum filio eius, vel alio repræſentante perſonam defuncti, ad conſolationem pro morte eius: & adhuc fit in pluribus terris. Per hoc autem quòd hic dicitur, quòd talia non fient, deſignatur quod non vacabit alicui flere mortuos, nec flentes conſolari rationibus prædictis.*

d Et cum annunciaueris. *Hic conſequenter ponitur dictæ mortalitatis ratio. Et diuiditur in duas, quia primò explicatur cauſa. Secundò replicatur pœna ibi: Et eijciam. Prima pars patet vſque ibi.*

e Quia dereliquerunt me patres veſtri. *negligendo diuinum cultum.*

f Et abierunt poſt Deos alienos. *Per idololatriam. hoc patet Exo.32. in adoratione vituli conflatilis, & in libro Iudicum quaſi per totum.*

g Sed & vos peius operati eſtis. *qui non ſolum coluiſtis idola, ſed etiam ea poſuiſtis in templo domini, vt habetur 4. Regum 21. quod non fecerunt patres veſtri: & in hoc etiam eſtis obſtinati. Ideo ſubditur: Ecce enim vnuſquiſque.*

h Et eijciam vos de ter. *Hic conſequenter replicatur pœna. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Iudæorum reprobatio. Secundò Gentium vocatio, ibi: Domine fortitudo. Circa primum dicitur. Et eijciam vos de terra hac. Hoc fuit impletum quando Nabuchodonoſor in Babyloniam tranſtulit populum, vt habetur infra 52.*

i Et ſeruietis ibi dijs ali. *quia multi Iudæorum adhæſerunt idololatriæ Babyloniorum.*

k Qui non da. *quaſi dicat, ibi affligemini valde dura ſeruitute, ideo ſequitur,*

l Ecce dies veniunt, dicit domi. *Per hoc innuit ſeruitutem Babylonicam fore duriorem Ægyptiaca, quia faciet obliuiſci ſeruitutis Ægyptiacæ, & liberatio de Babylone liberationem de Ægypto. Motus enim maiores repellunt minores, libro de ſomno & vigilia.*

m Ecce ego mittam. *ideſt Chaldæos, qui ceperunt habitatores Ieruſalem, tanquam piſces concluſos intra rete.*

n Et poſt hæc mit. *quia rex Sedecias & viri bellatores & plures alij de Ieruſalem fugerunt per viam occultam, ſed Chaldæi ad modum venatorũ inſequuti ſunt eos, & ceperunt, vt habetur 4. Regum vlt.*

o Et venabuntur eos de omni monte & de omni colle, &c. *id eſt de omnibus latibulis vbi refugient.*

p Quia oculi mei ſuper om. *id eſt ſuper omnia mala opera ſua ad puniendum.*

q Et reddam primum duplices

## NIC. DE LY.

a Et non ſe incident. *In Hebræo habetur: Lacerabunt vnguibus.*

b Neque caluicium fiet pro eis. *ideſt eradicatio ſeu tonſio capillorum:*

iniquitates. *Ideſt peccata cordis, & operis ipſorum. Vel peccata contra Deum & proximum puniam debitè antequam reuocem eos de Babylone.*

a Quia



a *Ad te Gen.ve.* Poſtquam eiectus eſt Iſrael, & à piſcatoribus venatoribusq; tranſlatus, Gentium multitudo conſequenter vocatur, & priſtinum confitetur errorem.

b *Ab extre.* Primi terræ, ſunt ſapientes ſeculi, nobiles, diuites, optimates. Sed extrema .i. ſtulta mundi elegit Deus, vt fortia quæq; confundat. Veni. Gen. i. ab his qui ſunt nouiſſimi ſuper terrã, fatui & ignobiles & abiecti.

c *Deos.* Non ſolum de corporeis ſimulacris faciunt ſibi homines Deos, ſed & de corde confingunt: Omnes Philoſophi, hæretici, qui varia dogmata prodiderũt, fecerunt ſibi idola, & animæ voluntatem putauerunt Deum, & adorauerunt opus manuum ſuarum, putantes vera eſſe quæ finxerũt.

## NICOL. DE LYRA.

a Quia contra.ter.m. *ſ. Iudæã, quæ erat diuino cultui deputata rõne tẽpli qđ erat in ea.*

b In mor.idolor. *id eſt in animalibus idolis immolatis.*

c Domine. *Hic iuxta deiectionem Iudæorũ ponit erectio Gentiliũ ad fidẽ, ſicut fit in pluribus locis in prophetis. Et quia iſtud fuit ex maxima Dei miſeratione & potẽtia: ideo ꝓpheta Dei potentiã confitetur, dicens: Domi. for. mea. In aggrediendo magna, confidens de virtute tua.*

d Et robur me. *i. me roborans in ſuſtinendo aduerſa.*

e Et re.meum. *contra imminentia pericula.*

f Ad te Gentes. *i. Gentiles.*

g Venient. *per fidẽ ad apoſtolorũ ꝓdicationẽ.*

h Ab exter. *Quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fi.or.&c.*

i Et dicent. *tuam deitatem confitendo.*

k Verè mendacium. *in cultu idolorum.*

l Poſſederunt. *Sic enim dicebant Gentiles conuerſi per Apoſtolorum prædicationem de idolis, quæ patres eorum coluerant. ideo ſubditur:*

m Nunquid fa. *q.d. non, ſed magis econuerſo, Deus facit homines, ideo concluditur de idolis: Et ipſi non ſunt dij. Et ſubditur in perſona domini.*

n Idcirco. *in Gentilibus ad fidem venientibus.*

o Per vicem hanc. *i. Apoſtolos: & quid oſtendatur, ſubditur:*

p Oſtendam eis. *i. potentiam in operibus miraculoſis ad confirmationem veritatis prædicatæ per apoſtolos, ſecundũ quod dicitur Mar. vl. d. At illi profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.*

q Et ſcient. *In Heb. habetur hic: Nomen domini Tetragrammaton, qđ eſt appropriatum ſummo creatori. Gẽtiles enim videntes miracula, quæ non poterant fieri niſi virtute diuina, ſtatim confitebantur diuinitatem Chriſti, in cuius nomine hæc fiebant. Totum autem iſtud ab illo loco: Ad te Gen. exponit ab aliquibus doctoribus conſequenter ad literam ꝓcedentẽ de Iudæis reuertentibus de Babylone, cũ quibus plures Gẽtiles conuerſi, ad Iudaiſmũ redierunt, & vtriq; cõfitebant patres ſuos in idololatriã erraſſe. Et patet applicatio literę ad hãc ſñiam.*

& peccata eorũ: quia contãminauerunt terrã meam in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatẽ meam. Domine fortitudo mea & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatẽ quæ eis non profuit. Nunquid faciet ſibi homo Deos, & ipſi non ſunt dij? Idcirco ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam & virtutem meam, & ſcient quia nomen mihi dñs.

Interlinear: Vt ſubditus fiat omnis mundus Deo, & non merito, ſed miſericordia conſeruetur. — Chriſte. Domine refugium factus es nobis. — Vnde, Redimentes tempus, quia dies mali ſunt. — Suggillant ignorantiam tam ſuam quam maiorũ ſuorum, qui putauerunt homines facere Deos, cum Deus faciat homines. — Paſſione completa. — Non in vmbra & imagine vt prius. — Chriſtum qui virtus & Dei ſapientia. — Oſtenſa manu. — Illud audientes: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus.

*In cap. 16. vbi dicitur in Poſtil. Non ingrediaris domum conuiuij.*

ADDITIO I.

Vbi litera nr̃a hẽt, cõuiuij, in Heb. hr̃ dictio מזרח mazreach, ꝙ ſignificat cõuiuiũ non ſimplr̃, ſed cõuiuiũ lugẽtiũ tm̃. vñ gl. i hoc loco. Mos eſt lugẽtib. ferre cibos & ꝑparare cõuiuiũ. vñ alibi: Date vinũ his q ſũt in luctu, ut obliuiſcant doloris. Hæc in glo.

*In e.c. vbi dr̃ i Poſt. Ecce dies veniẽt dicit dñs.*

Pro.31.a.

ADDITIO II.

Liberatio ab Ægyptiaca captiuitate quaſi incõparabilr̃ excedit liberõnẽ à captiuitate Babylonica. Illa .n. fuit cũ maximis miraculis & portẽtis, & cũ uera libertate & triũpho ſine aliquo iugo Gentiũ, cuiꝰ oppoſitũ cõtigit i Babylonica captiuitate. Vñ i tẽplo ſcđo celebrat feſtũ Paſchę i memoriã liberationis Ægyptiacę. vñ Luc. 22. a. Appropinquabat aũt Paſcha dies feſtꝰ Iudęorũ. Vñ de illo tẽplo nõ uerificaret illud qđ hic dr̃: Nõ dicet ultra: uiuit dñs qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: cũ in illo tpe uigebat memoria liberationis Aegyptiacę, ſicut in primò tẽplo: & iõ hęc ꝓphetia de tpe redẽptionis Chriſti intelligẽda eſt, ꝙ quidẽ redẽptio incomparabiliter excedit redemptionem Aegyptiacam. Vnde in gl. Hoc quod dicit, nõ ſub Cyro, ſed ſub Chriſto cõpletum eſt.

REPLICA.

IN cap. 16. ubi dr̃, Nõ ingrediaris domũ conuiuij, Poſtil. dicit gaudioſi. Bur. lugẽtiũ tm̃: quia mos inquit, ferre cibos & parare cõuiuiũ lugẽtibꝰ, qa alibi dr̃: Date uinum his qui ſunt in luctu, ut obliuiſcant doloris. Bur. Sed hæc expoſitio uidet contra literam quæ dicit: Non ingrediaris ad cõuiuium. Bur. aũt præcipit in ſuo ſenſu parari cõuiuium, & ſic gl. Bur. præcipit quod litera prohibet & interdicit. In e.c. ubi dicitur: Ecce dies ueni. etc. Exponit poſtil. ꝓut litera ſonat, ꝙ ſeruitus Babylonica fuit durior Aegyptiaca, et liberatio ab illa glorioſior et compẽdioſior ꝙ ab iſta: hoc ſane intelligendo de liberatione completa, quæ per Chriſtum tempore ſecundi templi fuit conſummata. Iſtam ſuppletionem ponit Poſtil. infra. 23. ca. Et per eam tollitur obiectio Burgen. in hoc loco. Ea quæ ab hoc loco uſque ad 41. c. Bur. facit, ſunt modicæ ſpeculationis.

Prou. 31.a.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XVII.

PEccatum Iuda. Q. Gentiũ peccata deleta ſunt, de quibus ad Moyſen dr̃, Dimitte me, vt interficiã populũ iſtũ, & faciã te in Gẽtẽ magnã. Peccatũ verò Iuda indelebile quaſi ſcriptũ ſtylo ferreo in vngue adamantino, qui Hebraicè dr̃ ſamir, non qđ vllus vnguis appelletur ſamir, ſed adamas qui in eo qđ indomitus ſit & infrangibilis, hoc nomen accepit: Tm̃ nitorem habet & lenitatem, vt abſq; vllo impedimento ſcribi poſſit in eo ſtylo ferreo, vt dura ferri materies ſcribat in duriori tabula, & ſcriptum in ęternũ maneat, ſecundũ illud: Sanguis eius ſuper nos, &c. Hiero. Peccatũ Iud. &c. De Gentibus conuerſis dictũ eſt: Idcirco ecce ego, &c. Nunc de abiecto Iſrael loquit: Peccatũ Iuda &c. Cur autẽ hoc a LXX prætermiſſum ſit neſcio, niſi pepercerint populo ſuo, ſicut in eo loco. Iſa. Quieſcite ab hoĩe cuius ſpiritus in na. eius. Orig. Forſitan peccatũ Iuda, peccatũ noſtrũ, qui credimus in Chriſtũ de tribu Iuda. Anteꝗ peccatũ faciã, nulla in corde meo peccati imago verſat. Cũ aũt cõſciẽtia peccati imaginẽ ſumpſerit, habeo formã illius, & aň oculos cordis mei delicti põpa depingit, & ſi qđẽ eſſet peccatum atramẽto conſcriptũ, deleri poſſet: Sed ſcriptũ eſt ſtylo fer. in vngue adam. ſup pectus cordis, vt cõpleat. Nihil opertum qđ non reueletur, neque oc. quod non ſciat. Nudabit pectoris mei conſcientia

## CAP. XVII.

PEccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in ungue adamantino, exaratum ſuper

Interlinear: Iudæorum. — Indelebiliter. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. — Vbi eſt ergo illud quod anus delyra fingit, poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi velit, & facilia eſſe mandata Dei.

## NICO. DE LYRA. CAP. XVII.

PEccatum Iuda. *Hic ponitur quintum ad oſtendendum peccatũ populi Iudæ inſanabile, per hoc qđ dr̃: Scriptũ ſtylo ferreo in adamãte, quæ ſcriptura eſt indelebilis. Et diuidit hoc capi. in duas partes, quia primo ponitur populi Iudæ reprobatio, ſecundò Ieremię deprecatio, ibi: Sana me domine. Prima in duas, quia primo ponitur reprobatio populi propter eius idololatriam, ſecundò propter ipſius falſam confidentiam, ibi: Hæc dicit. Circa primum dicitur:*

Diuiſio

a Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo. *id eſt per ſculpturam.*

b In vngue adamantino. *i. in lapide adamãtino ad modum vnguis polito. Et in hoc deſignatur indelebilitas huius peccati, & eius manifeſtatio coram Deo.*

c Exaratum. *id eſt ſcriptum.*

d Super la. *In Hebræo habetur: Super tabulam cordis eorum. Ex hoc patet, ꝙ in vngue adamantino ſignificauit cor popoli Iudæ, quod ſic nominatur propter obſtinationem in peccato. In Hebræo habetur: In vngue ſamir. & dicunt Hebręi, ꝙ ſamir eſt nomen cuiuſdam uermis, cuius ſanguis habet vim cauẽdi & incidendi lapidem: & ſcdm hoc vnguis non accipitur hic pro politione, ſed pro virtute illius ſanguinis. & ſecundum eos ſic fuerunt ſciſſi lapides qui ponebantur in templo Salomonis, ſicut dictum fuit tertiò Reg. 6. ſuper illud: Malleus & ſecuris non ſunt audita in domo domini, cùm ædificaretur.*

a Et in

MORALITER.

a *Peccatum Iuda.* Iuda tribus erat Regia et Sacerdotali cõmixta, et ideo ſignat ſtatum prælatorum, quibus dr̃. 1. Pe. 2. d. Vos eſtis genus electũ, regale ſacerdotiũ, etc. Et quia quantò ſtatus altior tanto caſus grauior, ideo dicitur: Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferr. id eſt indelebiliter, quia propter eius grauitatem difficulter poteſt deleri.

c *Exaratũ ſuper la.* Per quod deſignatur dilatatio huius peccati ad alios per exemplum. Greg. in paſtorali. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt ut ad præcipitium grex ſequatur.



*Et in cor

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

meì conſcientia & aperto corde videbuntur literæ peccatorum, quæ ſtylo ferreo in vngue adamantino ſcriptę ſunt, atq; vniuerſa ſpectantium maieſtati intelligi legeti in pectore meo ſignatas imagines peccatorum. Si de Iuda proditore voluerís intelligere: Peccatū Iu.ſcrip.eſt. repugnat qđ ſequit corū.

a *Excelſa.* Quę Hebraicè Ramoth: Et ſignificant hæretici qui ponūt in celſo os ſuum, & in tantam inſaniam prorupērūt, vt ſine ſpiritus ſancti gratia ſoli remanſerint, & hęreditatem domini priorē perdiderunt, i. veritatem fidei. Vnde eis æternū paraē incendiū, & ſeruitus dęmonum, qui inimici & vltores.

b *Maledictus homo.* Maledictus ergo Paulus Samoſetanus & Totinus, qui quamuis ſanctum & cunctis virtutibus excelſum, Chriſtū tñ prædicant hoiem tñ. Nos autē benedicti, qui credimus in eum q dicit: Quæritis me interficere hominē q vera loquutus ſum vobis. Et ſi n. Chriſtū à iuxtā ſecundū carnem cognouimus, ſed nunc iā nō nouimus De quo dicit Paul Apoſtolus: Nō ab hoibus, neq; per hominē, ſed per Ieſum Chriſtum. Si enī abſorpta eſt mors in victoria, quare non carnis humilitas, q pp nos aſſumpta eſt, in diuinitatis trāſierit maieſtatē, vt fieret vtrunque vnum, & non adoremus creaturam, ſed creatorem.

c *Bened.vir.* Q. Iudæi maledicti & hæretici, qui non hñt ſpē in dño. i. in Chriſto, quem non Dei filium ſed hoiem putāt purū. Qui eñ cōfidit in dño, & dñs eſt fiducia eius: in tempore Iudaicæ ſiccitatis non metuet, ſed ſemper afferet fructū, credens in eū qui ſemel pro nobis mortuus eſt, & vltrà nō moritur. Et dicit: Ego ſum vita.

d *Quod ad hu.* Q. de ſiccitate Iudaica tranſit ad baptiſmi gratiam.

e *Prauum eſt cor.* LXX. Profundum eſt cor ſuper oīa, & homo eſt quis cognoſcet eum? Verbum Hebraicum Enos quatuor literis ſcribit. Aleph, Nun, Vau, Schin, Si igitur legat Enos, homo dr. Si aūt Enōs, inſcrutabile vel deſperabile, quia cor hominū nemo pōt inuenire. Symmachus: Inſcrutabile cor hominū, vir aūt quis eſt q inueniat illud? Solentq; noſtri zelo Dei, ſed non ſecundū ſciam, hoc dicere cōtra Iudæos, q homo ſit Chriſtus ſecūdū carnē: & nemo poſſit eius cognoſcere natiuitatē, ſecundum illud: Generationē eius quis enarrabit? & arcana rimatur, & reddit vni. iu. opera ſua. Quia. dixit, Maledictus homo qui con. in ho. Et benedictus vir qui confi. in do. ne hominum certum putemus eſſe iudicium, infert omnino prope eſſe cor da peruerſa. vſ: Ab occultis meis munda me i. cogitationibus. Et in Gene. Cuncta cogitatio hominum intenta ad malum. Et iterum: Senſus & cogitatio humani cordis in malum, &c. Patet ergo ſolum Deum noſſe cogitationes hominum. Chriſtus ergo Deus eſt, qui vidit cogitationes.

a *Perdix*

Margin: † virentiū; Ioh. 7. e.; Gal. 1. a.; 1. Cor. 15. g.; Rom. 6. b.; Ioh. 14. a.; Iſa. 53. c.; Apoc. 22. c.; † Fraudulentum eſt cor præ oībus & peruerſum.; Pſal. 18. d.; Gen. 6. a.; Ibidem. 8. d.

latitudinem cordis eorū, & in cornibus ararum eorum. Cùm recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum & lucorum lignorumq; †frōdentium in montibus excelſis, ſacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes theſauros tuos in direptionem dabo. Excelſa ſua propter peccata in vniuerſis finibus tuis. Et † relinqueris ſola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & ſeruire te faciā inimicis tuis in terra quam ignoras. Qm̄ ignem ſuccendiſti in furore meo, vſq; in æternum ardebit. Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à domino recedit cor eius. † Erit enim quaſi myrice in deſerto, & non videbit cùm venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terrā ſalſuginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in dominō, & erit dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod † ad humorem mittit radices ſuas, & nō † timebit cùm venerit æſtus. Et erit foliū eius viride, & in tempore ſiccitatis nō erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. † Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile: Quis cognoſcet illud? † Ego dominus ſcrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam

Interlinear: a ¶Vt opera ſacrilegij in æterna memoria ſint. — ¶Babylonijs, vel verius Romanis. — a ¶Clementiſſimum Deum in furorem prouocando. — a ¶Hoc in LXX. non habetur, ne permaneat in Gente ſua ſententia æterna. — a ¶Ignis. — a ¶Tantum: Homo enim & Deus. Chriſtus. — a ¶Non Deum. b ¶Fortitudinem. ſ. bonorum ſuorum. c ¶Sic. — a ¶Aſſerens ſe poſſe quod non poteſt. — a ¶Hebraice aroer. ¶Symmachus, quaſi lignum infructuoſum in ſolitudine. — a ¶Quod viſuræ gentes. b ¶Sicut Iudæi qui a Deo deſertiſunt: fructumque non faciunt. — a ¶Infructuoſa, quæ non habent ſpem Deum, nec præſidia angelorum, nec ſpiritus ſancti gratiam, non magiſtrorum ſcientiam. — a ¶Alias Beatus. ¶Eccleſia ſicut. — a ¶De quo Pſal. Scitote quoniam dominus ipſe eſt Deus. ¶Non homo. b ¶Vera. — a ¶De quo Pſal. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. — a ¶Spiritusſancti diuiſas gratias. b ¶Gratiam. — a ¶Vt a domino accipiat vbertatem. — a ¶Perſequutionis vel iudicij. b ¶Alias iudæ. c ¶Non timeatis ſiccitatem. — a ¶Quando dominus iratus mandabit nubibus, ne pluant ſuper Iſrael imbrem. — a ¶Sicut ficus cui maledixit dominus. b ¶Virtutum.

g Et relinqueris ſola. *id eſt priuata.*
h Ab hæreditate tua quam dedi tibi, &c. *id eſt a terra Iudææ.*
i Quoniam ignem ſuccen. *i. occaſionem te puniendi mihi præbuiſti.*
k Vſque in æter. ar. *hoc dicit quantū ad illos qui in peccatis ſuis mortui ſunt, & ſic non tantum temporaliter ſed æternaliter puniti ſunt:*
l Hæc di. *Hic conſequenter ponit reprobatio populi Iudæ pp falſam cōfidentiā, & propter confidentiam in Aegyptijs, ſecundò pp confidētiam in diuitijs proprijs, ibi: Prauum eſt cor. Circa primum dicit:*
m Maledictus homo. *ſicut fuit Sedecias cum populo ſibi aſſentiēte, qui rebellans contra Nabuchodonoſor, confidebat de auxilio regis Aegypti, & de Dei auxilio diffidebat: ideo ſubditur:*
n Et à domino re. cor. eius. *quia confidere in homine, dū tamen cōfidentia principaliter ſit in Deo, non eſt malum.*
o Erit enim qua. my. in de. *i. ſine fructu bono, ſicut mirica, quæ alio nomine vocatur geneſta. Eſt enim frutetum inutile ad ædificationem, nec facit fructum qui ſit conueniens ad nutritionem.*
p Et non uide. cum uene. b. *quia Sedecias fuit exoculatus, & in Babylonem ductus, & ibi in amaritudine mortuus: ideo ſubditur:*
q In t. ſalſu. *i. amaritudinis. Et quia in populo Iudę erant aliqui boni, vt Ieremias, Baruch, & Adramelech, in domino confidentes: ideo de talibus ſubditur:*
r Benedictus uir. *E patet ſiia vſq; ibi:*
u Et non timebit cum ve. æſtus. *ſ. tribulationis. Sicut enim lignum ſuper aquas plantatum non perdit viriditatē adueniente æſtu, ſic bonus non relinquit iuſtitiam adueniente tribulationis tempore.*
x Prauum. *Hic conſequenter ponitur reprobatio populi propter confidentiam in ſuis diuitijs, cum dicitur: Prauum eſt cor ho. i. pronum ad auaritiam.*
y Et inſcrutabile. *ab homine, qui tantum videt ea quæ patent. 1. Reg. 16. non tamen a Deo, ideo ſequitur:*
z Ego domi. ſcru. corda. *i. cogitationes.*
a Et pro. renes. *i. examinās affectiones.*
b Qui do. vnicuique iu. viam. *ſ. propriam eñ diuitijs malè acquiſitis. ideo ſequitur:*

¶ a Perdix

## MORALITER.

✻ a Et in corni. *i. eſt in mitris ſuis cornutis,* quæ nimis ſumptuosè ornātur auro & lapidibus precioſis, ad oſtentionem, de bonis quæ deberent expēdi ad pauperum ſuſtentationem.
b *Cum recordati fue. fi.* Eorum filij dicuntur hic clerici inferiores, qui mente tractantes uitam ſuperiorum in uanitatibus & carnalitatibus, ſtudent eos ſequi.
c *Fortitudinem tuam.* nam aliqui ſua corpora ſua et diuitias ſuas expēdunt, diſcurrendo et laborando pro temporalibus negocijs principum, ſperātes per hoc altius promoueri. ideo ſequitur:
m *Maledictus homo.* pro tali promotione. ideo ſequitur:
o *Erit enim quaſi my.* id eſt inutilis ad ædificium eccleſiæ, ſicut myricæ non ualent ad materiale ædificium, nec ad faciendum fructū pro paſtu hominum.
p *Et non uidebit cùm uenerit bonum.* quia carebit uiſione diuina. Et econtrario dicitur de bono prælato.
r *Benedi. vir.* id eſt prælatus uirtuoſus.
s *Qui confidit in domino.* de bonis gratiæ et gloriæ obtinēdis ab eo.
t *Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur.* id eſt ſemper in melius proficiendo.
u *Et non timebit cum ve. æſtus.* ſcilicet perſequutionis humanę, uel diabolicæ tentationis.
x *Prauum eſt cor hominis.* Hic ponitur unde malum hominis oritur, ſ. ex inclinatione mala, ex parentibus contracta. ideo dicitur: Prauum eſt cor hominis, Geneſis octauo, d. Senſus et cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua.
y *Et inſcrutabile. Quis cognoſcet. & cæt.* ſcilicet ab homine, ſed nō à ✻ Deo ideo

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et in c. *quia ibi erant ſculpta nomina idolorum.*
b Cum record. *imitantes idololatriam patrum in omnibus locis, vbi patres eorum ſacrificabant idolis.*
c Fortitudinem tuam. *id eſt bellatores tuos.*
d Et omnes the. tu. *id eſt omnes diuitias.*
e In direp. *ipſis Chaldæis, qui diripient ſibi omnia.*
f Propter peccata. *quia non ſolum in Ieruſalem, ſed etiam in alijs ciuitatibus Iudææ vigebat idololatria, vt habetur ſuprà vndecimo.*

g Et reli-



a *Perdix fo.* Quod ad LXX. dicunt: Clamauit perdix, ad hæreticos referendum eſt, per quos diabolus clamat, & diuitias congregat, quæ derelinquent eum. Perdix fo. Aiūt ſcriptores naturalis hiſtoriæ tam beſtiarum & volucrū, quàm arborum & herbarū (quorū principes ſunt apud Græcos, Ariſtoteles & Theophraſt: apud nos, Plinius ſecundus) hāc perdicis eſſe naturā, vt oua alterius pdicis furripiat, incubet & foueat: ſet verò adultos auolare, & alienū parentem relinquere. Hmōi, diuites ſunt qui aliena rapiunt, & ſine reſpectu iudicij Dei diuitias faciunt, quas in medio tēpore derelinquunt morte præuenti. vnde: Stultē hac nocte repetent aiam tuā à te, quæ con. c. Nihil aūt inſipientius q non præuidere nouiſſima, & breuia putare ppetua. Perdicē quoq; pugnacem dīt & immundum, vt palma ſit victoris polluiſſe victum: In quo ſignificat diaboū. Orig. Perdix iſte. i. diabolus clamando p hæreticos, creaturas quas non generauit congregat, & alienas facit ſuas ſ. ſimplices fideliū hæreticæ laqueo ſactionis impedit. Diues fact' eſt perdix. Ecce quāta ſunt milia, ſed nō ſunt cū iudicio. Nō enim cogitat iudicium, neq; habet in corde iuſtitiā, ſed omnia ſine lege. Chriſtus autem facit diuitias ſuas cum iudicio, examinata & eleuata eſt eius opulentia.

b *Ia di. d.* Dies eius huius ſeculi ſunt. Eruit nos Chriſtus de hoc ſeculo nequā, & ſic derelinquimus perdicē. Nouiſſimum eius erit inſipiens, cū omnia ſubiecta fuerint Chriſto. Nouiſſimus inimicus deſtruetur mors.

c *Sana me d.* Multi medici curauerunt emorroiſſam Euāgelicam, ſed à nullo potuit ſanari, niſi ab illo qui verus eſt medicus. Vnde propheta à populo paſſus opprobria, & inſidijs circumuentus, ab eo curari & ſanari cupit, cuius vera laus & vera medicina.

d *Ego non ſum.* Quantò plus Chriſtum ſequeris, tantò minus labor as. Non eſt enim laſſitudo in Iacob, neque dolor in Iſrael. Vnde: Venite ad me oēs qui la. & one. eſtis, & ego reficiam vos.

e *Non ſis.* LXX. Non fias mihi in alienū parcens mihi in die malo. Q. ne parcas mihi in præſenti ſeculo quod malum eſt, ſed redde mihi iuxta peccata mea, vt requiem ſempiternā habeam. Quem enim diligis, corripis: & flagellas omnem filium quem recipis. Vel, dies iudicij malus his qui tormenta patiuntur.

¶ a *Vade & ſta*

ſuam, & iuxta fructū † adinuentionum ſuarum. * Perdix fouit quæ non peperit: *fecit diuitias, & nō in iudicio. In † dimidio dierum ſuorū derelinquet eas: & in nouiſſimo ſuo erit inſipiens. Solium gloriæ † altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ † expectatio Iſrael, Domine omnes qui te derelinquunt cōfundentur: recedētes à te in terrā ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: vbi eſt verbum domini? Veniat. Et ego † non ſum turbatus te paſtorem ſequens, & diem hominis nō deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſū eſt de labijs meis, rectum in conſpectu tuō fuit. Non ſis tu mihi formidini, ſpes mea tu i die afflictio nis. Confundatur qui me pſequunt, & nō cōfundar ego: paueāt illi, & nō paueā ego. Induc ſuper eos diē afflictionis, et duplici cōtritione cōtere eos. Hæc dicit dominus

Interlinear: a ¶LXX. Clamauit perdix. Congregauit qui non peperit. ¶Diabolus. — a ¶Dicens: Tibi dabo hæc omnia ſi cadens ado. me. — a ¶Vel derelinquent eum, quia conuenerunt ad dominum per Apoſtolos. — a ¶Iudicio. b ¶Qui ſibi ſapiens videbatur. ¶Perdice relicto. — a ¶Domini ſcilicet, qui habitat in ſanctis. b ¶Q. Vbicunque eſt locus ſanctus eſt. ¶Eſt. ¶Videntis Deum. ¶Ecoutra. — a ¶Perpetuo. — a ¶Deleti de libro viuentium, quorum conuerſatio eſt in celo ſcribuntur in cęlo: Recedentes a domino ſcribuntur in terra cum his qui terrena ſapiunt. b ¶Deleti de libro vitæ. — a ¶Qui dicit: Si quis ſitit, veniat & bibat. ¶Vnde. Flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ. — a ¶Qui non credunt ventura quæ dico, diſſimulationem ſententiæ dilationem arbitrantes. — a ¶Illis ita dicentibus. — ¶Etiam. a ¶Vitam longam, vel proſpera huius ſeculi, ſed diem domini. i. reſurrectionis. — a ¶Tu teſtis qui & iudex. — a ¶Non mendoſum. b ¶Bene placito tuo. c ¶Non hominum. — a ¶Bene in ſalutem. ¶Qui exprobrant & dicunt: — a ¶Qui vera prædico. b ¶Deum vel pęnas. — a ¶Viſionis. b ¶Tunc. c ¶Gladio & fame, anima & corpore.

Margin: † operū ſuorum; † medio Dierū ſuo

pro bonis de populo Iſrael. *Et iſte locus fuit promiſſus Abrahæ & ſemini eius, Gen. 15. vt plenius dictum fuit ibidem. & ex hoc per oppoſitum concludit Ieremias damnationem malorum, dicens.*
h Do. o. *per idololatriam & alia opera mala.*
i Confunden. *quia cōfuſibiliter punient: Et modus punitionis ſubdit:*
k Receden. a te in ter. ſcrib. *i. in inferno, qui à doctoribus eſſe ſub terra dicit.*
l Quoniam. d. ve. &c. do. *à quo fluunt omnes gratiæ: quæ dicuntur aquæ viuæ, eo q deducūt ad vitā æternam. Ioh. 4. b. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā ęternā.*
m Sana me. *Hic conſequēter ponitur ipſius Ieremiæ deprecatio, & ſecundò domini reſponſio, ibi: Hęc dicit. Circa primum dicit Ieremias: Sana me. ab infirmitate culpæ.*
n Et ſanabor. *q. d. de hac infirmitate nō poſſum ſanari niſi per te. Licèt enim eſſet iuſtus, tamen nō fuit immunis ab omni culpa, ſaltem veniali.*
o Saluum me f. *ab inſidiantibus mihi Iudæis.*
p Et ſal. ero. *quia nil poſſint contra te.*
q Quoniam laus mea *ſcilicet obiectiuē & finaliter.*
r Ecce ipſi di. ad me. *deriſoriè.*
s Vbi eſt verbum do. *i. vbi eſt pęna captiuitatis, quam in nomine domini denunciaſti nobis?*
t Veniat. *q. dicat. Certi ſumus, quod nō veniet, quia tu es falſus propheta.*
u Et ego non. *turbatus rationem ſub uertentem propter verba eorum.*
x Te paſtorem ſequ. *mandata tua exequendo.*
y Et diem ho. *i. vitam carnalem & delicioſam.*
z Non de. *Tu ſcis, qui ſecreta cordium cognoſcis.*
a Quod e. eſt. *peccatores arguendo.*
b Rectum in c. t. f. *Hoc enim feci de mandato tuo.*
c Non ſis mi. *i. pena quam ſuper populum inducere diſpoſuiſti, non veniat ſuper me. ideo ſubditur:*
d Spes mea & c. aſſli. *Futuræ per Chaldæos, quam per te ſpero euadere, ſed ſuper malos veniet. ideo ſubditur:*
e Confun. *i. confundentur. ita q non loquitur optatiuè, ſed magis denunciatiuè de malo futuro. Poteſt etiam dici q loquitur optatiuè, non ſitiens populi pœnam, ſed approbans diuinam iuſtitiam, ſecundum illud Pſal. 57. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam.*
f Et du. con. *ſ. mortis & captiuitatis: quia aliqui fuerunt interfecti, & alij captiuati.*
g Conte. *e. i. conteres, vel optando diuinam iuſtitiam, vt dictum eſt.*
h Hæc dicit d. *Hic ponit domini reſponſio, in qua pcepit Ieremiæ, vt timore hoium non dimittat mala arguere, & ſpecialiter de ſabbati violatione: &*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Perdix fo. *ſ. oua quæ non peperit, furatur enim aliena oua & fouet ea: ſed pulli inde nati audientes vocem propriæ matris, quadam induſtria naturali currunt ad eam, alienam dimittentes: & tunc percipit ſe fatuè egiſſe in furto & fetu alienorum ouorum. Et hæc parabola applicatur ad populum Iudæ, qui bona aliena malè aggregauerat, cum ſubditur:*
b Fecit diui. *id eſt non modo licito, ſed illicito.*
c In di. &c. relin. *malis gratibus ſuis, Chaldeis, eas rapientibus.*
d Et in no. ſuo. *i. tunc percipiet inſipientiam ſuam, aliena bona illicitè ſibi aggregando. Sed quia in popolo illo erant aliqui boni vt prædictum eſt, qui non ponebant ſpem ſuam in bonis temporalibus, ſed in ſpiritualibus & æternis. ideo ſubditur quantum ad eos.*
e Solium gloriæ altitudinis à prin. *i. cęlum empyreum quod eſt altiſſimum, quod dicitur ſolium gloriæ, quia Deus præſidens omni creaturæ, ibi clarè videtur & laudatur à beatis à principio confirmationis ſanctorum Angelorum & deiectionis malorum. Nec pōt hoc conuenienter intelligi de templo Salomonis, quia non fuit factum à principio temporis, ſed ex quo cœlum empyreum fuit factum, fuit angelis repletum.*
f Locus ſanctificationis noſtræ. *Nullus pōt ingredi niſi ſanctus.*
g Expectatio Iſrael. *Supple eſt iſte locus gloriæ. Et accipit hic Iſrael* pro bonis

## MORALITER.

✻ Deo. ideo ſubditur: Ego do. ſcru. cor. & cæt.
a *Perdix fo.* oua aliena quæ furatur. Et qui pulli ſunt nati, fugiunt ab ea: ſic diuitiæ malè acquiſitæ frequenter ab alijs rapiuntur: & ſic laborantes ob earum acquiſitionem defraudantur, propter quod non eſt in eis ſpes ponenda, ſed in gloria futura. i. ideo ſubditur: Solium gloriæ. Sequitur:
g *Expectatio Iſrael.* Econtrario dicitur de non confidentibus.
h *Domine omnes qui te dere. & c. confundentur.* in finali iudicio.
K *Recedentes à te & c.* i. in inferno, qui dicitur eſſe in terræ profundo.
r *Ecce ipſi dicunt ad me, vbi eſt verbum? & c. Veniat.* Secundum ſenſum literalem hoc dicitur ironicè: Et ſimiliter in peccatis obſtinati derident pdicationes de pœnis inferni & gaudijs paradiſi. Sed quia prædicator non debet pp hoc dimittere prædicationis officium, ſequitur: Et ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens.
y *Et diem hominis.* i. vitam voluptuoſam. Sic dicebat Paulus. 1. Corint. 9. d. Caſtigo corpus meū, & in ſer. redi. ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Et quia prædicator veritatis aliquando propter hoc ſuſtinet perſequutionem, ſequitur:
c *Non ſis tu mihi formidini.* i. auferas a me hominum formidinem per tuam conſolationem. Et ſubditur cauſa, cùm dicitur: Spes mea tu in die afflictionis, &c.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Vade & ſta &c.* Q. Quia verba tua audire non contemnunt, & Dei ſententiam non requirunt: vade ad locum celeberrimum, quo omnes ingrediuntur & egrediuntur: prædica oportunè & impurtunè, ne poſſint excuſari quaſi non audierint, ſed audiant velint nolint.

2. Thi. 4. a.

b *Cuſtodite animas* Ne præceptum ſabbati inſtauratum per Ieremiam diſcerpamus: totum ſimul ponimus, vt ſimul omnia cognoſcamus.

† Hab. 3. a.

c *Vt non inferatis*. Si noſtri iudaizantes explanationē tropicam repudiauerint, aut Iudæi eſſe cogentur, & cum obſeruatione ſabbati circuncidere præputia, aut reprehendere Saluatorem, qui iuſſit in ſabbato paralitvco tollere lectum ſuum. pro quo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nō ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat Deū.

Matt. 9. a.

d *Sacrificium* pro quo. Lxx. ipſum Hebraicum poſuere manaa, quod in noſtris codicibus ſcriptorum negligentia manna legitur.

e *Si autem non audieritis me.* Q. Hæc ſunt præmia eorū qui ſanctificāt ſabbatum, & nullo pondere grauantur. Si autem.

GLOS. ORDIN. CAP. XVIII.

V*Erbum quod factum.* Per omnes ſenſus ad iudicium & intelligētiam animi peruenitur, auditum, odoratum, guſtum, tactū: ſed magis mēte retinetur quod oculis cernitur. Vnde propheta iubetur ire ad domū figuli, & ibi audire præcepta domini. F

g *Et diſſipatum eſt vas.* Diſſipatum diuina prouidentia, vt neſcius artifex errore ſuo parabolā figuraret, ☞ a Repen

NIC. DE LYRA.

¶ *tione. & hoc præcipiendo aſſecurat eum, & patet litera vſque ibi:*

a Et omne opus non fa. *Quod intelligitur de opere ſeruili ſeu corporali impediente reuerentiam ſabbati, tamen opera corporalia non prohibebantur, quæ non poterant bono modo differri nec anticipari: ſicut animalia adaquare, & pabulum eis præbere, & in caſualibus remediū adhibere, quando periculū erat in mora, ſicut bouem lapſum in foueam inde leuare, & ſimilia, poterant fieri licitè, ſecundum quod dicit Saluator Lu. 13. & 14. & hoc modo Machabæi pugnauerunt contra inuadentes eos die ſabbati. 1. Machabæorum. 2. Cætera patent in litera vſque ibi.*

b Et ſuccendam ignem. *Hoc fuit impletum quando Nabuzardan incendit domum domini, & domum regis, & domos Ieruſalem per circuitum. 4. Regum. vlti.*

c Et non extinguetur. *ſ. per humanum officium, ſed tantum per materiæ combuſtibilis defectum. Chaldæi enim qui eam accenderāt non extinxerunt: nec populus Iudę, qui partim erat mortuus, & partim captiuatus.* G

ᵃ ad me: Vade, & ſta in porta filiorū populi, per quā ingrediuntur reges Iuda & egrediūtur: & in cūctis portis Ieruſalē, & dices ad eos: † Audite verbum domini reges Iuda, & omnis Iuda, cūctiq; habitatores Ieruſa-

¶Templi vel vrbis.

lem, qui ingredimini per portas iſtas. Hæc dicit dñs:

a ¶Peccatorum. b ¶Non enim portanda ſunt, ſed potius abijcienda.

ᵇ Cuſtodite animas veſtras, & nolite pōndera portare

a ¶Quietis. ¶Virtutes.

in die ſabbāti, nec inferatis per portas Ieruſalē, & no-

a ¶Portanda penitus. b ¶Corporibus, mentibus.

lite eijcere onēra de dōmibus veſtris in die ſabbati, ᵃ

a ¶Seruile, de quo dicitur: Eſca ventri, & venter eſcis. &c. ſed opus quod non perit. b ¶Omne tempus veſtrum in ſanctificatione ducentes.

& omne ōpus nō facietis. Sānctificate diem ſabbati, ſicut præcepi patribus veſtris. Et nō audierūt, nec in-

a ¶Mentis. b Reijcient iugum legis ſicut indomiti tauri.

clinauerunt aūrem ſuā, ſed indūrauerunt ceruicē ſuā

¶Docentem.

ne audirent me, & ne acciperent diſciplinā. Et erit, ſi ᶜ audieritis me dicit dominus, vt nō inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbati: Et ſi sāctificaueritis diem ſabbati, ne faciatis in eo omne opus, ingre-

a ¶Hoc eſt præmium obedientiæ. b ¶Quorum cor in manu Dei, qui regnant in corporibus ſuis.

diēntur per portas ciuitatis huius rēges, & principes

a ¶Imitantes Chriſti exemplum. b ¶De quibus: Currus Dei decem millibus, &c. Et alibi: Equitatio tua ſalus.

ſedentēs ſuper ſolium Dauid, & aſcendentes in cūrribus & equis, ipſi & principes eorum, ūiri Iuda & ha-

a ¶Qui confitentur dominum.

a ¶De quo factus eſt in ſalem. i. in pace locus eius &c. b ¶Eccleſia.

bitatores Ierūſalē, & habitabitur ciūitas hæc in ſempiternum. Et veniēt de ciuitatibus Iuda, & de circū-

a ¶Qui filius virtutis & dexteræ. b ¶Quod Hebraice Sephela, quod hiſtoriæ planiciem ſignificat.

itu Ieruſalē, & de terra Beniāmin, & de cāpeſtribūs,

a ¶Excelſis dogmatibus. b ¶De quo: Dominus ab auſtro veniet: vnde calor & plena lux & omne frigus expellitur. c ¶Seipſo conſecrantes.

& de mōntuoſis, & ab aūſtro portantes holocauſtum

a ¶Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, vel Thymiama, de quo Apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus &c. Dirigatur oratio mea. b ¶De quo: Vt quid mihi thus affertis de Saba? c ¶Vel laudem ſecundum Lxx. qui Hebraice Thoda, id eſt gratiarum actio.

ᵈ & victimam & ſācrificium & thūs, & inferent † oblationem in dōmum domini. Si autem non audie-

a ¶Eccleſiam.

ᵉ ritis me, vt ſanctificetis diem ſabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die

a ¶De quo: Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum.

ſabbati, ſuccendā ignēm in portis eius, & deuorabit ᵇ

a ¶Vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit: & ſi cuius opus exarſerit, detrimentum patietur.

domos Ieruſalem, & nōn extinguetur. ᶜ

CAP. XVIII.

ᶠ VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à ᵈ domino, dicens: Surge & deſcende in do- ᵉ mum figuli, & ibi † audies verba mea. Et ᶠ deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat ᵍ

a ¶Lxx. ſuper lapides, ambiguitate decepti. Hebræum enim pro diuerſitate loci & pronunciationis, & organum. i. rotam figuli ſignificat & lapides.

ᵍ opus ſupēr totam: & diſſipatum eſt vas quod ipſe fa- ʰ ciebat è luto manibus ſuis. Conuerſuſque fecit illud ⁱ vas ī alterū, ſicut placuerat ī oculis ei⁹ vt faceret. Et fa-

¶Statim.

ctū eſt verbū dñi ad me dicēs: † Nunqd ſicut figulus ᵏ

a ¶Qui periſſe videmini.

iſte nō potero vōbis facere dom⁹ Iſrael? ait dñs: Ecce

a ¶Vt poſſim & perdere & reſtituere.

ſicut lutū in manu figuli, ſic vōs ī manu mea dom⁹

NICO. DE LYRA. CAP. XVIII.

VErbum quod factū. *Hic ponitur ſextus modus oſtendendi peccatum Iudæ irremediabile: per ſimilitudinē figuli vas diſſipatum reformantis, eo quod lutū non reſiſtebat ei: ſed populus Iudæ in peccato obſtinatus reſiſtebat diuinæ gratiæ: propter quod iuſto Dei iudicio permiſſus eſt perire. Et ſecundū hoc, præſens capitulū in duas partes diuidit, quia primo ponit miſeratio Dei benigna, ſecūdò obſtinatio populi maligna, ibi: Qui dixerunt. Circa primum primò exēplū de figulo & luto ponitur, cū dicitur,*

e Surge & deſcende in domum fi. *& patet litera. ſecundò ad propoſitum applicatur, cum dicitur:*

k Nunquid ſi. fi. *quidquid placuerit mihi. q. di. Sic. tamen ex parte materiæ eſt diſſimilitudo, quia lutū non habet aliquid vnde poſſit ſe ſubtrahere a figuli ordinatione: ſed homo habet liberum arbitrium, per quod pōt declinare a diuina lege per peccatū. Verumtamē hoc modo exiēs Dei ordinationem ex parte vna, reincidit in eam ex parte altera: ſcilicet in ordinationē diuinæ iuſtitię punietis dedecus culpę. Verumtamē, quia Deus ſemp paratus eſt miſereri, & parcere pœnitentibus. ideo ſubditur:*

¶ a Repente. H

MORALITER.

✱ d *Verbum quod fa. eſt &c. deſcende in domum figuli.* In domum figuli deſcendere, eſt Dei potentiam & fragilitatem propriam conſiderare.

f *Et ibi audi. ver. mea.* nam humilibus reuelatur veritas diuina, Matth. 11. d. Confiteor tibi pater domine cęli & terrę, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus &c.

g *Et ecce ipſe. &c.* Per figulum iſtum intelligitur Deus, cuius ſpeciale opus eſt homo ad imaginem Dei factus, et præſidens alijs creaturis inferioribus: et ideo dicitur factus ſuper rotam, ideſt creaturis corruptibilibus præſidentem, Geneſis. 1. d. Et præſit piſcibus maris et uolatilibus cœli etc.

h *Et diſſipatum eſt vas &c.* ſcilicet ipſe Adam: cuius corpus erat vas animæ, et anima ſcientiæ: quia factus fuit perfectus in ſcientia, potens docere ſicut et generare.

i *Conuerſuſque fe. il. vas. al.* id eſt Chriſtum qui dicitur nouiſſimus Adam primæ Corinthio. 15. f.

K *Nunquid ſicut in oculis eius.* De Chriſto namque dicitur Math. 3. d. Hic eſt filius dilectus. etc. Poteſt etiam aliter exponi de eodem homine qui per ſeipſum diſſipatur per culpam: et a Deo reparatur per gratiam, Hoſee. 13. c. perdi- ✱ tio tua



☞ a *Repen.* Liberum arbitrium ſignificat dicens ſe annunciare regno & genti mala, & rurſum bona nec tamen ventura, ſed in contrarium mutatis euenire cōtraria. Non quod hęc ignoret futura, ſed quod hominem ſuæ voluntati dimittat, vt merito ſuo recipiat, vel præmia vel pęnas. Non tamen totū bonum eſt hominis, ſed diuinæ largitatis. Ita enim ſeruatur libertas arbitrij, vt in omnibus excellat gratia largitoris. vnde: Niſi dominus ædifica. do. &c. Nō eſt enim volentis neque currentis. &c. A

b *Ecce ego.* Implet parabolam quam & aſpectu docuit & ſermone.

c *Poſt cogitationes.* Vbi eſt abſque gratia Dei liberi arbitrij poteſtas, & propriæ voluntatis iudicium, cum ſit Dei offenſa ſequi cogitationes, & praui cordis facere voluntatem. vnde infert: Interrogate Gentes. id eſt omnes in circuitu eius nationes.

d *Nunquid de petra.* Tale inquit Vergilius: Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui, Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Quàm noſtro illius labatur pectore vultus. Et alibi: In freta dum fluuij current, dum montibus vmbrę Luſtrabūt, connexa polus dum ſydera paſcet. Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt: Nunquid de petra. Q. Sicut de Libani ſummitatibus nix deficere nō poteſt, nec vllo ardore ſolis ſuperari, & fluentes de montibus riui non ſiccātur, ſic nomen meum ſtabile & perpetuum non poteſt immutari. Cum enim cętera ordinem ſeruent, populus meus oblitus eſt mei.

e *Vt fieret terra.* Hoc plenius poſt aduentum domini videtur eſſe completum, quando nullus Iudæorum terram & vrbem ſanctam ingredi lege permittitur. Sed cum ad planctum venerint, mirantur, & deflent vaticinia prophetarum completa. B

☞ a *Sicut ven-*

NICO. DE LYRA.

¶ a Repente. *Comminando ei pœnam propter culpam ſuam.*

b Si pœ. eg. *de peccatis ſuis verè pęnitendo.*

c Agam. *non inferendo pęnam cominatam: & ideo inducit populum Iudæ ad pęnitentiam per Ieremiam, dicens: Nunc ergo.*

d Ecce ego fingo. *id eſt inferre diſpono. Dicit tamen fingo, proſequendo parabolam de figulo.*

e Contra uos malum. *ſcilicet pęnæ vobis inferendo.*

f Reuertatur vnuſquiſque. *mala relinquendo.*

g Et dirigite vias ueſtras. *in bonis vos exercendo.*

h Et ſtudia veſtra. *de talibus meditando. & ſupplendum eſt, & ego pęnam comminatam retractabo. Circa prædicta ſciendum, quòd pęnitentia in Deo non habet locum, ita quod velit aliquid, & poſtea nolit illud, quia voluntas eius eſt immutabilis, ſed ſicut noſter intellectus immaterialiter intelligit materialia, ita volūtas diuina immutabiliter vult mutabilia. Sciendum tamen, quod comminationes pœnarum & promiſſiones bonorum aliquando denunciantur, prout ſunt in diſpoſitione mentis diuinæ, & ſic veniunt in effectum immutabiliter. & hoc modo dixit Samuel de abiectione Saulis. 1. Regum. 15. f. Porrò triumphator in Iſrael non parcet, & pęnitudine non flectetur: neque enim homo eſt qui agat pęnitentiam. Aliquando verò denunciatur & communius, prout ſunt in cauſis ſecundis, videlicet in hominum meritis vel demeritis: propter quæ ſecundū legem diuinam aliqui meruerunt præmiari vel puniri, & talia non ſemper eueniunt ſicut ſunt nunciata: quia cauſæ iſtæ ſunt mutabiles. poſſunt enim homines mutari de malo in bonum, & econuerſò: & ſic dicitur Ionæ. 3. b. Adhuc. 40. dies & Niniue ſubuertetur. Sic enim demeruerant peccata Niniue. Sed quia Niniuitæ egerunt pœnitentiam, ſubuerſio non fuit ſubſequuta, vt dicitur ibidem. Sic ergo dicitur hic & in alijs locis ſcripturæ, dominus pœnitere, eò quod ad modum hominis pœnitentis ſe habet, inquantum non facit quod prædixit: ſicut homo pœnitens de hoc quod propoſuit, illud non facit: voluntas tamen hominis in hoc mutatur, non natura diuina.* C

i Qui dixerunt. *Hic conſequenter ponitur Iudæorum obſtinatio maligna: & primò contra dominum. ſecundò contra eius nuncium, ibi: Et dixerunt. Circa primum dicitur: Qui d. ſci. Iudæi in malo obſtinati.*

k Deſperauimus. *ſ. de Dei auxilio & eius promiſſionibus, propter hoc enim recurrebant ad humanum remedium, vt dictum eſt cap. præce.*

l Poſt c. *abſque freno & retinaculo, ideo admiratiuè ſequitur:*

m Interrog. Gen. *Gentiles legem à Deo non habentes.*

n Quis audi. t. h. *A Gentibus facta.*

o Quæ fe. nimis. *reiterando & continuando.*

p Virgo Iſrael. *i. populus Iuda. q. d. inter Gentiles non inuenientur talia, quia ſicut habetur ſupra. 2. cap. quælibet alia gens coluit pro Deo illud quod primò recepit, & non mutauit: populus autem Iſrael frequēter mutauit, & in idola multa: & in admiratione huius ſubditur:*

q Nunquid de pe. *In monte Libani deſcendebant niues (vt dicunt aliqui expoſitores) in tanta abundantia, quòd ex earum reſolutione cōtinuabatur riuus deſcendens ad agros petroſos.*

r Aut e. poſ. aq. er. *de fontibus abundantibus. Per iſtas ſimilitudines arguitur malitia Iudæorum, quia quamuis aquæ riuales & fontales cognitionem non habeant, tamen curſum ſuum debitum tenent. Iudæi autem ad imaginem Dei facti & lege diuina directi, à Deo totaliter retrocedebant per idololatriam, ideo ſequitur:* Malitia Iudæorum arguitur.

s Quia oblitus eſt mei populus meus. *dimittēdo cultum meum.*

t Fruſtra li. *idolis impotentibus ad eos adiuuandum.*

u Et impin. *cadendo de peccatis in peccata.* †Inf. 25. b. & 37. c.

x In ſemitis ſe. *id eſt in idololatrijs, quibus tūc ſeculum erat infectum.* D

y In itinere. *Via enim regia dicitur trita: & illa eſt per decalogi præcepta, quam Iudæi dimiſerant, & per aliam incedebant: in Hebræo autem ſic habetur: Nunquid derelinquet de petra agri niuem Libani? Quod ſic exponitur: Num. dere. h. ſiti. ni. Li. id eſt aquam frigidam admodum niuis fluentem de Libano, & conſequenter de petra agri. i. de agro petroſo, quia in alueo aquarū currentiū ſolent eſſe lapilli. q. d. non derelinquet, imò cum magno deſiderio accipiet eam ad potādum. Aut c. poſ. ſ. de facili ab homine ſitiente. Aquæ erum. de Libano. Frigi. & d. q. d. non: & ſunt eædem aquæ, quæ primò deſignātur ſub nomine niuis, cum dicitur: Nix Liba. De monte enim Libani fluunt aquæ abundantes & optimæ de quibus dicitur. Can. 4. d. Fons hortorum puteus aquarū viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Igitur ſenſus huius literæ eſt: quòd homo ſitiens non dimittit aquas iſtas voluntate propria: & ſi aliquis velit eas ab eo auferre, reſiſtit quantum poteſt violentiæ. & per hoc deſignatur malitia populi Iudæ, qui voluntariè reliquerat dominum, qui eſt vena aquarum viuentium, vt dictum eſt cap. præce. ideo ſubditur: Quia oblitus eſt. & exponatur, vt prius vſque ibi:* Alia expoſitio.

z Vt fieret terra eorum in de. *Vbi ponitur pęna ſequens malitiam prædictam. propter quam terra Iudæ fuit per Chaldæos vaſtata.*

a Et in fi. *id eſt deriſionem.*

b Omnis qui p. per eam obſtupeſ. *de tanta deſtructione.*

¶ a Et mo-

ᵃ Iſrael. † Repēte loquar aduer- ᵃ ſum gētē & aduerſus regnū, vt eradicē et deſtruā & diſper-

¶Tamen.

dam illud. † Si pęnitētiā ege- ᵇ

¶Mala. ¶Recedendo.

rit gens illa à malo ſuo quod loquutus ſum aduerſus eam,

a ¶i. Non inducam.

āgam & ego pęnitentiam ſu- ᶜ per malo quod cogitaui vt facerem ei: & ſubitò loquar de gente & de regno, vt ædificēt

¶Sed.

& plātent illud. Si fecerit ma-

a ¶Quia omnia video.

lum in ocūlis meis, vt nō au-

a ¶Præcep. b ¶Id eſt non dabo quia talibus non promiſi, ſed bonis & pęnitentibus.

diat vōcē meā, pęnitēntiam agam ſuper bono qd loquutus ſum, vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iudę & habitatori Ieruſalē, dicēs: Hęc dicit

a ¶Sicut figuli lutum.

ᵇ dominus: Ecce ego fingō cō- ᵈ

a ¶Id eſt meritum inferam ſententiam ¶Vnde Iſa. Faciens pacem & creans malum, non quod per ſe malū ſit, vt patentibus videtur.

tra vos mālū, & cogito con- ᵉ

a ¶Id eſt mutate opera, vt mutetur ſententia.

tra vos cogitationē. † Rēuer- ᶠ tatur vnuſquiſque à via ſua mala, & dirigite vias veſtras ᵍ

a ¶Econtrario.

& ſtudia veſtra. Qūi dixerūt: ʰ ⁱ

a ¶Salutem. ¶Vel confortabimur in malis. ſ. vel deficimus, id eſt Deum placare non poſſumus.

ᶜ Deſperaūimus. Poſt cogita- ᵏ ˡ

a ¶Operando.

tiones enim noſtras ibimūs,

a ¶Idolis ſeruiens.

& vnuſqūiſq; † prauitatē cordis ſui mali faciemus. Iō hęc dicit dñs: Interrogate Gētes: ᵐ Quis audiuit talia horribilia ⁿ

a ¶Vltra Gentes. b ¶Olim. ¶Deo deſponſata vnde Pſal. Notus in Iudæa Deus.

quę fecit nimis virgō Iſrael? ᵒ ᵖ

ᵈ Nunquid de petra agri deficiet nix Libani, aut euelli poſ- ʳ ſunt aquæ erumpētes, * frigidę & defluētes? Quia oblitus ˢ

a ¶Qui ſum via. b ¶Inutiliter.

eſt meī populus me⁹ fruſtra ᵗ

a ¶Idolis. b ¶Offendentes.

libātēs & impingētēs in vijs ᵘ

¶Non Dei.

ſuis & ī ſemitis † ſeculi, vt am- ˣ

a ¶Veſtigijs ſanctorum Deum colentium, qui relicto Deo idola coluerunt, vnde infert pęnā quæ ſequitur: Vt fie. ter. eo.

bularēt † per eas in itinerē nō ʸ

a ¶Quia reliquerunt cultum Dei, idololatriæ ſemitam ſequuti.

ᵉ trito: Vt fierēt terra eorum ᶻ

a ¶Solitudinem. b ¶Pro ſtupore mentis.

in deſolatiōnem, & in ſibi- ᵃ lum ſempiternum. † Omnis ᵇ

* è loco alieno?

† antiquis

MORALITER.

✱ tio tua ex te Iſrael, tantūmodo ex me auxilium tuum. Similiter poſſet exponi de vno regno uel de una gente, ut patet de Niniuitis, Ionæ. 3. ideo ſequitur: †Infr. 19. e & 49. d. & 50. c.

a *Repente. lo. & ſequitur:*

b *Si pę. egerit, & c. agam & ego pænitent. &c.*



✱ *Et dixerunt*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Sicut ventus*. Vſq; hodie hæc ſnīa pmanet in Iudæis toto orbe diſperſis, corā inimico .i. diabolo, vel inimicis .i. dæmonibus. Et cū diebus ac noctibus in ſynagogis Satanæ inuocent nomen dn̄i, dorſum & non faciē oſ̄dit eis, vt intelligāt eū recedētē, & nunq̄ ad ſe venietē. Dies aūt Iudaicæ pditionis, oē tp̄s eſt poſt paſſionē Saluatoris vſq; ad cōſummationē ſeculi, vt poſtq̄ ſubintrauerit plenitudo Gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat.

*Sentētia in Iudæos fulminata ſemper durat durabitq́ue. Rom.11.c.*

b *Veni*. Iſta tūc Iudęorū ꝯ Ieremiam vel Chriſtū, & nūc, hæreticorū ꝯ ſeruos Dei cogitatio eſt, vt calūnias inſtruāt, & ſanctos accuſatione p̄māt: nō cogitātes qd illi loquunt̄ veritatis, ſed qd ipſi iſtruāt mēdacij. Iactāt eīn in ſacerdotibus & in ſapiētibus & in pſeudo pphetis ſuis legē Dei, cōſiliū & eloquiū pmanere, cū i maleuolā animā nō introeat ſapīa, Hiero. Manifeſta trāſcurrimus, vt in obſcuris immoremur. Nō deliramenta quorundā & captiuitatē cęleſtis Ieruſalem interpretantes, ſed perſpicuam hiſtoriam & manifeſtiſſimam prophetiam omni verborum & ſenſuum confidentia perſequentes.

*† oriētalis*
*† malas*
*Sap.1.a.*

c *Attende do*. In typo Saluatoris Ieremias à Iudæis hęc vniuerſa perpetit̄, q̄ poſtea Babylonio veniēte vaſtant̄. Sed plenius cōplet̄ in Chriſto vrbe ſubuerſa Romano gladio, nō ppīdo lolatriā, q̄ tunc nulla erat, ſed qa filij Dei mortem inclamauerunt: Tolle, tolle eum: non habemus regem niſi Cæſarem. Et imprecatio eorum in æternum completur: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

*Ioh.19.c.*
*Mat.27.c.*

d *Ne propicie*. Nō eſt ꝯrium ſuperiori ſnīæ, in qua pro populo deprecat̄. Sed qa ſpaciū pęnitētiæ præterijt, illi pmanētes in ſceleribus ſuis, non tā p ſe puniuntur quā pro alijs, ne inultum peccatū illis fieret in exēplum.

F

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et mo.ca.ſu. *Notandum, ꝙ hoc contigit propter magnam malitiam habitatorum. ideo ſubditur:*

b Sicut ve. vrens. *qui diſpergit & cōſumit.*

*† exercituum.*

c Dor. & n.f.o.e.i. *non iuuabo eos, ſicut homo vertit dorſum illi cui non vult præſtare auxilium.*

d Et di. *Hic cōſequēter ponit̄ obſtinatio Iudæorū cōtra domini nūciū. Et diuidit̄ i duas. quia primò hæc obſtinatio ponit̄, & ſcd̄ò Ieremię deprecatio, ibi: Attēde domine. Circa primū ſciēdū, ꝙ dominus in filijs Iſrael inſtituit ſacerdotiū, vt h̄r Exo.29. & hoc ad colēdū dominū, & docendū de lege domini populum. Similiter inſtituit. 70. viros de ſenioribus Iſrael, qui cū Moyſe ſuſtinerent onus regiminis populi, Num.11. & extunc vſq; ad deſtructionē ciuitatis & templi fuerunt ſic ſtatuti 70. viri, qui cum rege & ſummo ſacerdote determinabant cauſas arduas. Similiter promiſit populo dare prophetas per ſucceſſionē tēporis. Et quia iſta tria à Deo fuerant inſtituta, credebant aliqui, & maximè illi de Anathot, quod ſemper durarent: pp quod verba Ieremię contrariū aſſerentis contemnebant, & eum perſequebantur. Et hoc eſt quod dicitur:*

*† cōdones eis iniquitatem.*
*Diuiſio*
*† fac eū eis*

e Et dixerunt. *adinuicem conferrendo.*

f Venite & cogi. &c. cogi. *id eſt vias conuenientes ad eum occidendum, tanquam prophetam falſum. Cuius cauſa ſubditur:*

g Non enim per. lex a ſa. *quin poſſit de ea populum docere.*

h Neque conſi. a ſa. *id eſt à ſapientibus, ponendo ſingulare pro plurali, ſicut Exod.8.f. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum. Et dicuntur hic ſapientes .lxx. ſenes prædicti.*

i Nec ſermo a pro. *quia dominus inſtituit iſta. Et iſti male arguebāt, quia ſicut Deus dat beneficia perſeuerantibus in bono, ita data ſubtrahit obſtinatis in malo.* G

l Percutiamus eum lingua. *accuſando eum eſſe prophetam falſum, & ſic moriatur.*

a ¶Olim florentiſſimam.

qui prætererit eām obſtupeſcet, & a
a ¶In ſignum confuſæ mentis.
a mouebit capūt ſuum. Sicut ventus b
† vrens diſpergam eos coram inimico, dorſum & non faciem oſten- c
dam eis in die perditionis eorum.
Et dixerunt: Venite & cogitemus d e f
cōtra Ieremiā* cogitationes: † Non g
enim peribit lex à ſacerdote, neque h
conſilium à ſapiente, nec ſermo à i k
b propheta. Venite & percutiamus l m
eum lingua, & non attendamus ad
c vniuerſos ſermones eius. Attende n
a ¶Crucifige eum & c. b ¶Tollendæ.
dn̄e ad me, & audi vōcem aduerſa- o
riorum meorum. Nunquid reddi- p
tur p bono malum, quia foderunt q r
a ¶Deceptionem. b ¶Tollendæ.
foueām ānimę meę? Recordare, ꝙ s
a ¶Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid fa.
ſteterim in conſpectu tuo, vt lōquerer pro eis bonum, & auerterem in
dignationem tuam ab eis. Propter- t
ea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum abſque liberis, & viduę, & viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor de u
domibus eorum. Adduces enim ſu x
a ¶Nabuchodonoſor, vel Romanum exercitum. b ¶Merito.
per eos † lātronem repēnte, quia fo
a ¶Exponit quid fecerint contra filium Dei, & quid paſſi ſunt.
dērunt foueam vt caperent me, & laqueos abſcōderūt pedibus meis. Tu autem domine ſcis omne conſilium eorū aduerſum me in mor-
d tem. Ne † propitieris iniquitati eo- y
rum, & peccatum eorū à faciē tua
a ¶Vel impingentes in lapidem offenſionis, & petram ſcandali de quo Pſal. Lapidem quem repro.
non deleatur. Fiant cōrruētes in cōſpectu tuo, in tempore furoris tui z a
† abutere eis.

m Et non at. *Hæc litera eſt tranſpoſita: & ſic eſt conſtruenda. Et ad vniuerſos ſermones eius non attendamus, ſcilicet vt ſic negatio ſequatur ſignum vniuerſale, quæ facit ſuo contrario æquipollere: quia omnis, non, & nullus, æquipollent: & ſic eſt ſenſus: Ad nullos ſermones eius attendamus, cum ſint friuoli & nullius momenti.*

n Attende domi. *Hic conſequenter ponitur Ieremiæ deprecatio dicentis: Attende do. ad me. liberandum de meis inimicis.*

o Et audi vo. a. meo. *ad eam puniendam.*

p Nunquid re. *ſcilicet mihi.*

q Pro bono malum. *quaſi dicat. Sic:*

r Quia fo. foue. animæ meæ. *quærentes eam educere de corpore malicioſè.*

s Recordare. *quòd laborauerim pro bono eorum.*

t Propterea da fi. e. in fa. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo denunciatiuè tantum. Sic: Da, id eſt dabis. Alio modo deprecatiuè, non ſitiendo populi pœnam, ſed magis diuinam iuſtitiam, ſicut dictum eſt cap. præce.*

u Audia. c. de do. eo. *familiæ ſuæ ibidem fame & gladio morientis.*

x Adduces e. ſu. eos la. *id eſt Nabuchodonoſor cum ſuo exercitu populum deprædantem, occidentem, & captiuitatem. Cętera patent vſque ibi:*

y Ne propitieris iniqui. eo. *id eſt non dimittas tantum dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ.*

z In tempo. fur. tui. *id eſt vindictæ a te inferendæ.*

a Abutere eis. *Circa quod ſciendum, quòd abuſus propriè eſt vti aliqua re ad aliud quam ſit ordinata. Natura verò humana eò quòd eſt ad imaginem Dei facta, eſt ad gloriam Dei ordinata. Iſta tamen ordinatio eſt longinqua, quia diſponitur de propinquo per gratiam, & ad pœnam diſponitur per culpā. Et ſic in damnatione hominum malorum ſi conſideretur natura, tantum eſt abuſus in hoc, quòd natura applicatur ad pęnam, quæ erat ordinata ad gloriam. Si tamen conſideratur natura obſtinatione in malo depoſita, non eſt abuſus, ſed debitus vſus iuſtitię. Scīdum tamen, quòd in Hebræo ſic habetur: In tempore furoris tui. fac eis. ſcilicet quod debet fieri ſecundum ordinem tuæ iuſtitiæ: & ſic eſt litera plana.* H

## MORALITER.

✻ f *Et dixe. Venite & cogitemus con. Ie. co.* Per iſtos ſignantur mali clerici & mali ſacerdotes, qui machinantur contra pauperes prædicatores, & ſuggerunt prælatis vt auferant ab eis poteſtatem prædicandi & audiendi confeſſiones, dicentes quod ſequitur:

g *Non enim peribit lex à ſacerdote.* Dicunt enim ſe ad regimen eccleſiarum ſuarum ſufficere. Et hoc frequentius dicunt illi qui minus ſufficiunt, nam intelligentes pondus oneris ſui, libenter volunt ab alijs adiuuari.

K *Venite & percu. eum lin.* dicendo populis, quia non habent poteſtatem niſi de licentia proprij ſacerdotis, quod tamē eſt falſum, cum maior ſit poteſtas prælatorum. Et quoniam in talibus recurrendum eſt ad Deum, ſubditur:

n *Atten. do. & c. & audi vo.* dando eis pœnitentiæ ſpiritum.

p *Nūquid reddi. p bo. ma.* q.d. Sic. qn̄ p adiutorio reddit̄ pſequutio.

i Nec

## GLOS. ORD. CAP. XIX.

H*Æc di. do. Va. & acci.* Vult diuina ſcriptura non ſolū auribus docere populum, ſed etiam oculis. Magis enim mente retinetur quod viſu percipitur, quam quod auditu.

*† emo*

b *Lag.* pro laguncula figuli (q̄ Hebraicè dr̄ בקבק Bakbuk) ⁋ LXX.

## CAP. XIX.

a HÆc dicit dominus: Va-
b de, & † accipe lagunculā fi-

## NIC. DE LYRA. CAP. XIX.

HÆc dicit do. *Hic ponitur ſeptimū, ad oſtēdendū irremediabile populi peccatū. ſ. p frationē lagenę terreę, cuius fractu-* ¶ *ra eſt irre-*

## MORALITER.

✻ a *Hæc dicit dominus: Vade & a.* Quæ moraliter accipit̄ qn̄ dili- ✻ genter



⁋ LXX. dolium trāſtulerunt. Pro porta fictili, Aquila & Sym-
A machus & Theodotio, ipſum Heb. poſuerūt החרסית harſith. LXX. more ſuo pro aſpiratione Heth literæ addiderent chi Græcum, vt dicerent charſith, pro Hebron Chebron, & pro Hierihoh Chiericho.

a *Eò quòd*. Omnis hæreticus dereliquit Deum, & alienum facit locum habitationis Dei, quē ſua fraude polluit, & libat dijs alienis, quos non nouerunt patres ſui. i. Apoſtoli & Apoſtolici viri. Reges autem Iuda. i. hæreſiarchæ implent locum Dei quondā ſanguine deceptorum & innocentum. Nemo. n. niſi ſtultus, & ſimplex citò ſubuertitur. Et ædificāt excelſa Baalim, dū de ſublimibus diſputant. Et cōburunt idolis filios ſuos, quos ī hęreſi genuerūt.

b *Quæ non præ*. Non præcepi, vel cogitaui, &c. Non ꝙ dominus futura neſciat, ſed quę īdigna ſunt ſua notitia ignorare ſe dicat, ſicut illud: Recedite à me, neſcio vos: Nouit. n. dominus qui ſunt eius. Et, Qui ignorat ignorabitur. Vel Anthropoſpathos, hæc de Deo accipienda ſunt ſicut alia.

c *Tophet, & vallis fi. Ennom, ſed vallis occiſio*. Hiero. Quæ ſit vallis filij Ennom (quæ Hebraicè dicitur gehennom, vnde gehennam ap-
B pellatam putant ſuprà) diximus. Miror autem quid ſibi volunt. LXX. pro Tophet ruinam ponētes, & pro valle, Poliandrion, i. virorum multitudinem, niſi fortè qd̄ ibi populus corruerit, & cæſa ſit multitudo hominū: Vel ſpiritualiter errore idololatriæ, vel hiſtorialiter Babylonio vaſtante.

d *Et da. ca. e. eſ.* Quāuis hæc in Babylonica captiuitate populo acciderint, verius tamen in tempore Chriſti, quando à Veſpaſiano & Tito & Adriano, ciuitas obſeſſa, & in æternos cineres collapſa eſt, vt qui obtulerant filios ſuos idolis, & eos deuorarent neceſſitate compulſi: vt qui Dei muneribus abuſi erant in impietate, & propria viſcera idolis immolarāt, ventres ſuos ſepulchra facerent liberorum.

e *Si conteram populum iſtum*. Sub Ælio Adriano ciuitas & nomen perdidit, & ſtatum, ad frangendam ſuperbiam habitatorū. Sanctæ autem crucis, & reſurrectionis vocabula non vrbem ſignificant, ſed locum. Hiero. Iudæi auream atq; gemmatam Ieruſalem reſtituendam putāt, & victimas, & ſacrificia, & coniugia ſanctorum, & ī terra Saluatoris regnū. Quæ licèt non ſequamur, damnare non poſſumus, quia multi & eccleſiaſtici viri, & martyres teſtantur: Vnuſquiſque abundet in ſuo ſenſu, & vero iudici cuncta reſeruentur.

f *Et in Tophet ſepelientur, eò quòd non ſit alius lo. ad ſepe. Si faciam loco &c.* Quod ſuprà dixerat, non vocabitur locus iſte amplius Tophet, & vallis filij Ennon, ſed vallis occiſionis: hic aperit quòd tanta in ipſo ſolo cędes futura ſit, vt ibi aceruatim populus ſepeliatur, & locus religionis fiat mortuorum tumulus, & ipſa ciuitas, quę huic imminet loco, fiat ſicut Tophet.

g *Et erunt domus Ieruſalem & domus regum Iuda*. Omnis domus regum Iuda ſicut locus Tophet. Hoc in Hebræo non habetur, ſed a. LXX. interſeritur.

a ¶Vt videant qui intelligere deberent.
guli teſteam † de ſeniōribus populi & de a
ſenioribus ſacerdotum, & egredere ad b
¶Vbi delubrum Baal, & lucus Si'oe fontibus irrigatus.
vāllem filiorum Ennom, quę eſt iuxta in-
a ¶Vel leges, vel clamabis: Hebręum enim Charath hæc tria ſignificat.
troitum portæ † fictilis, & prædicābis ibi c d
verba quæ ego loquor ad te, & dices: Au-
a ¶Regiæ ſtirpis. b ¶Populus, vt omnes inexcuſabiles ſint qui audire noluerunt.
dite verbum domini rēges Iuda & hābitatores Ieruſalem. Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: † Ecce ego indu-
a ¶Templum Dei vbi Baal & ara eius, ſuper quam immolauerunt, & incenderunt filios ſuos.
cam afflictionem ſuper lōcum iſtum, ita vt omnis qui audierit illam tinniant au-
a res eius, eò quòd dereliquerunt me, & e f
alienum fecerunt locū iſtum, & libauerūt dijs alienis, quos neſcierunt ipſi & patres eorum, & reges Iuda, & repleuerunt lo- g
cum iſtum ſanguine innocentium, & ędificauerunt excelſa Baalim ad comburen- h
dos filios ſuos igni in holocauſtū Baalim,
b quæ non præcepi, nec loquutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. Propterea ecce dies venient dicit dominus, & non vo-
c cabitur amplius locus iſte Tophet, & vallis filij Ennon: ſed vallis occiſionis. Et diſ- i K
ſipabo conſilium Iuda, & Ieruſalem in loco iſto, & ſubuertam eos gladio in conſpectu inimicorum ſuorum, & in manu
d quærentium animas eorum, & dabo cadauera eorum eſcam volatilibus cœli & beſtijs terræ, & ponam ciuitatem hanc l
in ſtuporem & in ſibilum. Omnis qui prætererit per eam obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper vniuerſa plaga eius. Et cibabo m
eos carnibus filiorum ſuorum, & carnibus filiarum ſuarum, & vnuſquiſque carnes amici ſui comedet in obſidione, & anguſtia, in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum. Et n
a ¶Omnino in Romana captiuitate.
cōnteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum, & dices ad eos: Hæc di-
¶Vt non reſtauretur poſt Romanam captiuitatē, ſicut poſt Babyloniā.
e cit dominus exercituum: Sic conterā populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut cōteritur vas figuli, quod non poteſt vltra in-
a ¶In antiquum ſtatum.
*z* Viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius. *ideſt puniam eum in perſona ſua grauiter & in perſonis ſibi coniunctis. Conſequenter docet eos loqui reuerenter de prophetia domini, cum dicitur.*
*a* Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximum & ad fratrem ſuum, &c. *ideſt ſic loquimini de prophetia domini,*
*b* Quid reſpondit dominus? *prophetiæ inquirenti ab eo.*
*c* Et quid loquutus eſt dominus? *prophetas inſpirando.*
*d* Et onus domini ultra non me. *ideſt prophetia domini amplius non nominabitur à vobis nomine oneris.*
*e* Quia onus erit unicuiq; ſermo ſuus, &c. *ideſt loquatur de prophetia domini, nominando eam onus, punietur grauiter pro tali ſermone.*
*f* Et peruertiſtis uerba Dei uiuentis. *ideſt peruersè nominaſtis nominando ea onera deriſoriè. In Hebræo habetur: Et peruertiſtis verba deorum viuentium: per quod in diuinis oſtenditur pluralitas perſonarum, & vnitas eſſentiæ, cum ſubditur in ſingulari: Domini exercituum Dei noſtri.*

G ❡ a Hæc



❡ a *Et de.* Hoc in tpe Babylonicæ captiuitatis factum eſſe no-
A uimus, ſed plenius atq; perfectius poſt paſſionẽ Saluatoris. vnde: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Iuxta Lxx. lemna, nõ ſolũ aſſumptionẽ, ſed etiã domũ ſignificat. Quia igit̃ populus proſpera ſibi promittebat, dicit eos nequaq̃ vltra debere dicere hoc: dicens eos indignos eſſe donis Dei, & abijciẽdos, & Dei auxilio relinquendos. Ex verbis aũt & interpretatione noĩm ſæpe res oſtendit̃, vt Abrahæ, Saræ, Petri, & filios Zebedæi, vocabula mutata ſignificãt rerũ mutationẽ. & in hoc ꝓpheta Paſchor dr̃ pauor vel trãſlatio, vel colonus, vel peregrinus. Notãdũ ꝙ verba viuẽtis dñi exercituũ Dei nr̃i, Latini & Græci codices nõ hñt: ſed Hebræi in ſuis voluminibus cõtra ſe legũt, qđ ꝓpriè myſteriũ trinitatis ſignificat.

Dei viuentis, domini exercituum Dei noſtri. Hæc dices ad prophetam: Quid re- ª

¶Non onus domini.

ſpondebit tibi dominus, & quid loquutus eſt dominus? Si autem onus domini dixeritis, propter hoc hæc dicit domi-

¶Sed.

nus: Quia dixiſtis ſermonem iſtum onus domini, & miſi ad vos dicens: Noli-

a ¶Vel aſſumam, verbum veſtrum complens opere, allidens vos de ſummo ad ima deijciens.

te dicere onus domini: propterea ecce ᵇ ᵃ ego † tollam vos portãs, & derelinquam

¶Etiam.

vos & ciuitatem quam dedi vobis & patribus veſtris, à facie mea: & dabo vos in opprobrium ſempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

## NIC. DE LY.

❡ *a* Hæc di. *Docet modum loquendi reuerẽter cũ propheta domini. & patet ſententia ex dictis, quia eſt replicatio eiuſdem ad maiorem aſſertionem, & quia hanc Dei monitionem contempſerunt. Ideo ſequitur pęna ibi:*
*b* Propterea ecce. *de terra veſtra: portãs. ſ. ad alienam quod impletum fuit in tranſmigratione Ioachim regis Iudæ inchoatiuè, & conſummatiuè in captiuitate Babylonica tempore Sedeciæ.*

*In cap. 23. vbi dicitur in Poſtil. Sciendum autem quòd Heb. &c.*

ADDITIO I.

¶ Hebræi non ſolũ ſubterfugere nituntur à veritate huius autoritatis, quę diuinitatem Chriſti ſatis manifeſtat per varietatem literę, prout Poſtillator dicit, quam varietatem rectè confutat, prout in poſtilla: Sed etiam dicunt, ꝙ licèt nomen dñi Tetragrammaton non conueniat eſſentialiter alicui creaturæ, tamen quãdoq; in ſcriptura creatura denominatur ꝓdicto nomine ab effectu ipſius Dei. Ad quod inducunt illud Exo. 27. d. vbi dicitur; Aedificauit Moy-
B ſes altare, & vocauit nomen eius, Dominus exultatio mea. Et vbi nos habemus, dominus, in Hebræo ponitur nomen Tetragrammaton, quod non conuenit ipſi altari ſecundum eſſentiam: ſed denominatur ſic ab effectu ipſius domini exaltantis populum Iſrael, vt ibidem exponitur in Poſtilla. vnde in propoſito dicunt, ꝙ hoc nomen proprium Dei. ſ. dñs iuſtus noſter, dicitur de illo germine ſuſcitando de Dauid non eſſentialiter, ſed ab effectu ipſius Dei iuſtificantis. Sed iſta cauillatio non valet; nã prout hr̃ in Thalmud in libro qui dr̃ Bababata alias Bababatra, in diſtinctione quæ incipit, qui vendit nauem, habetur expreſsè ꝙ Meſſias vocatur nomine Dei Tetragrammaton. Ad quod allegatur iſta autoritas Ieremiæ. Hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Et ſic patet, ꝙ nomen Dei eſſentialiter intelligitur in hac autoritate: Ibi. n. de eſſentiali nominatione loquuntur, vt ibidẽ patet. C

*In eo. c. vbi dicitur in poſtilla: Circa quod ſciendum, quòd ſacerdotes & falſi prophetæ deriſoriè nominabant onus prophetiam.*

ADDITIO.

¶ Vbi nos habemus ĩ hoc loco onus, in Hebræo habetur hæc dictio משא maſa, quę vno modo ſignificat aſſumptionem, ſ. uerbum aſſumptum à propheta. unde Num. 23. & 24. ubi dicitur de Balaam, aſſumpta parabola dixit: in Hebræo habetur dictio iſtius rationis. ſ. mala, prout ſignat aſſumptionem verbi vel parabolę Dei, & ſic in alijs locis ſimilibus. Vbi ergo graue erat ſeu ponderoſum quod prophetabatur, irriſores uocabant illam prophetiam onus, intelligendo in prima ſignificatione. Quia igitur prophetæ ſolebant peccantibus triſtia enunciare, ut ad pęnitentiam eos reuocarent, quod tamen Deus ſæpe miſericorditer differebat, ideo populus pſeudo prophetarũ fraude deceptus, putabant non ventura quæ dominus minabatur; unde & prophetiam ueram & ſerioſam in ludum uertebãt, & ueris prophetis irridendo dicebant; Hi uiri pondus ſeu onus domini annunciãt; unde iam ultra prophetia, non uiſio, ſed onus uel pondus domini apud eos dicebatur, & ideo dñs ad Ieremiam dicebat; Si interrogauerit te populus etc. et hæc ſententia plenius habetur in glo. D

## GLO. ORD. CAP. XXIIII.

a O*Stendit.* Notandũ hanc viſionem factam eſſe tpe Sedeciæ, poſtquam Iechonias ductus eſt in tranſmigrationem, non in captiuitatem: quia vltrò ſe tradidit.
b *Duo ca.* Duos calathos vel cophinos malarum & bonarũ ficorum quidam interpretantur in lege & in Euãgelio, ſynagogã & eccleſiam, Iudæorũ populũ & Chriſtianorum, gehennam & regna cęlorũ: quorum alterum pertinet ad ſupplicia peccatorum, alterum ad ſanctorum habitaculũ. Nos verò iuxta Apoſtolum (legẽ bonam & ſanctam, & mandatũ bonum & ſanctum ſentiẽtes, & vnũ eſſe vtriuſq; teſtamẽti Deũ) ad Iudæos magis referamus, qui in aduentu dñi crediderunt, vel non crediderunt, vt qui clamauerunt dicentes: Crucifige eũ, ſint calathus ficorum malarum: Qui verò crediderunt, ad bonas ficus & calathum optimum referãtur.
c *Poſiti.* (non foris. ſ. extra eccleſiã) quia domino cuncta patent. Nec tantã habẽt amaritudinem q̃ foris ſunt, quantã illæ q̃ poſt cõfeſſionẽ Dei per ꝑuaricationem mutatæ ſunt. Nec tantã ſuauitatẽ bonę ficus, q̃ non ſunt in conſpectu tẽpli Dei, (quales fuerunt philoſophi qui naturali bono & intelligentia creatoris, non tã ſequi viſi ſunt q̃ laudare virtutes) quantam quę ſunt in templo Dei, prophetæ. ſ. & Apoſtoli, quarum vna ait: Lac dedi vobis &c. Et: Filioli mei quos iterum parturio donec Chriſtus formet̃ in vobis. vñ dr̃: Ficus bonas, bonas, & ficus malas malas valde.
d *Et ca. Ra. Hie.* Nos ſimplices q̃rentes hiſtorias, calathum bonorum ficorum dicimus Iechoniã, qui Ieremiæ conſilio tradidit ſe regi Babylonio, cui à domino proſpera pollicentur. Malarum autẽ Sedeciã, qui contradicẽs ſententiæ domini captus eſt & cęcatus, & in Babylonẽ ductus, & ibi mortuus.

❡ a *Et*

## CAP. XXIIII.

ª ᵇ ᶜ O Stendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis poſiti ante templum domini, poſtquã ᶜ tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim regem

a ¶Interpretes legis. ſ. & doctores, vel artifices auri, gemmarumq; incluſores, qui apud barbaras nationes ſunt in precio.

Iuda, & principes eius, & fabrum & in- ᵈ ᵉ cluſorem de Ieruſalem, & adduxit eos in Babylonem. Et calathus vnus ficus

a ¶Abraham, Iſaac & Iacob, & alij ſancti. de quibus dicitur: Sicut vuas in deſerto inueni Iſrael, ſicut ficus vidi patres eorum, vnde & nos filij Abrahæ dicimur. Et econtra Iudæis dicitur: Si pater veſter eſſet Abraham, & opera eius faceretis.

bonas habebat nimis, vt ſolent ficus ᵈ eſſe † primi temporis. Et calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ

## NIC. DE LY. CAP. XXIII.

O Stendit. *Superius poſita eſt Ieremiæ prophetia, hic conſequenter oſtenditur in parte impleta. Et diuiditur in duas, quia primò oſtẽditur hæc impletio: ſecundò ponitur prophetiæ Ieremiæ repetitio, cap. ſeq. Prima in duas, quia primò ponitur quædam imaginaria viſio, & ſecundò ponitur eius expoſitio, ibi. Et factum eſt. aliter enim non fuiſſet vera prophetia: niſi Ieremias intellexiſſet viſionem, ſicut Pharao videns ſpicas, non fuit propheta, quia non intellexit ſignificationem, propter quod dicitur Dan. 10. a. Intelligentia opus eſt in viſione. Circa primum dicitur,*
*b* Ecce duo cal. *Hoc vidit Ieremias primò viſione imaginaria. Et ſubditur huius viſionis tempus, cum dicitur,*
*c* Poſtquam tranſ. *De qua translatione plenius dictum eſt ſup. 22. c.*
*d* Et fa. *ideſt artificem ſubtilem.*
*e* Et inclu. *ideſt aurifabrum, qui gemmas precioſas ponit in auro vel argento. & in hoc patet prophetiam Ieremiæ impletam eſſe in parte, qui frequenter prædixerat regem & populum in Babylonem ducendum. Cætera patent in literã, quantum ad viſionem imaginariã.*

❡ a Et

MORALITER.

✻ a *Oſtendit mihi do.* Per quos ſignantur duæ ciuitates. ſ. Dei, et diaboli. Per calathum autem ficus bonas habentem ſignatur ciuitas Dei. Ciues autem Dei, ſunt boni Chriſtiani, dulces dulcore gratiæ et diſpoſiti ad dulcedinem gloriæ. Ficus malæ, ſunt ciues diaboli, pleni amaritudine culpæ, et diſpoſiti ad amaritudinem gehẽnæ. Et de bonis ficis dicitur, ꝙ erant ſicut ficus primi temporis; Ideſt ſimiles Chriſtianis eccleſiæ primitiuæ. De quorum charitate dicitur Actuum 4. f. Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una, etc. Ex quo patet, ꝙ in eis erat charitatis dulcedo magna. De malis autem ficis ſubditur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Et fa.eſt.Hier.* Delirat hoc loco allegoricus interpres,vim cupiens facere hiſtoriæ, referensq; de cœleſti Ieruſalem captos atq; tráſlatos in terram Chaldæorum, rurſumque ad locum priſtinum reuerſuros:vt Ieremiam & alios prophetas. Qui verò peccatores fuerunt in terra hac,& in valle lachrymarum eſſe morituros.

b *Et po.* In captiuitate poſuit oculos ſuos ſuper illos,& dedit eis terrá exercere,domos ædificare,pomaria plantare. Daniel de captiuo princeps factus eſt. Tres pueri de fornace glorioſè liberati ſunt. Expletis. lxx.annis ſub Zorobabel & Ieſu ſacerdote magno magna pars reuerſa eſt in Ieruſalem.*Hier.* Totam huius viſionis ſimul propoſui pericopem, ne ſenſum in expoſitione diuiderem.

Dan.5.g
Dan.3.e
1.Eſd.11.a

## GLOS. ORDIN. CAP. XXV.

VErbum. Hæc priora ſunt pterita viſione. Illa .n. ſub Sedecia facta eſt, Iechonia iá translato in Babyloné: hæc aút ſub Ioachim filio Ioſiæ & patre Iechoniȩ.Non n.curȩ eſt prophetȩ tpa cóſeruare,qđ deſiderát leges hiſtoriæ, ſed ſcribere q̄ auditoribus & lectoribus debeant proficere: vnde & in Pſalterio, malè quidá iuxta textú hiſtoriæ Pſalmorú ordiné requirút,qđ nó obſeruat carmé lyricú.

†inf.11.f

d *An. quar.* Quarto anno regis Ioachim filij Ioſiæ,patris Iechoniæ, Nabuchodonoſor Babyloniú ſuſcepit imperiú: & ita contigit vt annus qui primus erat Nabuchodonoſor in Babylone,quartus eſſet in Ieruſalem regis Ioachim. Octauo deniq; anno regni ſui Iechoniam cú matre & principibus duxit in captiuitatem,qui tribus tantú menſibus poſt interfectioné patris Ioachim regnauit:Ioachim aút interfectus eſt xj. anno regni ſui.

F

e *A ter.deci.an.* A tredecimo anno regni Ioſiæ,qui regnauit in Ieruſalé annos.xxx & vnum,cȩpit Ieremias prophetare, ſub quo prophetauit annis. xix. cui ſucceſſit filius eius Ioachaz, quo ſtatí capto a Pharaone Nechao, Ioachim frater eius regnú obtinuit: In cuius regni quarto anno factus eſt ad Ieremiá iſte ſermo dñi.Ita ergo vigeſimustertius annus erat Ieremiæ prophetæ, ex quo loqui cȩpit ad populú: Nec vnq̄ ceſſauit, ſed ſingulis diebus ſummo diluculo & nocte cógens hortabatur, nec tñ audierunt. Si aút,vt volunt hæretici,lex ſemel in adiutoriú data eſt,& cóſtituta pcepta q̄ proprio arbitrio vel facimus vel neglexímus, quare propheta ſe ingerit & quotidie replicat mádata Dei,ſi ſemel accepta ſufficiunt? Sed oſtendit nos ſp Dei auxilio indigere,nec ſufficere qđ ſemel datum eſt, niſi aſſiduè domini admonitione †reuocetur.

†renouetur.

a Et

## NIC. DE LYRA.

b Et factum. *Hic conſequenter ponitur expoſitio ſiue intellectus dictæ viſionis,cum dicitur,*

c Sicut ficus.*ideſt tranſmigratis dabo gratiam meam, & erit eis multo melius quàm illis qui remanſerunt in Iudæa,quia Ioachim rex Iuda per filium Nabuchodonoſor fuit repoſitus in magno ſtatu valde,ſecundum quod habetur 4.Reg.vlt. & Daniel & ſocij eius & Mardochæus,qui fuerunt ne tranſmigratis cum Ioachim,fuerunt multum honorati à regibus, vt patet in libris Heſter & Danie.*

comedi non poterant, eò quòd eſſent malæ. Et dixit dñs ad me: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde: quæ comedi non poſſunt,eò q̧ ſint malæ. Et factum eſt verbum domini ad me,dicens: Hæc dicit dominus Deus Iſ-

a ¶Exponit parabolam.

rael: Sicut ficus hæ bonæ,ſic cogno

a ¶Quæ facta eſt meo conſilio ſub Iechonia.
b ¶Iechoniam.ſ.& principes eius.

ſcam tránſmigrationé†Iuda,quam

a ¶Ieruſalem.

emiſi de locò iſto in terram Chaldæorum in bonum,& ponam ocu

a ¶Captiuitatem.

los meos ſuper eos†ad plácandum.

a ¶A captiuitate.

Et reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos & non deſtruam, & plantabo eos & non euellam, &

a ¶Simile: Deus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere. non enim tantum opera,ſed voluntas noſtra Dei auxilio innititur.

dabo eis cor, vt ſciant me,quia ego ſum dñs.†Et erunt mihi in populú, & ego ero eis in Deú, quia reuertentur ad me in toto corde ſuo. Et ſicut ficus peſſimæ,quæ comedi non poſſunt, eò q̧ ſint malæ, hæc dicit dñs: ſic dabo Sedeciam regé Iuda, & principes eius & reliquos de Ieruſalé, qui remanſerunt in vrbe hac

a ¶Qui.ſ.transfugerunt in Aegyptum.

& qui habitát in terra Ægypti.†Et

a ¶Quia in Aegypto quoq; capti ſunt, & Nabuchodonoſor poſuit in Thamnis ſolium ſuum.

dabo eos in vexationem, afflictionemq; oibus regnis terræ, in opprobriú & in parabolam & in prouerbiú & in maledictioné in vniuerſis locis ad quæ eieci eos: & mittam in eis gladium & famé & peſtem, do-

a ¶Promiſſionis.

nec conſumantur de terra, quam dedi eis & patribus eorum.

## CAP. XXV.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiá de omni populo Iudæ in anno quarto Ioakim

a ¶Ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis.hoc in Lxx.non habetur.

filij Ioſiæ regis Iuda. Ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis, quod loquutus eſt Ieremias propheta ad omné populú Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalem,dicens: A tertiodecimo anno Ioſiæ filij Amon regis Iuda,vſq; ad diem hanc,ipſe eſt tertius & viceſimus annus,factú eſt verbú domini ad me, & loquutus ſum ad vos de nocte conſurgens & loquens,

G *Hæc autem viſio facta fuit Ieremiæ, quia illi qui erant in Ieruſalem cum Sedecia rege reputabant miſeros Ioachim regem, & alios qui cum eo educti fuerant in Babylonem.*

d Et reducam. *licèt enim Ioachim,Daniel, & ſocij eius & Mardochæus non redierint in perſonis proprijs,redierunt tamen in poſteris ſuis,plures etiá illorum,qui cum eis tráſmigrauerunt, completis ſeptuaginta annis etiam in Iudæam redierunt.*

e Et ædificabo. *ideſt multiplicabo eos in prole & bonis temporalibus.*

f Et dabo eis cor vt ſciant me.*multiplicá dos eos in bonis ſpiritualibus.*

g Et ſicut ficus peſſimæ. *quæ ſunt abominabiles.*

h Sic da.Se.*mihi & hominibus abominabilem,quia poſtea fuit captus & exoculatus, & filij eius & nobiles occiſi,& populus partim occiſus & partim captiuatus,& ciuitas combuſta: & ex hoc patet huius literæ ſententia vſq; ibi:*

i Et in maledictionem. *quia poſt iſtam miſeriam: quicumq; maledicebat alteri, ſic dicebat: Sic accidat tibi, ſicut Sedeciæ regi & populo eius.*

k Et mit.*quia aliqui eorum fuerunt mortui gladio,& aliqui fame,& aliqui corruptione aeris ſeu mortalitate.*

## MORALITER.

✻ a *Comedi non po. eò.* quia Chriſtiani in malitia obſtinati,Chriſto non poſſunt incorporari per fidem charitate formatá. Item aliter poteſt exponi,vt per ficus bonas intelligantur boni religioſi, qui ſunt ſicut ficus primi temporis, ideſt ſimiles primis fratribus fundatoribus ſuæ religionis. Per malas autem ficus intelligantur fratres mali, qui comedi non poſſunt, id eſt regulari diſciplinæ incorporari. Vnde dicit Auguſtinus: Sicut non inueni meliores his,qui in monaſterijs profecerunt, ita non inueni peiores his, qui in monaſterijs defecerunt.

H

## NIC. DE LYRA. CAP. XXV.

VErbum.*Hic ponitur replicatio prophetiæ Ieremiæ, & primò quantú ad hoc quòd reprehenderat populi malitiam,ſecundò quátum ad hoc quòd prænunciauerat pœnam ibi: Propterea.Circa primum primò notatur tempus, cum dicitur,*

m In an.quar.&c. *Ex quo patet quòd hæc reuelatio facta Ieremiæ fuit ante tráſmigrationé,præceden.cap.dictam, quia Iechonias ſiue Ioachim, ſub quo facta eſt illa tranſmigratio, fuit filius iſtius Ioakim, ſicut dictú eſt ſupra 22.& ideo ſubditur, Poſtquá ideſt poſt iſtam reuelationem factam Ieremiæ, translatus eſt Iechonias, quia octauo anno poſt includendo hunc quartum annum Ioachim patris eius,translatus fuit:*

n Ipſe eſt an. *quod patet ex hoc quòd xix. anno Nabuchodonoſor deſtructa fuit Ieruſalem 4.Reg.vlt. & à quarto anno iſtius Ioachim incluſiuè vſq; ad vndecimum anní Sedeciæ in quo deſtructa fuit ciuitas,fluxerunt decem & nouem anni.ſ. octo de regno Ioachim,qui xi.annis regnauit, & vndecim de regno Sedeciæ.Cætera patent vſq; ibi:*

o A ter.de. *vbi incipit iſta replicatio, quia à tertiodecimo anno Ioſiæ cœpit Ieremias prophetare: à quo tempore fluxerunt anni vigintitres,vſq; ad quartum anní Ioachim, ideo ſubditur, Ipſe eſt tertius & vigeſimus annus.*

p Et lo.*i.vigilanter & perſeueranter.*

a Et

## MORALITER.

✻ l *Verbum quod factum eſt.* In hoc cap. replicat Ieremias contra populum Iudæ multiplicationem peccatorum,& obſtinationé,per

✻ quod



A a *Et miſit.* Non per vnum prophetam,ſed per omnes populum ſuum admonuit, & quaſi in vigilijs & excubijs conſtitutus,ſurrexit diluculo vt commoneret, & non audierunt, vt quantò crebrior admonitio,tantò contemptus maior.

b *Neque incli.* Tanta fuit duritia, vt nec habitum quidem audientis aſſumerent, & inclinarent aures ſuas commonente domino, vt reuerterentur: Et notanda eſt diuina Dei clementia infinita, non ſupplicium pro ſcelere irrogat.

c *Poſt deos &c.* Q. Hæc cum ſuperioribus monebam, ne dijs alienis ſeruiretis,nec me ad iracundiá prouocaretis, & nolentem ad pœnam veſtram cogeretis.

d *Et aſſu.* Nó ſicut prophetȩ & alij ſancti,qui Deo ſeruiunt, ſed qui in euerſione Ieruſalé domini ſeruiat voluntati, ſecundum illud: Quos tradidi Satanæ,vt diſcant non blaſphemare.

e *Et addu.eos &c.* Hæc ſunt præmia contemptorum & Deum audire nolentium.Quidquid ergo mali ſuper nos adducitur, noſtra peccata merentur: Et ſicut Gentes contra Ieruſalem adductæ ſunt: ſic hodie contra negligentem eccleſiam ſȩuiunt.

f *Perdamq; &c.* Hoc in conciliabulo malignantium comprobatur, vt magiſtri eorum non doceant verbum Dei, ſed ſibilent ad inſtar colubri, in quibus vox gaudij & lætitiæ perijt,vt non audiant illud Apoſtoli: Gaudete in domino ſemper, iterum dico gaudete.

g *Et ſerui.* Sicut Ieruſalé poſt lxx.annos priſtinos habitatores recipit, & expletis ſupplicijs priſtina fœlicitate fruitur obediés ſententiȩ Dei,

B ſic rex Babylonis in ſuperbiam elatus,& ſuis aſſignans viribus q̧ regnat in Gentibus, & à Mœdis & Perſis deſtruitur. Deniq; vſque hodie Babylonis tantum reliquiæ manent, quam poſuit Deus in ſempiternam ſolitudinem, qui impleuit omnia verba Ieremiæ,qui in ſequétibus quæ Babylon paſſura ſit prophetico ſermone deſcribit.

h *Cumq; imple.* Nota, q̧ non ſolum contra Babylonem prophetat Ieremias,ſed contra omnes Gétes, quæ in exercitu Babylonis fuerunt, & contra populum Dei dimicauerút. vnde in ſequentibus contra Aegyptum & Philiſtijm & Moab &c.

a Sume

## NICOL. DE LY.

a Et non au. *vos emendando.*

b Et miſit dominus ad vos &c. *Ex quo patet,quòd illo tempore fuerunt alij ſancti prophetæ, qui monebát populum ad boní.*

c Conſurgens diluculo mit.*i.valde diligenter vos admonens.*

d Et non audi .*q.d.perſeuerátia veſtra in malo non prouenit ex defectu diuinæ miſericordiæ,ſed ex parte malitiæ veſtræ. Cætera patent in litera.*

& non audiſtis. Et miſit dominus ad

¶Non vnum.

vos omnes ſeruos ſuos prophetas có-

¶Tamen.

ſurgens diluculo, mittenſq;, & nó audiſtis,neq; inclinaſtis aures veſtras, vt audiretis, cum diceret: †Reuertimini

a ¶Operatione.

vnuſquiſq; à viá ſua mala, & à peſſi-

a ¶Quæ ſine opere reputantur in peccato.
b ¶Promittit præmium,ſi fecerint præceptum.

mis † cogitationibus veſtris, & habi-

¶Sed vitio filiorum aufertur.

tabitis in terra quá dedit dominus vobis & patribus veſtris à ſeculo & vſq;

¶Oſtendit Dei dona eſſe perpetua,ſi digni fuerint quibus data ſunt.

in ſeculum. Et nolite ire poſt deos alienos, vt ſeruiatis eis, adoretiſq; eos: neq; me ad iracúdiam prouocetis in operibus manuum veſtrarum, & nó

¶Dicit dominus,vt me ad iracundiam prouo. in ope.manuum veſtrarum in malum ve. hoc in Lxx. non habetur.

affligam vos. Et non audiſtis me, dicit dominus: vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum

a ¶Quia me ad iracundiam prouo & vocantem ad pœnitentiam contempſiſtis.

veſtrarú in malum veſtrú. Propterea hæc dicit dominus exercituú: Pro eo q̧ non audiſtis verba mea: Ecce ego

¶Angelos qui excitent Gentes.

mittam & aſſumam vniuerſas cogna

a ¶Iuxta ſitum Ieruſalem,in aquilone ſunt Chaldæi.

tiones aquilonis,ait dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum, & adducá eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper oés nationes quæ in circuitu illius ſunt, & interficiá eos, & po-

a ¶Qui eſt miraculi & ſtuporis indicium.

nam eos in ſtuporem & in ſibilum,&

¶Vt non habeant Deum Præſidem.

in ſolitudines ſempiternas.Perdamq; ex eis vocem gaudij, & vocem læti-

a ¶Chriſti,qui habet ſponſam ſponſus eſt.
¶Eccleſiaſticæ fidei.

tiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ,

a ¶Vt non conterantur in ea frumenta, & populis tribuantur veſcenda. b ¶Doctrinam prophetarum.
¶Lucerna pedibus meis ver.tu & lu.ſe.meis.
c ¶Iohannes quoque erat lucerna lucens.

vocem molæ & lumé lucernȩ. Et erit vniuerſa terra eius in ſolitudiné & in ſtuporé. Et ſeruient oés Gétes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis.†Cumque impleti fuerint anni ſeptuaginta, viſitabo ſuper regem Babylonis, &

e Propterea. *Hic conſequenter ponitur replicatio prophetiæ quantum ad pœnam. Et primò exprimitur pœna Iudæorum, ſecundò pœna ſuorum aduerſariorum, ibi: Cumque impleti. & hoc fuit ad conſolationem aliquorum bonorum qui erant in populo Iudæ, vt dictum eſt ſup. 17.Circa primum dicitur:*

f Pro eo quòd. *Sed obſtinati eſtis in malitia veſtra.*

g Ecce ego. *Ex inſtinctu enim diuino Nabuchodonoſor & bellatores ſui acceperunt audaciam & conſtantiam impugnandi Iudæam, vt eius habitatores de ſuis malis multiplicibus & magnis ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ punirentur.*

h Seruum meum.*inquantum exequebatur diuinam iuſtitiam.*

i Et adducam eos &c. & ſuper om. *Quia Idumæi, Philiſtæi, & alij circa Iudæam habitantes fuerunt per Nabuchodonoſor deprȩdati & captiuati,& eorum captiuitas hic denunciatur, cum pœna Iudæorum, qui ſperabant eorum adiutorio reſiſtere regi Babylonis. Cætera patent vſque ibi:* C

o Vocem mo. *Per hoc deſignatur captiuitas habitatorum, & ſic non erit opus molæ neq; lucernæ,propter defectum habitatorum.*

q Cumq; imple. *Hic conſequenter prædicitur pœna aduerſantium Iudæis ad bonorum conſolationem,vt prædictum eſt. Et diuiditur in duas partes,quia primò prædicitur deſtructio Babyloniorum ſingulariter, ſecundò multorum generaliter, ibi: Quia ſic. Circa primum notatur tempus deſtructionis Babylonicæ,cum dicitur: Cumque impleti fuerint ſeptua.anni viſi.ſu.reg.Babyl.ipſum & regnum eius deſtruendo, qđ fuit impletum in occiſione Balthaſar regis Babylonis, quia tunc regnum ſuum datum eſt Mædis & Perſis, vt habetur Dan. 5. Numeratio tamen iſtorum ſeptuaginta annorum variè inchoatur à diuerſis. Expoſitores enim noſtri communiter incipiunt eam à deſtructione Ieruſalem vndecimo anno Sedeciȩ. Ra.Sa. inchoat eam à quarto anno regni Ioakim filij Ioſiæ, qui fuit annus primus Nabuchodonoſor regis, vt dicitur in principio huius cap. Ab iſto verò anno excluſiuè vſque ad vndecimum annum Sedeciæ fluxerunt decem & octo anni. Septem de regno Ioakim,qui regnauit vndecim annis, & vndecim de regno Sedeciȩ: tempus autem Iechoniæ qui regnauit inter iſtos duos includitur in iſtis decem & octo annis, & non computatur per ſe, quia regnauit tantum tribus menſibus. Et iſta patent ex 4.Reg.24.*

Diuiſio.
†ſup.18.b & 35.c.
4.Reg.17.b

a Et

## MORALITER.

✻ quod ſignatur multiplicatio peccatorum & obduratio in malis Chriſtianis maximè temporibus Antichriſti, ſicut dicitur Matt.24.b. Et qm̃ abúdabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorú. D

e *Propterea &c.*Per punitionem populi Iudæ, quam Ieremias hic prænunciat futuram per regem Babylonis & eius exercitum, ſignatur tribulatio populi Chriſtiani futura temporibus Antichriſti ad puniendum malos, & purgádum electos. De qua tribulatione ſubditur:

k *Et po.eos &c.* quia tunc erit tribulatio magna,quanta non fuit antea.

l *Perdamq; ex eis.* Quia tunc auferetur celebratio ſolemnis diuinorum ab eccleſia, quæ debet fieri cum mentis lætitia. Pſal.83.a. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. & hoc ſignatur per hoc quod dicitur:

m *Et vo.*quæ dicitur à latitudine:quod propriè fit quando gaudium mentis redundat in corpore.

n *Vocem ſpon.* i. mutuam conſolationé prælati & ſuæ eccleſiæ. Nulli enim aut pauci tunc audebunt ſe prælatos eccleſiæ confiteri, ne ducantur ad tormenta primi, ſicut fuit temporibus eccleſiæ primitiuæ.

o *Vocem.*i.prædicationis,qua terit frumétú ſacrȩ ſcripturȩ populis exponédo. †inf.37.c

p *Et lu.*i.doctriná ſacræ ſcripturæ, quá nullus audebit publicè legere,de qua dr̃ Prou.6.c.Mandatum lucerna eſt &c.

q *Cumq; imple.* Hic Ieremias prænunciat deſtructionem regis Babylonis & regni ſui,per quam ſignatur Antichriſti mors & ſui exercitus, ſaltem pro parte magna quam Chr ſtus faciet, ſicut dicitur 2.Theſ.b. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

r *Anni ſe.* Qui numerus conſurgit ex ductu denarij per ſeptenarium, & vterq; numerus perfectionem ſignat: & per hoc q̧ Antichriſti perſequutio erit vltima:& ſic eccleſiæ tribulatio erit cóſummata. Quòd autem ſeptenarius numerus perfectionem ſignificet, dicit Greg.homi.25. quoniam omne tempus ſeptem diebus compræhenditur,rectè ſeptenario numero vniuerſitas ſignatur:Similiter denarius idem ſignat,quia limes eſt numerorum, & numeri ſequentes,ſunt ipſius & partium eius replicationȩs.

✻ Sume

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Sume calicem vini furoris &c.* Propinatio calicis dominici furoris indicium eſt, ꝙ omnes Gentes quæ contra Dei populum dimicarunt, bibãt de calice furoris domini. vnde Iſaias: Calicem furoris domini bibiſti & euacuaſti, propterea cõſurge. Hic autem calix ideo bibitur à cunctis Gentibus, vt vomant & inſaniant, quod quidam prauus interpres in bonam partem accipit ad inſtar catharticæ potionis, vt quidquid choleræ & pituitæ & noxij humoris in pectore eſt, foras exire compellat, & priſtinam ſalutem reſtituat. Pro Ieremia quoque Saluator accipitur, qui cũctis Gentibus propinat ad quas miſſus eſt, vt abiecta idololatria, Dei ſe cultibus dedicarent. Quod contrarium eſſe ſcripturæ ſanctæ monſtrarunt ſequentia. Nõ enim pro remedio (ſicut ille delirat) calix propinatur, ſed pro pœna.

*Iſa.32.f* — *Catharica potio.*

b *Ieruſalem & ciuitatibus Iuda &c.* Q. Putabam, ꝙ ſolis Gentibus propinarem, & ideo huic miniſterio me lętus obtuleram, ſed inter cæteras Gentes, immo ante cęteras propinaui Ieruſalem & ciuitatibus Iuda &c. vnde ſuprà. Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum.

*Sup.20.b*

c *Pharaoni regi Aegy. &c.* Poſt Ieruſalem bibit Pharao rex Aegypti & ſerui eius & principes, & vniuerſus populus, & qui non quidem eſt Aegyptius, ſed in eius regionibus commoratur.

d *Philiſthijm & Aſcalonis &c.* Generali nomine terram Palæſtinorum ſignificat, vrbes eius ſpecialiter nominat, ſolam Geth tacet, quam in reliquijs Azoti intelligit, cui eſt affinis: Palęſtinos autem à Babylonijs captos atque vaſtatos ſcribit Iſaias.

F

e *Tyri & vniuerſis regibus &c.* Tyrus & Sidon ſunt in littore Phœnicis, quæ à Babylonijs ſuperatæ ſunt. Quarum Carthago colonia: vnde Pœni quaſi Phœni corrupto ſermone appellantur. Quorum lingua Hebraicæ magna ex parte confinis eſt.

*Carthago à Phœnicibus condita.*

f *Regibus Elam & cunctis &c.* Quia ſequitur Elam & reges Mędorum, arbitrantur Zambri eſſe Perſidis regionẽ. Niſi fortè qa ꝓceſſit Arabia, intelligãtur eſſe reges ſolitudinis.

† quibuſcũque cũ proximo ſuo.

f Sume calicem &c. *Per quem intelligitur afflictio ſeu punitio mittenda à Deo.* G

g Et propi. de illo cun. Gen. &c. *Ideſt prophetabis hanc punitionem ſuper eas venturam: Et dicit, propinabis, proſequendo metaphoram de calice.*

ſuper gentem illam, dicit dominus iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum, & ponam a illam in ſolitudines ſempiternas. Et adducã ſuper terram illã omnia verba mea quæ loquutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcunq; prophetauit Ieremias aduerſum omnes Gentes, quia ſeruierunt eis cũ eſſent b c Gentes multæ & reges magni, & reddam eis ſe- d cundum opera eorum, & ſecundum facta manuum ſuarum. Quia ſic dicit dñs exercituum e Deus Iſrael: Sume calicem vini furoris huius f de manu mea, & propinabis de illo cunctis Gen g tibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turba- h buntur, & inſanient à facie gladij, quem ego mit i tam inter eos. Et accepi calicem de manu domi- k ni, & propinaui cunctis Gentibus, ad quas miſit b me dominus: Ieruſalem & ciuitatibus Iuda, & l regibus eius & principibus eius, vt darem eos in ſolitudinem & in ſtuporem & in ſibilum & in c maledictionem, ſicut eſt dies iſta. Pharaoni regi m Aegypti, & ſeruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuerſis † generaliter, cun- n

a ¶Quæ Hebraicè Hus. de qua dicitur. Homo quidam erat in regione Auſitidis, nomine Iob. Hic tamen verſiculus in Lxx. non habetur, & Theodotio pro Hus inſulam interpretatus eſt.

ctis regibus terræ Auſitidis, & cunctis regibus o d terrę Philiſthijm & Aſcalonis & Gazæ & Acca-

a ¶In qua montes Seir, quæ Hebraicè Edom.

ron & Azoti & reliquis: Idumęæ & Moab & fi- p

a ¶Hi ſunt filij Loth, proximi mari mortuo.

e lijs Ammõn, & cunctis regibus Tyri, & vniuer- q

a ¶Cypri, Rhodi, & aliarum, quas Babylonij expugnauerunt.

ſis regibus Sidonis, & regibus terræ inſularum r

a ¶Hæ Gentes in ſolitudine ſunt, vicinæ & mixtæ Iſmaelitis, quos nunc Saracenos vocant, qui attonſi ſunt in comam.

qui ſunt trans mare, & Dedan & Themã & Buz, & vniuerſis † qui attonſi ſunt in comã, & cunctis s

a ¶Poſt Dedan & Theman & Buz & Iſmaelitas regionum ordinem proſequitur.

regibus Arabiæ, & cunctis regibus occidentis qui habitant in deſerto, & cunctis regibus Zam-

a ¶Regio Perſidis trans Babylonem: vnde Elamitæ.

f bri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus

a ¶A quibus Babylon capta eſt: ipſi enim veraciter calicem Alexandro propinare potuerunt. ¶Quibuſdam ſpecialiter enumeratis, generaliter ponit omnes reges aquilonis. Lxx. ſubſolani.

Mędorũ, cũctis quoq; regibus aquilonis de pro-

a ¶Dedi meracam, vt inſaniant. ſ. & mutuis vulneribus corruant.

pè & de lõgè, † vnicuiq; cõtra fratrẽ ſuũ, & om- t nibus regnis terræ, quæ ſuper faciem eius ſunt.

h Et turbabuntur & inſanient. *i. fugiet ab eis mens & conſilium.*

i A facie gladij. *i. præ timore gladiorum ſuper eos venientium.*

k Et accepi cali. de manu do. *i. autoritatem prophetandi punitionem venturam. Et dicunt aliqui ꝙ videbat imaginaria viſione calicem à Deo ſibi tradi, & per ipſum propinare regibus & Gentibus infrà ſcriptis: & intelligebat viſionis ſignificationem: Et primò ponitur punitio Iudæorum, cum dicitur:*

l Ieruſalem & ci. &c. ſicut eſt dies iſta. *Loquitur de futuro per modum præſentis propter certitudinem euentus, quia dies accipitur hic pro die deſtructionis ciuitatis & templi futura ſub Sedecia. Secundò ponitur punitio Aegyptiorum, cum dicitur:*

m Pharaoni re. &c. *quia dedit occaſionem regi Sedeciæ rebellandi Nabuchodonoſor, promittẽs ei ſubſidium: ex qua rebellione ſequuta eſt dicta deſtructio.*

n Cunctis re. ter. Au. *In Hebræo habetur: Terræ Hus. de qua fuit Iob: & illa eſt vicina Iudæę à parte orientis.*

o Et cun. re. ter. *Iſti erant vicini Iudæorum à parte occidentis.*

p Et reliquis &c. *qui ſimiliter erant propinqui Iudęis.*

q Et cum re. &c. *Tyrus enim & Sidon erant vicinæ Iudæę à parte aquilonis.* H

r Et re. ter. inſu. &c. *i. vltra aliquã partem maris reſpectu terræ promiſſionis, ſicut ſunt Cyprus, Rhodus & conſimiles. ſi enim eſſent totaliter trans mare, iam non eſſent inſulæ.*

s Et vni. qui atton. &c. *i. Agarenis qui habebant capillos recijos ad modum pugilum. In Heb. habetur: Et vniuerſis angulatis, per quos intelliguntur illi qui habitabant circa angulos terræ promiſſionis, vt dicunt aliqui. Et ſubduntur nomina regum & terrarum. & poſtea ſubditur:*

t Et omni. reg. ter. *eſt hyperbole ad deſignandum multitudinem terrarum & regnorum, quæ Chaldæi ſubiecerunt ſibi, ſicut 1. Eſd. 1. a. dixit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus. & tamen medietas terræ habitabilis non erat ſibi ſubiecta. & per talem modum loquendi dicitur: Tota ciuitas vadit ad tale ſpectaculum, licet maior pars remaneat. Punitio autem iſtorum hic ponitur, quia fuerunt cum Nabuchodonoſor in deſtructione Iudæorum: & tamẽ multi eorum debuiſſent magis iuuaſſe Iudęos ratione vicinitatis, ſicut Philiſthæi & Tyri & Sidonij & conſimiles. vel ratione conſanguinitatis, ſicut Idumęi qui deſcenderunt ab Eſau fratre Iacob, & Moabitę & Ammonitę, qui deſcenderunt à Loth nepote Abrahæ.*

¶ a Et

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Et ponam. *Quia Babylon non fuit reædificata, & inhabitabilis facta eſt, ſecundum quod habetur Iſa. 13. d. Non habitabitur vſq; in finem. Licèt autem Babylonij in deſtructione Iudæorum fuerint exequutores diuinæ iuſtitiæ, vt prædictum eſt, tamen fecerunt hoc iniqua voluntate, & attribuentes victoriam illam & alias arroganter ſuę poteſtati, & non diuinæ virtuti: propter quod meruerunt à Deo puniri.*

b Quia ſerui. *ſ. Chaldæis.*

c Cum eſſent. *ſ. Iudæi & aliæ nationes ſubiugatæ Chaldæis.*

d Et reges. *Erant in iſtis Gentibus, quaſi diceret, non fuerunt ſubiugati virtute Chaldæorum, ſed diuina: ideo debuerunt puniri pro ſua ſuperbia. propter quod ſubditur: Et reddam eis ſecundum opera eorum &c.*

e Quia ſic dicit domi. exerci. Deus Iſrael. *Hic ponitur punitio multorum generaliter. Et diuiditur in tres partes, quia primò prædicitur hæc punitio. Secundò dicti confirmatio, ibi: Cumque voluerint. Tertiò reſumitur Iudæorum deſtructio, ibi: Vlulate. Circa primum dicitur Ieremiæ à domino.*

*Diuiſio.*

f Sume

## MORALITER.

✱ a *Sume calicem.* Per quem ſignatur auſteritas vitę. unde dicitur Pſal. 22. b. Calix meus inebrians quam præclarus eſt. Inebriat enim uino compunctionis, et clarificat puritate cõuerſionis. Hunc calicem debet prędicator, qui per Ieremiã ſignatur, aſſumere exemplo Pauli dicentis, 1. Cor. 9. d. Caſtigo corpus meum, et in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. et per prædicationem ſuam alijs propinare, et ſi recuſauerint accipere, debet eis dicere quod poſtea ſubditur:

✱ Bibentes



A a *Et rex Seſach &c.* Q. Oẽs in circuitu nationes Babylonio ſubiacebunt imperio, & ſeruient, & bibent de calice eius. vnde: Calix aureus Babylon inebrians oẽm terrã. Rex Babylonis nouiſſimus bibet propinantibus Mœdis & Perſis. Babylon q̃ Hebraicè Babel, Seſach quoq; dr̃. Sicut. n. Græcum alphabetum vſque ad nouiſſimam literam per ordinem legimus. i. alpha, betha &c. vſq; ad ω. Rurſumq; ꝑp memoriã paruulorũ lectionis ordinẽ vertimus, & primis extrema miſcemus. Verbigratia, alpha, betha, pſi. Sic apud Hebręos primum eſt, aleph, ſecundũ beth, tertiũ gymel: & ſic vſq; ad vigeſimãſecundã. i. extremã literam tau, cui penultima eſt ſin. Legimus itaq; aleph, tau, beth, ſin: cũ venerimus ad medium, lamech literæ occurrit caph, & vt rectè legimus Babel, ita ordine commutato legimus Seſach: Vocales aũt literæ inter beth & lamech, ſin & caph iuxta idioma linguæ Hebrææ in hoc noĩe nõ ponuntur: qđ forſitan propheta velauit prudenter, ne Babyloniorum cõtra ſe moueret inſaniã, ſicut Apoſt. contra Romanũ imperiũ de Antichriſto ſcribẽs ait: Qui tenet teneat, donec de medio fiat. Romanũ ſignificãs imperiũ ante Antichriſtũ ſecũdũ Dan. deſtruẽdũ.

b *Bibite & inebria.* Hiero. Allegorici interpretes oẽm hunc locũ ad cunctas referunt nationes, quas inebriauit diabolus calice peccatorũ, & nouiſſimus ipſe bibet ſupplicia & cruciatus. vnde: Quẽ dñs Ieſus interfi. ſpi. oris ſui. Et: Nouiſſimus autem inimicus, deſtruetur mors.

c *Domi. de excel. &c.* Hier. Allegorici interpretes iuxta Lxx. hunc locum ad bonã partẽ referunt. Dñs inquiunt de excelſo reſponſum dabit his. ſ. quos ſaluaturus eſt, & de loco ſancto ſuo dabit vocẽ ſuã, reſpondebitq; ſermonẽ in loco B ſuo. Illi aũt quaſi vindemiantes, pleni fructibus, illius ſententiæ reſpondebũt ſuper oẽs habitatores terrę &c. Veniet aũt interitus, non ſuper vniuerſam terram, ſed ſuper partem terræ eorum. ſ. q non credunt. Iudicium. n. erit in Gentibus, & ipſe iudicabitur cum omni carne: Impij autem tradentur gladio.

d *Iudicium do.* Quia ſunt & Gentiũ diuerſa merita, q nõ credit iam iudicatus eſt, in eo. ſ. ꝙ non credit. Sed qui nõ credunt diuerſis afficiuntur ſupplicijs.

e *Ecce egre. &c.* Erubeſcant qui vim ſcripturæ ſanctæ facientes in bonã partem accipiunt domini cõminationes. Hier. Ecce egre. &c. Puto ex hoc loco dñm dixiſſe: Conſurget. ſ. Gens aduerſus Gẽtem, & reg. &c. Sunt aũt hęc facta iuxta hiſtoriam, cum à rege Babylonio cũctę in circuitu ſubiugatæ ſunt nationes, iuxta prophetiam verò in conſummatione mundi futura ſunt.

f *Vlulate pa. &c.* Vlulatus optimatũ gregis Lxx. iubilũ arietũ. Inter paſtores aũt & arietes hoc intereſt, Quòd paſtores eccleſiaſtico gregi cũ ſapiẽtia & doctrina pręſunt: Arietes verò principes videntur in populo: Sed nihil ſapiẽtię, nihil doctrinæ

· Et rex Seſach bibet poſt eos. a

¶Cum omnibus Gentibus propinaueris.

Et dices ad eos: Hęc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: b Bibite & inebriamini, & vomi b

a ¶Patet ꝙ non in bono accipitur potio.

te & cãdite, & nolite conſurgere à facie gladij, quem ego mit-

a ¶Latenter oſtenditur qui præceptum Dei facere noluerunt, neceſſitate facturos.

tam inter vos. Cũq; nõluerint c accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc d e dicit dominus exercituum:

a ¶Velitis, nolitis.

Bibẽntes bibetis: Quia ecce in f g

a ¶Notus in Iudæa Deus.

ciuitate, in qua inuõcatum eſt nomẽ meum, ego incipio affli- h

a ¶Qui pro Deo idola colitis.

gere, & võs quaſi innocentes & i immunes eritis? Nõ eritis im-

a ¶Potionem. vnde: Mittam Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum &c.

munes. Glãdiũ enim ego vo-

a ¶Non tantum Iſrael.

co ſuper omnẽs habitatores terrę, dicit dñs exercituũ. Et tu ꝓphetabis ad eos omnia verba

a ¶Q. cunctis Gentibus prophetabis, & di. ad il.

c hæc, ẽt dices ad illos. † Dñs de k

a ¶Iudicio furoris ſui. vnde: Leo rugiet, quis non timebit? &c.

excẽlſo rugiet, & de habitacu-

a ¶Vt cunctos terreat audientes.

lo ſancto ſuo dabit võcem ſuã.

a ¶Ad templum.

Rugiẽs rugiet ſup † decõrẽ ſuũ. l

a ¶Ideſt cum rugient inſtar calcantium in torculari, celeuma cantabitur. & in effuſione mutui ſanguinis carmen lugubre concinetur.

† Celeũma quaſi calcantiũ cõcinetur aduerſus oẽs habitatores m

¶Celeumatis.

terrę. Peruenit ſonitus vſque ad d extrema terrę, quia iudiciũ domino cũ Gẽtibus. † Iudicat ipſe n

a ¶Vt nullus eat iniudicatus. b ¶Nõ qui credunt.

cũ omni cãrne, impiõs † tradidi

a ¶Sempiterno.

glãdio, dicit dominus. Hæc di- e cit dñs exercituũ: Ecce egredie- o tur afflictio de gente in gẽtem, & turbo magnus egrediet̃ † à

a ¶Non ꝙ dominus ipſe percutiat, ſed in interitu peſſimorum implebitur imperium eius & voluntas.

ſummitatib⁹ terrę: & ẽrunt in- p terfecti dñi in die illa † à sũmo q terrę vſq; ad ſummũ eius. Non plangẽtur, & nõ colligẽtur neque ſepelientur, in ſterquiliniũ ſuper faciem terræ iacebunt.

a ¶Rationabilium.

f Vlulate pãſtores & clamate: r

beth, *quæ eſt ſecunda: & ſic conſequenter procedendo ex vtraque parte verſus medium alphabeti vbi caph & lamech ſibi correſpondent dicto modo. Nunc autem ſic eſt ꝙ hoc nomen Babel in Heb. ſcribitur per tres literas tantum. ſ. per duplicem beth & vnam lamech: & ſimiliter hoc nomen Seſach per tres. ſ. per duplicem ſin & per vnam caph. Ex quo patet, ꝙ ſcribuntur per literas ſibi correſpondentes modo prædicto. Quando verò Iudæi volunt aliquid velatè ſcribere, bene faciunt talem commutationem literarum: & hoc modo ſcripſit hic Iere. deiectionem Chaldæorum velatè: & huic dicto concordat quod infra 51. cap. Babylon nominatur Seſach, vt dicit Hiero. ne forte prouocaret inſaniam Chaldæorum contra Iudæos, qui redigendi erant ſub ſeruitute eorum. Sed quidquid ſit de veritate, iſta tamen ratio non videtur valere, quia Ieremias in hoc cap. & in pluribus alijs locis ſcribit deiectionem regis & regni Chaldæorum valde lucidè & apertè: & ideo poſſet breuius dici ꝙ Seſach eſt hic nomen regis Aegypti, ſicut enim imperatores Romani omnes nominabantur Cæſares, & cum hoc proprium nomen habentes, vt Iulius, Auguſtus & huiuſmodi: ſic omnes reges Aegypti vocabantur Pharaones, & præter hoc habebant nomen proprium, vt Seſach, 3. Reg. 11. g. Fugit ad Seſach regem Aegypti, & Nechao. 4. Reg. 24. & ſic de alijs: & ſic probabiliter poteſt dici ꝙ ille rex Aegypti ſub quo vaſtatum fuit regnum in hoc cap. ſupra exprimitur nomine communi, cum dicitur: Pharaoni regi Aegypti &c. Et hic proprio nomine cum dicitur: Et rex Seſach bi. &c.* C

b Bibite & inebria. &c. *i. ſicut homo multum ebrius non habet ſenſum nec virtutem reſiſtendi, ſic nec vos poteritis reſiſtere vindictę Dei.*

c Cumq; nolue. &c. *Hic conſequenter ponitur confirmatio dicti cum dicitur: Cumque noluerint ac. cal. repellendo prophetiam tuam tanquam falſam.*

d Dices ad eos. *confirmando eam.*

e Hæc dicit domi. exer. *cuius verbum non poteſt eſſe falſum.* † Ioel. 3. c Amos. 1. a

f Bibentes bibetis. *i. ſuſtinebitis pœnam velitis nolitis: Cuius ratio ſubditur:* D

g Quia ecce in ciuitate in qua. *i. in Ieruſalẽ, quæ ad cultum Dei erat electa.*

h Ego incipio affligere. *ſ. peccatores.*

i Et vos quaſi inno. & immu. eritis? *q. d. nullo modo. Cætera patent vſque ibi:* † habitaculum

k Dominus de excel. rugiet &c. *Loquitur de Deo ad modum leonis, qui rugiens facit ſtare omnes beſtias, & tunc deuorat illam qua vult: ſic Deus pro voluntate ſua punit peccatores abſque reſiſtentia.*

l Rugiet ſuper deco. ſuum. *i. ſuper Ieruſalem & templum.*

m Celeuma qua. cal. continetur. *Celeuma eſt cantus vindemiatorum in fine vindemiæ, quando habetur abundanter vinum: & in hoc deſignatur exultatio bellatorum in effuſione ſanguinis deuictorum & multitudine ſpoliorum.* † Iudex eſt ipſe omnis carnis. † tradet.

n Iudicatur ipſe. *i. oſtenditur iuſtus in peccatorum punitione. In Hebræo habetur: Iudicium hoc. i. iuſta Dei punitio. Et ad quos ſe extendat ſubditur: Impios tradidi gladio. Sequitur:*

o Ecce af. egre. de Gente in Gentem. *Quia Babylonij afflixerunt Iudæos & multa regna ſupra nominata: & iterum Mædi & Perſę deſtruxerunt Babylonios.* † à diuerſis lateribus.

p Et erunt inter. domini. *i. à domino vel virtute eius.*

q A ſummo. *Hyperbole eſt ad deſignandum multitudinem interfectorum. Et ad idem facit quod ſubditur: Non plang. & non colligentur.* † ab extremo.

r Vlulate paſtores. *Hic reſumitur vaſtatio Iudæorum, cum dicitur: Vlulate paſtores. Vlulatus eſt vox confuſa, & eſt ſignum magni doloris.*

¶ a Et

## NICOL. DE LY.

Et rex Seſach &c. *punietur. Per Seſach intelligitur rex Babylonis, vt dicunt Hiero. & Hebrę. Ratio huius eſt, quia Seſach & Babel per quod intelligitur rex Babylonis, in Hebręo ſcribuntur literis ſibi correſpondentibus. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ pueri apud Hebræos & Latinos addiſcunt alphabetum primò ordine recto procedendo de prima litera ad vltimam: ſecundò ordine retrogrado incipiendo ab vltima litera ad primam redeundo, & ſi iſti duo ordines iuxta ſe ſcribantur vltima litera ordinis primi. ſ. tau, eſt prima in ordine ſecundo, & correſpondet ipſi aleph, quæ eſt prima in ordine primo: & penultima litera. ſ. ſin correſpondet ipſi* beth,

## MORALITER.

✱ a *Bibentes.* ideſt ſi non vultis hic ſuſtinere pœnam debitam pro peccatis veſtris, ſuſtinebitis maiorem velitis nolitis. ſ. pœnam purgatorij vel inferni.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

doctrinæ habent, & nimia ſimplicitate prope ſtulti ſunt.
E Cum autem habuerimus pacem, & nõ intellexerimus ſpecioſa pacis, luxuriæ & otio dediti, conticeſcent bona pacis, & auferentur in furore domini. vnde: Cum dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. 1 Theſ. 5. a

a *A facie iræ columbę &c.* Greg. quia in Deũ nulla furoris inæqualitas reperitur, furorem dñi iram columbę nominauit. Vt.n. vim diuinæ diſtrictionis imperturbabilem demõſtraret, & iram dixit columbæ, q. d. & diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanens mãſuetus punit. Vnde & in extremo iudicio in ſemetipſo incommutabilis manẽs, nulla viciſſitudine ac mutabilitate variatur: ſed tamen electis & reprobis nequaquã ſub ſpecie eiuſdem incõmutabilitatis oſtenditur. Quia & tranquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis. Teſte.n. conſcientia intra ſemetipſos defecerunt. vnde eorum mentes æquè vnum reſpiciant, ſed non æqualiter modificentur: quia iuſtis eum benignũ oſtẽdit anteacta iuſtitia, illis terribilẽ culpa.

† cõpletæ ſunt diſperſiones veſtræ.
† ſuccisa ſunt
† vmbraculum

a ¶Diuites qui eſtis pars gregis.
& aſpergite vos cinere optimates gre-
¶Peccatis completis.
gis, quia cõpleti ſunt dies veſtri, vt interficiamini, & † diſſipationes veſtræ,
¶Quorum maius damnum. a ¶Confractæ, quę non valeant reſtaurari. b ¶Quoniam non egerunt pœnitentiam. vnde: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Et alibi: Periit fuga.
& cadetis quaſi vaſa precioſa. Et peribit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris paſtorum, & vlulatus optimatũ gregis, quia vaſtauit dominus paſcua eorũ, & † conticuerũt arua † pacis à facie iræ
a ¶Dominus. b ¶Hebraicè ſochot. ¶Quo, cuſtodiente nemo audet accedere.
furoris domini. Dereliquit quaſi leo
a ¶Templum: b ¶Vnde: Factus eſt in pace locus eius. c ¶Relinquente leone.
† tabernaculũ ſuum, quia facta eſt ter-
a ¶Iudæorum vel omnium Gentium. b ¶Vallantibus beſtijs.
ra eorum in deſolationem † à facie iræ
a ¶Nabuchodonoſor, qui ſupra ſeruus domini dicitur: vel Ieruſalem, quæ leonis ſui irata dolet perdidiſſe cuſtodiam.
columbę, & à facie iræ furoris domini.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et aſpergite. *in ſignũ humiliationis.*
b Optima gregis. *i. maiores de populo.*
c Quia completi. *q. d. terminus veſtræ deſtructionis inſtat.*
d Et cadetis. *irrecuperabiliter. vilia enim quæ cadunt bene recuperantur, quia inuenientes parum aut nihil curant de eis.*
e Vaſtauit dominus paſcua. *i. bona vnde ſolebant nutriri.*
f Et conticuerunt arua. *In Hebręo habetur: Specioſa pacis. Tempore enim pacis arua ſunt ſpecioſa, quia ſunt bene culta & fructificantia. & ſic dicuntur metaphoricè cantare, & econtrariò conticere, quando ſunt deſtructa ab aduerſarijs, ſicut pratum dicitur ridere quando viret, & plorare quando aret.*
g A facie iræ furoris domini. *i. propter vindictam ipſius.*
h Dereliquit quaſi leo tabernaculum ſuum. *templum quod à Chaldæis fuit incenſum.*
i A facie iræ columbæ. *i. Nabuchodonoſor, eò ꝙ habebat in aliquo vexillo ſui exercitus imaginem columbę, vt dicunt aliqui: Sed hoc non videtur multũ probabiliter dictum, quia ſup. 4. cap. dictũ fuit ꝙ habebat in vexillo ſignum leonis. Ra. Sa. dicit ꝙ eſt litera. A facie iræ vinoſæ. i. à facie vindictæ Dei inebriantis. & ſic proſequitur metaphoram ſuprà poſitam de calice vini furoris, & de potatione eius & inebriatione. Ratio huius diuerſitatis eſt, quia dictio Hebraica hic poſita. ſ. Iona, eſt æquiuoca ad columbam & vinoſitatem.*
k Et à facie iræ furoris domini. *In Hebręo habetur: Iræ furoris ſui. & ſic refertur ad eundem, de quo prędicitur: A facie iræ columbæ.*

*In cap. 25. vbi dicitur in poſtilla: Numeratio tamen iſtorum lxx. annorum.*

ADDITIO I.

¶ Inchoatio ſeptuaginta annorum captiuitatis Babylonicæ quærenda eſt in nono cap. Dan. vbi de lxx. hebdomadibus Danieli reuelatis agitur. ibi.n. largè de iſtis habet' in poſtil. & in additione.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. A facie irę columbę & c. i. Nabuchodonoſor.*

ADDITIO II.

¶ Dictio Hebraica hic poſita. ſ. Ionah יונה non eſt æquiuoca: Nihil enim ſignat in Hebræo, niſi columbã. Quòd autem dicit Ra. Sa. ꝙ ſignat vinoſam, non eſt verum, niſi fortè ſecundum etymologiam, quod non pertinet ad ſenſum litteralem. vnde ſecundum glo. & ſecundum Greg. per hoc quod dicitur A facie iræ columbæ, intelligit' ira Dei. Dicit enim ſic, quia in Deo nulla furoris inæqualitas reperitur, furorem domini iram columbæ nominauit, de quo latius in glo.

## GLO. ORD. CAP. XXVI.

a IN *principio re. &c.* Hæc prophetia ſuperiore prior eſt, quãuis ſub eodem rege. Illa enim facta eſt in anno quarto, hæc in eiuſdem regis principio. Non igitur in prophetia hiſtoriæ ordo texendus, cum priora poſterius, & poſteriora prius dicantur.

b *In atrio domus.* Vt etiam exteris ciuitatibus loquaris. Pulchre autem in atrio ſtat, & in veſtibulo templi, vt qui ad orandum conueniunt, ſermones eius audire cogantur.

c Et eunuchi &c. *id eſt regis & reginæ miniſtri, qui ſic nominantur non à membrorum ſectione, ſed à caſtitatis honeſtate. Tales enim ponebantur antiquitus in regijs domibus, & maximè circa obſequium dominarum, & ſecundum talem modum loquendi dicit Saluator Matth. 19.b. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnũ cęlorum.*

G

d Et faber & incl. *Hæc nomina exponuntur ſuprà.24. Tertiò exprimuntur perſonæ portantes epiſtolam, cum dicitur:*

e In manu Elaſa filij Sapham &c. *Quos miſit Sedecias rex Iuda ad portandum tributum, quod debebat regi Babylonis, vel aliquod xenium.*

f Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter ponitur epiſtolæ narratio, in qua Ieremias aufert primò tranſmigratis falſam confidentiam. Secundò ſubiungit decipientium pœnam, ibi: Hæc dicit. Prima in duas: quia primò aufert confidentiam falſam. ſecundò denunciat veram, ibi: Quid hæc. Circa primum dicit in perſona domini.*

g Ædificate dom. &c. *i. diſponite vos ad manendum diu in Babylone, prouidendo vobis de domibus, terræ fructibus, & multiplicatione prolis, & citò redire falsò non ſperetis, ideo ſubditur:*

r Non vos ſedu. prophe. ve. *ſ. falſi, reditum propinquum denunciando.*

s Quia hæc dicit. *Hic conſequenter denunciat eis veram fiduciam, & primò denunciat eam tranſlatis in Babylonem, ſecundò contrarium nunciat habitantibus in Ieruſalem, ibi: Quia hæc. Circa primum dicit. Quia hæc dicit dominus, quaſi dicat: nolite credere falſis prophetis, quia hæc eſt ſententia domini de veſtro reditu.*

H

t Cum cœperint impleri ſeptua. &c. *Tot enim anni fluxerunt ſecundum Hebræos à tranſmigratione IoaKim vſque ad primum annum Cyri. ſecundum alios verò computatio iſtorum annorum incipit tardius, ſcilicet à deſtructione ciuitatis ſub Sedecia, vt dictum eſt. ſup. 25.*

a Viſi-

## MORALITER.

✻ f *Hæc di. do. ex. &c. om. tr.* Per trãſmigratos iſtos de terra natiua ad aliam, põt intelligi religioſi, qui de ſeculo tranſmigrant ad vitam clauſtralem. Quibus dr:

g *Aedificate do.* i. ædificia virtutum.

h *Et ha.* per cõtinuationẽ operũ bonorũ, qa nemo mittens manũ ad aratrũ, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei, Luc. 9. g.

i *Et plan. hor.* i. facite in ſecularibus deuotis nouitios, & de bonis nouitijs ꝓfeſſos.

k *Et comedite fructum eorum.* i. eorũ opera bona cedent vobis ad meritum, & poſtea ad præmium.

l *Acci. vxo.* i. ſcientiã de ſpeculationibus diuinis, & prudentiã de agibilibus humanis, quæ ſignantur per vxores Iacob, Rachel & Liam, Gen. 29.

m *Et generate filios & filias.* ſ. ſpirituales per ueſtram bonam doctrinam, exemplo Pauli dicentis Corinthijs. 1. Corin. 4. d. In Chriſto Ieſu per Euan. ego uos genui.

n *Et da. fi. ve. vxo. &c.* i. inducite eos ad acquirendum ſcientiam et doctrinam, et ad operum ueſtrorum imitationem.

o *Et multi.* Quia talis multiplicatio cedit ad honorem Dei.

p *Et quærite pa. ciui. &c.* i. religionis veſtræ. Quæ bene dicitur ciuitas. i. ciuium unitas, nam omnis religio habet ortum ab eo quod dicitur, Act. 4. f. Multitudinis cre. erat cor u. et a. u.

q *Quia in pace &c.* Turbata enim aliqua religione, turbatur quilibet habitans in ea. Aliter per ciuitatem poteſt intelligi regnum vel ciuitas, in quibus habitant religioſi, pro quorum pace debent orare: nam in pace ciuitatis uel regni habitant pacificè religioſi. propter quod dicit Apoſtolus. 1. Tim. 2. a. Obſecro primum omnium fieri ob. ora. poſtu. gratiarum ac. pro regi. et princ. et ſequitur. ut tranquil. aga. uitam.

r *Non vos ſe. pro.* i. homines mali q in religionibus uel regnis et ciuitatibus p ſua uerba mala concitant hoĩes ad ſeditiones et prælia.

t *Cum cępe. imple. in Ba. ſe. &c.* Per Babylonem quæ confuſio interpretatur, uita pręſens ſignatur, de qua Hugo de. ſ. Vict. di. in glo: Confuſa ſunt hæc, omnia, ſpes, metus, timor, gaudium. Terminus ✻ autem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *& illi qui cum eo tranſlati fuerant, decepti à falſis prophetis exiſtentibus inter eos: ſed Ieremias ſcribendo eis nititur auferre iſtam confidentiam falſam. Et diuiditur in duas partes: quia primò epiſtolæ Ieremiæ præponitur præfatio. ſecundò, narratio, ibi: Hęc dicit dominus: In præfatione exprimitur primò perſona mittens epiſtolam, cum dicitur: Quæ miſit Ieremias propheta, & locus vnde miſit cùm ſubditur: De Ieruſalem. Secundò: perſonæ ad quas miſit, cùm ſubditur:* (Diuiſio)

a Ad



a *Septuaginta an.* Tãdiu in ſeculi cõfuſione verſamur, q̃diu requiẽ ſeptenarij numeri mereamur accipere: & accepta pœnitentia Deus impleat qđ promiſit, & reducat ad locũ noſtrũ, id eſt ad eccleſiam. qui percutit vt ſanet, q dabit nobis finẽ laboris & patiẽtiæ. Inuocabimus eũ, & orabimus, & exaudiemur: quæremus toto corde, & inueniemus eũ. Quidam 70. annos intelligũt iuxta illud: Dies annorũ noſtrorũ in ipſis. 70. an. Qui cũ fuerint expleti, ad dñm in toto corde reuertimur & exaudimur, & tunc eſt finis laboris noſtri atque patientiæ.

A

b *Et vi.* Sine inuocatione & oratione poterat implere qđ ꝓmiſerat, ſed hortatur ad preces, vt ꝓmiſſa mereant.

c *Et re.* Vt certius ſciatis, ꝙ hunc reditum tanq̃ propinquum ſperare non debeatis, ſed domos ędificare, pomaria plantare, filios generare, & tempus expectare promiſſum.

d *Quaſi fi. ma.* Theodotio ſuarinas. i. ſecũdas. Symmachus nouiſſimas, quæ Hebraicè ſuarim.

e *De nocte.* Non ceſſaui monere, vt vos imitarentur qui in tranſmigratione ſecuro ocio fruimini: donec compleantur promiſſa Dei.

f *Ad Achab.* Aiunt Hebræi hos eſſe presbyteros, quorũ meminit Daniel, vni eorum dicẽs. Inueterate dierum malorum &c. Alteri Semẽ Chanaan & non Iuda, ſpecies decepit te, &c. Qui prophetant vobis in noĩe meo mendacium: quia (vt aiunt) mulierculis iactabant ſe eſſe de tribu Iuda, & Chriſtũ generãdum de progenie ſua: vnde acquieſcebant cupidine allectę, tanq̃ Chriſti matres futurę. Sed vr̃ hoc obeſſe, ꝙ rex Babylonis dicit eos frixiſſe, cũ dicat Daniel eos lapidatos eſſe. vnde à pleriſq; ac penè omnibus Hebræis illud quaſi fabula negligitur. Non. n. putant ꝙ captiui, lapidandi principes & prophetas ſuos ptãtẽ habuerũt, & hoc magis verum eſſe affirmant, qđ ait Ieremias, conuictos quidẽ eſſe à Daniele, ſed ſententiã datã à rege. Multi autẽ de noſtro grege prophetant in noĩe dñi mẽdacium: Vxores ciuiũ ſuorũ adulterãt, quos verus Nabuchodonoſor frigit igne p̃tĩ: ſcđm illud: Oẽs adulterãtes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte. Felix autem qui portat iugum domini ab adoleſcentia, qui ſedet ſolus, qui amaritudine plenus, vt dicat: Nõ ſedi cum concilio malignantium. In hoc capitulo allegoricus interpres ſomniat ruinã cęleſtis Ieruſalem: Et ad eos prophetiã dirigi ſuſpicatur, q in mundi huius Babylonia verſant, quia bene fecerint, in hæc corpora ſponte deſcendẽtes, domos ędificantes, filios generantes, & bonis operibus ſtudentes: qa poſt 70. an. in cęleſtẽ Ieruſalẽ mittentur. Qui aũt noluerint ad terrena deſcendere, paſſuros dicit quę dominus minatur Sedecię, quia nolunt imitari fratres ſuos, nec venire in Babylonem, quia dominus mittet in eos gladiũ & famẽ & peſtẽ. i. rerũ omniũ penuriã, & faciet quaſi ficus peſſimas, & perſequetur gladio ſempiterno, & dabit in vexationem oĩbus regnis, nec fient homines ſed dęmones, & erunt omnibus Angelis, qui præſunt ſingulis prouincijs, in maledictionem: quia in cęleſti Ieruſalem noluerunt audire verba prophetarum hortãtium, vt ad terrena deſcenderent, vt acta pœnitentia poſt verum ſabbatum priſtinum locum poſſiderent.

B

a Ad

---

in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam
[a ¶ Sed non alius. Solius enim Dei eſt noſſe futura]
vos ad locum iſtum. Ego enim ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos, ait dominus: cogitationes pa-
[¶ Captiuitatis.]
cis & nõ afflictionis: vt dem vobis
[a ¶ Laborum præſentium. b ¶ Tunc vel ſpe futurorum.]
finem † & patientiã, & inuocabitis me, & † viuetis: & orabitis me, &
[a ¶ Quærite & inuenietis.]
ego exaudiã vos. † Quæretis me, & inuenietis, cũ quæſieritis me in toto corde veſtro, & inueniar à vobis ait dominus. Et reducã captiuitatẽ veſtram, & congregabo vos de vniuerſis Gẽtibus, & de cũctis locis ad quæ expuli vos, dicit dominus. Et reuerti vos faciã de loco ad quẽ trãſmigrare vos feci: quia dixiſtis: Su-
[a ¶ Q. Fruſtra putatis vos habere prophetas in Babylone.]
ſcitabit nobis dominus prophetas in Babylone. Quia hæc dicit domi-
[¶ Sedeciam.]
nus ad regem qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, &
[a ¶ Nolentes obedire ſententiæ meæ.]
ad fratres veſtros, qui nõ ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem. Hæc dicit dominus exercituum:
[a ¶ Captiuitatem, ſed non poterunt effugere.]
Ecce ego mittam in eos gladium & famem & peſtem, & ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt, eò ꝙ peſſimæ ſint, & perſe-
[a ¶ Qui in Ieruſalem ſunt.]
quar eos in gladio & in fame & in
[a ¶ Diſperſos.]
peſtilẽtia, & dabo eos in vexationẽ
[a ¶ Vt exemplo ſint omnibus maledictionis.]
vniuerſis regnis terræ: i maledictionem & in ſtuporem, et in ſibilũ, et in opprobriũ cunctis Gentibus, ad quas ego eieci eos, eò ꝙ non audierint verba mea, dicit dñs, quæ miſi ad eos p ſeruos meos prophetas de nocte cõſurgẽs, & mittens & nõ au-
[a ¶ Qui meę obediſtis voluntati.]
diſtis, dicit dñs. Vos ergo audite verbum dñi, oĩs tranſmigratio quã emiſi de Ieruſalẽ in Babylonẽ. Hæc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael ad Achab filiũ Chulię, et ad Sedeciam filium Maaſię, qui prophetãt vobis in nomine meo mendaciter: ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis veſtris, & aſſumetur ex eis maledictio omni trãſmigrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone dicentiũ: Ponat te dominus ſi

---

C

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Viſitabo. *Sicut miſericors pater filios. cætera patent vſque ibi:*

c Vt reducam vos. *id eſt in Ieruſalem: non quod omnes redierunt in perſonis proprijs, quia in tanto tempore multi fuerunt mortui, maximè illi qui erant iam prouectæ ętatis.*

d Vt dem vobis finem. *Captiuitatis veſtræ.*

e Et patientiam. *Interim vſque ad terminum prædictum.*

f Et inuoca. *Et ibitis ad terram veſtram. Cætera patent vſque ibi:*

g De vniuer. *Quia in regno Babylonis erãt Gentes variæ, ad quas Iudæi fuerunt tranſlati tempore IoaKim & Sedeciæ, & inde redierunt cum Zorobabel duce.* († Luc. a. b)

h Quia dixiſtis. *Id eſt quia credidiſtis prophetis falſis vos decipientibus & dicẽtibus ſe loqui in nomine domini. ideo annunciaui vobis terminum veſtræ reuerſionis in Iudęa, vt non credatis eis dicentibus vobis, quod citò debeatis reuerti.*

i Quia hæc dicit do. *Hic conſequenter hãc fiduciam remouet à Sedecia rege, & eius populo, qui non tranſmigrauerant in Babylonem, denũciando quòd paſſuri ſint multò grauiora, ideo ſubditur:*

K Hæc dicit do. *i. Angelorum.*

l Ecce ego mit. in eos gla. *Omnia enim iſta venerunt ſuper eos obſeſſos in Ieruſalem, vt habetur. 4. Reg. vlt.*

m Et ponam eos quaſi ficus malas, quæ come. *id eſt abominabiles Deo & hominibus, ſicut dictum eſt ſuprà. 24. in parabola de ficubus.*

n Et dabo eos in vexationem. *Per ſeruilia opera & grauia.*

D

o Vniuerſis regnis terræ. *Hoc dicitur, quia ſub rege Babylonis erant plura regna.*

p In maledictionem. *Quantum ad verba dura quæ eis inferebantur.*

q Et in ſtuporem. *Præ admiratione eorum miſeriæ.*

r Et in ſibilum. *i. deriſum. Cætera patent in litera.*

s Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter ponitur pœna falſorum prophetarum, qui decipiebant populum de Babylone tranſmigratum: Et primo ponitur pęna duorum ſimul, qui non ſolum erant prophetæ falſi, ſed & adulteri. ſecundò pœna tertij, qui non ſolùm erat aſſertor falſitatis, ſed etiam perſequutor veritatis, ibi: Et ad Semeiam: Nomina autem duorum ponuntur, cùm dicitur:* (Diuiſio)

t Ad Achab filium Chuliæ. *Et ſubditur eorum pœna, cùm dicitur:*

u Ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonoſor. *Dicunt expoſitores noſtri communiter, quòd iſti fuerunt duo ſenes, quos cõuicit Daniel de falſo teſtimonio contra Suſannam: propter quod fuerunt condemnati ad mortem, vt habetur Dan. 12. g. Veruntamen quia Iudæi in Babylone erant ſerui, non habebant aliquam iuſtitiam, nec per conſequens poteſtatem condamnandi aliquem ad mortem. ideo ſubditur hic quod fuerunt traditi in manu Nabuchodonoſor, quia de ſua falſitate fuerunt accuſati per Iudæos coram rege vel locum eius tenente, qui ſñiam mortis in eos dedit, & exequutionẽ Iudæis cõmiſit, & ideo cũ dicit. Dan. 13.*

§ populum

## MORALITER.

✻ autem uitæ præſentis cõiter eſt annus ſeptuageſimus, Pſal. 89. c. Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Igitur religioſis pacificis & etiam ſecularibus dicit dominus. Cùm impleti fuerint &c. id eſt in termino uitæ ueſtrę uiſitabo uos.

b *Et ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bo.* Trãſferendo uos de pręſentis uitę miſeria ad fęlicitatis ęternę gaudia.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Ad Semeiam.* Semeias de loco Nehelami (qui interpretatur torrens) cum Iechonia ductus eſt in Babylonem, & populo prophetauit mēdacium, q. ſcitò reuerſuri eſſent in Ieruſalem. Quia igitur Ieremias ad eos qui erant in Babylo. literas miſerat dicens: Aedificate domos, &c. Et poſt addiderat: Non vos ſeducant prophetæ veſtri. &c. Intelligens Semeias contra ſe hoc ſcriptum, mittit in Ieruſalem literas ad Sophoniam filium Maaſiæ, & ad reliquos ſacerdotes, quare non increpetur Ieremias à Sophonia, cuius eſt officium diſcernere inter falſos & veros prophetas, & iubetur in carcere recludi, & ſoluere pœnas mendacij, quia populum ſeduxit. Ioiadas verò ſacerdos fuit, qui Ioas poſt interfectionē Athaliæ imperium tradidit, & ſacerdotes Baal interfecit. Q. Quare Ioiadā non imitaris? Quare Ieremiam pſeudo prophetam non interficis? Dominus enim inſtituit te pro Ioiada, vt diſcernas quo ſpiritu quiſque loquatur. Diſcretio verò ſpirituum, ſpiritualis gratia eſt. Athalia mulier quædā fuit, quæ occidit de regio ſemine quos potuit, à qua Ioiada ſacerdos ſeruauit Ioas, & poſtquàm illa interfecta eſt à populo, tradidit ei imperium.

†torruit
4. Reg. 11.d
4. Reg. 11.a
† tuo literas

b *Quare non incre.* Mendacio præuenit veritatē: quod ipſe merebatur alij imponit, quia prudentiores ſunt filij tenebrarum filijs lucis, & quod timent ſibi inferunt alijs.

Luc. 16.b

c *Hæc dic.* Semeias verè Nehelamites, qui de torrēte turbidas aquas ſumpſerat, iraſcitur cōtra mendacium ſuum ſcripſiſſe Ieremiam, & ad Sophoniam mittit epiſtolas, cur auſus ſit ſcribere veritatem, & cupit eum recludi in carcerem, ne loquatur. Sophoniā quoq; latenter accuſat, & epiſtolam in accuſationem iactat. Similiter rei ſunt qui pſeudo prophetas defendunt, & aliorū mendacia peccata ſua faciunt, contra quos ſubditur: Ecce ego viſitabo.

†furioſū
F
†Longè

## GLOSSA ORD. CAP. XXX.

HOc verbum. Ieremias reuerſionem promittebat non intra bienniū, vt illi mentiebantur: Sed finitis lxx. annis. nūc iubetur ſcribere & memoriæ tradere quæ dominus pronunciat. vñ poteſt colligi vaticinium non citò impleri. Sed cùm Iſrael & Iudas in terram ſuam reuertentur. Et ſicut Ezechiel prophetauit: Duæ virgæ copulabuntur, & erit Dauid rex & paſtor ouium.

Ezec. 37.d

☞ a *Vocem*

## NICOLAVS DE LY.

❡ *populum eos interfeciſſe. intelligendum eſt tantum exequutiuè. Cętera patent vſq; ibi:*

a Quos frixit. *Sed contra Dan. 13. dicitur, quod fuerunt lapidati. Ad quod dicendum, q̄ quælibet pęna mortis aliquando in ſcriptura ſignificatur nomine ignis: vel quia primò fuerunt lapidati, poſtea combuſti, ſicut de Achā dictum fuit Ioſue. 7. & hic exprimitur pęna ignis. in Dan. verò pęna lapidationis. Illud tamen quod de eis dicitur in Dan. non eſt autenticum, quia non eſt de ſcriptura canonica. Cætera patent vſque ibi:*

b Ego ſum. *q. d. nullus poteſt effugere iuſtitiam meam.*

† defectionem

c Et ad Se. *Hic conſequenter ponitur pęna tertij, qui non ſolum erat propheta falſus illis qui erant in Babylone, ſed etiam perſequutor Ieremiæ ſcribens de Babylone ſummo Pontifici qui erat in Ieruſalem, vt incarceraret Ieremiam, eo quod ſcripſerat transmigratis ne falſo ſperarent cito reuerti, & hoc eſt qđ dicitur:*

d Pro

cut Sedechiam & ſicut Achab: quos † frixit rex Babylonis in igne: pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum, & loquuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non

a ❡Q. Non opinione, ſed ipſa re cognoui hæc vera eſſe. non poſſunt cœlare, nec iudicij veritatem aſſumere.

mandaui eis. Ego ſum† iudex & teſtis, dicit dñs. Et ad Semeiam Nehelamitem dices: Hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael: Pro eo quòd miſiſti in nomine † meo libros ad omnem populum, qui eſt in Ieruſalē, & ad Sophoniam filiū Maaſiæ ſacerdotem, & ad vniuerſos ſacerdotes dicens: Dominus dedit te ſacerdotem pro Ioiada, vt ſis dux in domo domini ſuper omnem virū †arrepticium & prophetantem, vt mittas eū in neruum, & in carcerē: Et nunc quare nō increpaſti Ieremiā Anathothitē, qui ꝓphetat vobis? Quia † ſuper hoc miſit ad nos in Babylonem, dicens:

a ❡Hoc eſt, quod dolet. quia contra mendacium ſuum Ieremias ſcripſit veritatem.

† Longum eſt, ędificate domos & habitate, & plantate hortos &

a ❡Q. ipſa lectione ſuggillans, quia auderet in Babylonem talia ſcribere.

comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonias ſacerdos † librū iſtū in auribus Ieremiæ prophetæ. Et factum eſt verbum domini ad Ieremiam, dicens: Mitte ad omnem tranſmigrationē, dicēs: Hæc dicit dñs ad Semeiā Nehelamitem: Pro eo, q̄ prophetauit uobis Semeias, & ego non miſi eum, & fecit vos cōfidere in mendacio: Idcirco hæc dicit domi-

a ❡Viſitabo in virga iniquitates eorum.

nus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam Nehelamitem, & ſuper

a ❡Diſcipulos ſuos, quos ſuo errore decepit
b ❡Ne ſedeat in medio quieſcentium, qui cum ſtantibus ſtare noluit.

ſemēns eius. Non erit ei vir ſedens in medio populi huius, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait domi-

a ❡Peccata. ſciam eſſe ſoluta captiuos ſcilicet iam eſſe reuerſuros.

nus, quia † præuaricationem loquutus eſt aduerſus dominum.

## CAP. XXX.

d HOC verbum quod factum eſt ad Ieremiam à domino dicēs: Hęc dicit

d Pro eo quòd mi. lib. *Id eſt literas.*
e Nomi. *Tanquàm nomine veri prophetæ dicens Sophoniæ.*
f Dominus dedit te ſac. *ſcilicet ſummum.*
g Pro Ioiada. *Licèt iſte Ioiada fuiſſet diu ante, tamen ipſum nominat, eo quòd fuerat homo ſanctitatis magnæ & autoritatis, in hoc adulando iſti Sophoniæ. q. d. tu es tantæ ſanctitatis & autoritatis ſicut ille.*
h Vt ſis d. *i. princeps ſacerdotum.*
i Super om. vi. ar. *i. qui prophetat ex virtute dęmonis eius phantaſiam commouentis.*
K Vt mit. *Id eſt in cyppum, ita quòd non poſſit talia ſeminare in populo.*
l Et nunc qua. *Taliter prophetantem in Ieruſalem, & non ſolum in Ieruſalem verbis, ſed etiam in Babylone ſcriptis, ideo ſubditur:*
m Quia ſup. & vt. *ſ. epiſtolam, vt dictum eſt in principio huius cap.*
n Dicens. *In eadem epiſtola.*
o Lon. *ſ. tempus moræ veſtræ in Babylone.*
p Ædifica. *i. diſponite vos ad diutinam manſionem, ſicut expoſitum eſt ſuprà.*
q Legi er. *Ad arguendum Ieremiam de epiſtola quam miſerat. Cætera patent vſque ibi:*
r Ecce. *Vbi ponitur pœna Semeiæ, cū dicitur:*
s Viſitabo. *In perſona eius.*
t Et ſu. *i. perſonis ſibi coniunctis.*
u Non erit. *id eſt habitans.*
x In medio. *ſ. reuertentis in Ieruſalem.*
y Et non vide. bo. *Ipſum de captiuitate liberando.*
z Quia præuari. *Notando Ieremiam de falſitate qui ex ore domini loquebatur.*

## MORALITER.

✻ c *Et ad Semeiam.* Per iſtum Semeiam qui de Babylone ſcripſit in Ieruſalem ſummo ſacerdoti, perſuadens vt reprimeret Ieremiam ab actu prophetandi, ſignantur illi qui ſuggerunt prælatis eccleſiæ, vt auferant poteſtatē prædicandi & confeſſiones audiendi à pauperibus prædicatoribus, vel nimis reſtringant, cum tamen pro ſalute animarum laborare fideliter intendant.

## NIC. DE LY. CAP. XXX.

HOc verb. *Superius Ieremias prophetauit populo aſpera, hic conſequenter prophetat proſpera. Iſtud autem quod erat ſummè proſperum, erat aduentus Chriſti ad ſalutem mundi: cuius figura fuerat ſaluatio populi de captiuitate Babylonica, de qua fecerat mentionem cap. præcedenti inter aſpera quæ nunciauerat, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcerent, & ideo conuenienter poſt ſiguram hic conſequenter denunciat rem ſiguratam, ſcilicet per Chriſtum ſalutem generalem, quod facit in hoc cap. & ſeq. Nec poſſunt conuenienter aliter exponi, niſi referendo ad tempus Chriſti, vt in proſequendo magis apparebit. Ad intellectum tamen ſequentium ſciendum, q̄ prophetæ in ſcribendo non ſeruant ſemper ordinem temporis, ſed frequenter prius facta ſcribunt poſterius, & econuerſo. vnde dicunt doctores Hebræi. Non eſt prius & poſterius in lege: per quam intelligitur vetus teſt. in quo non eſt attendendus ordo temporis ſecūdum ordinem deſcriptionis. Et ideo*

❡ *dicunt*

## MORALITER.

✻ a *Hoc ver.* Iſtud cap. & etiam immediatè ſequens exponunt ad literam Iudæi & etiam aliqui doctores catholici de liberatione Iudæorum à captiuitate Babylonica quantum ad bonos, et flagellatione eorum quantum ad rebelles et malos. Ego vero capitulum vtrunq; literaliter expoſui de liberatione mundi facta per Chriſtum, oſtendendo prout potui, quod non poteſt aliter conuenienter ad literam exponi, propter quod hæc expoſitio ſpiritualis eſt reſpectu aliarum, nec occurrit mihi alia conuenientior hic ponenda.



A a *Vocem terroris &c.* Quidam hunc locum ſecundum Tropologiam ſic exponunt, vt putent illud teſtimonium: A timore tuo domine concepimus & peperimus &c. Et hoc: Filioli mei quos iterum parturio, donec for. in vo. Chriſtus. Huic exemplo comparari poteſt, quod manifeſtū eſt, non ad terrorem, ſed ad gaudium pertinere, cum præſens ſcriptura vaſtationis & ruinæ tempus ſignificet.

b *Væ quia magna.* Prius triſtia nūciantur, vt poſt malorū magnitudinem læta ſuccedant, & magnitudo doloris vertatur in gaudium. Gratior enī eſt ſanitas poſt ęgritudinem, quaſi fugata pace, bello & ſanguine omnia complebuntur: & viri qui debebant pugnare, quaſi mulieres timebunt, nec manibus arma, ſed lumbos quaſi parturiens tenebunt.

c *Et Dauid.* Chriſto. ſ. quomodo enim primus Adam & ſecundus ſcribūtur iuxta corporis veritatem, ſic & Dauid: Chriſtus enim de Dauid ſecundum carnem.

d *Serue me.* Familiariter vocat, ſicut Abraham, Iſaac, Iacob vocantur ſerui Dei. Moyſes quoq; & alij prophetæ, & Paulus in principio epiſtolarū hoc titulo gloriatur.

e *Sed caſtigabo.* Symmachus. Et mundans non mundabo te. Aquila. Cùm te erudiero per iudiciū, nequaquàm innocentem faciam. & hoc eſt: Omnis mundus, principes vel Angeli indigent miſericordia Dei, & nullus quamuis ſanctus ſecurus pergit ad iudicem, contra nouam. ſ. & veterem hæreſim, quæ putat in hac mortali carne in aliquo perfectionem eſſe, & omnes ſimul iuſtorum poſſe virtutes implere.

☞ a *Plaga*

B

## NICOLAVS DE LYRA.

❡ *dicunt doctores Latini, quòd frequenter ſacra ſcriptura loquitur per anticipationem, ſcilicet poſteriora præponendo, & per recapitulationem priora poſtponendo, & hoc modo procedit Ieremias in hoc libro in pluribus locis, vt patet in præcedentibus, & in ſequentibus apparebit. Et in hoc loco ſic procedit, quia primò denunciat Chriſti regnum. Secundò eius aduentum, cap. ſeq. Circa primum ſciendum, quòd licèt homo Chriſtus ab inſtanti incarnationis habuerit dominium ſuper omnia creata autoritatiuè, non tamē exequutiuè. ſed hoc modo accepit in ſua reſurrectione, ſecundum quod dicit Matt. vlt. A. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Et perfectius habebit in iudicio finali, tunc enim omnia erunt ei ſimpliciter ſubiecta. Vnde dicit Apoſtolus ad Heb. 2. b. Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta ei. Iudicium autem finale præcedit Antichriſti perſequutio. Et ideo primò nunciatur hic perſequutio Antichriſti. Secundò dominium Chriſti, ibi: Et erit. Tertiò reſpondetur tacitæ quæſtioni, ibi: Te autem. Circa primum dicitur Ieremiæ.*

a Scribe ti. *q. d. iſta futura ſunt in longinquum, & ſunt digna memoria, ideo ſunt ſcribenda.*

b Ecce enim. *Iſtud non poteſt intelligi de redditione captiuitatis Babylonicæ, nec de aliqua alia ſequenti ſaluatione temporali, quia ſecundum doctores Hebręorum, & ſecūdum veritatem, populus Iſrael prout diuiditur contra populum Iuda, ſicut eſt hic, non eſt reuerſus de captiuitate, nec à Iudæis expectatur reuerſus vſque ad tempus Meſſiæ, quem Iudæi expectant venturum. Et ideo ſecundum nos, qui confitemur eius aduentum præteriſſe, oportet quòd litera iſta aliter intelligatur. Et dicunt aliqui, quod intelligitur de conuerſione ſpirituali Iudæorum ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum, quorum aliqui fuerunt de regno Iſrael, quia Salmanaſar captiuante illud regnum aliqui fugitiui euaſerunt, qui poſtea habitauerunt in regno Iudæ*

dominus Deus Iſrael: Scribe tibi omnia verba quæ loquutus ſum ad te in libro. Ecce enim dies veniunt dicit dominus, & conuertam †conuerſionem populi mei Iſrael & Iuda, ait dominus, & conuertam eos ad terrā quam dedi patribus eorū, & poſſidebunt eam. Et hæc verba quæ loquutus eſt dominus ad Iſrael & ad Iudam. Quoniam hæc dicit dominus: Vocem terroris audiuimus, formido, & non eſt pax. Interrogate & videte ſi generat maſculus. Quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum quaſi parturientis, & conuerſæ ſunt

a ❡Prædicit tempus miſeriæ, ut inferat tempus gaudij.

vniuerſę facies in auruginem? Vę quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius, tempuſq; tribulationis eſt

a ❡Populi Dei. ❡Duodecim tribuum.
b ❡Tempore Euangelij, non ſub Zorobabel vt putant.

Iacob, & ex ipſo ſaluabitur. Et erit in die illa, ait dominus exercituū, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam. Et non dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruiēt domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo quē ſuſcitabo eis. † Tu

a ❡Hæc pericope in LXX. non habetur.
b ❡Dux tribus.

d ergò ne timeas † ſerue meus Iacob,

a ❡Decem tribus.

ait dominus, neque paueas Iſrael.

❡Reducendo.

Quia ecce ego ſaluabo te de terra longinqua, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorū. Et reuertetur

a ❡Secundum illud. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

Iacob & † requieſcet, † cūctis affluet bonis, & non erit quem formider, quoniam ego tecum ſum, ait dñs, vt ſaluem te. Faciam enim con-

a ❡Diſperdendo eas.

ſummationem in cūctis Gentibus, in quibus diſperſi te, te aūt nō faciā

a ❡Quaſi ſponſam.

❡Quaſi non tradidi te pęnæ ſed eruditioni, vt iudicatem quaſi proprios, ne perderem quaſi alienos. qui enim non credit iam iudicatus eſt, id eſt præiudicatus in interitum.

e in cōſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, †vt nō tibi videaris innoxius: quia hæc dicit dñs: † Inſa-

a ❡Non mihi qui fregi.

nabilis fractura tua, peſſima pla-

C

*Iudæ tempore Ezechiæ, & cum illis de regno Iuda in Babylonem ducti fuerunt, & cum redeuntibus redierunt: ſicut dictum fuit plenius. 4. Regum. Quod autem ſubditur;*

c Et conuer. eos. *Intelligitur de terra viuentium, quæ ſub promiſſione facta Abrahæ fuit principaliter intellecta, ſicut dictum fuit plenius. Gen. 15. & in pluribus alijs locis, ſed quia Iudæi qui crediderunt ad prædicationē Chriſti & Apoſtolorum, fuerūt pauci reſpectiuè. Ideo melius intelligitur quod dicitur hic: Et conuertam conuerſionem populi mei Iſrael & Iuda. de generali conuerſione Iudæorum ad Chriſtum detecta falſitate Antichriſti per Eliam & Enoch. Ideo de perſequutione Antichriſti ſubditur:*

† captiuitatem

d Quoniam hæc dicit do. Vocem. *Et connumerat ſe dominus Chriſtus fidelibus ſuis tunc paſſuris eo modo quo dixit. Act. 9. a. Saule Saule quid me perſequeris?*

e Interrogate & vi. ſi ge. maſcu. *Hic accipitur generare pro parere. vnde in Heb. habetur: Si parit maſculus. Et per hoc innuitur anxietas & anguſtia tunc futura Chriſti fidelibus. ideo ſubditur:*

f Quare ergo omnis viri. *i. cuiuslibet Chriſtiani quantumcunq; fortis & firmi.*

g Manum ſuper lumbum &c. *Modus n. mulieris parturientis, eſt ponere manus ſuas ad lumbos ſuos.*

h Et conuerſæ ſunt vniuerſæ fa. *i. in colorem deformem præ anguſtia & timore.*

i Væ quia mag. di. il. *i. tempus illud erit magnum, quantum ad intentionē tribulationis.*

K Nec eſt ſi. *propter qđ dicitur Matt. 24. b. Erit enim tribulatio magna, qualis nūquàm fuit ab initio mundi vſq; modo, neque fiet.*

l Et ex ipſo ſalua. *Omnis prædeſtinatus ad vitam beatam qui nomine Iacob intelligitur, eò quòd ſupplantator interpretatur.*

m Et erit. *Hic conſequenter ponitur dñium Chriſti, qui ſpiritu oris ſui interficiet Antichriſtū, vt dicitur. 2. ad Teſ. 2. b. & magnam partem adhęrentium ſibi. ideo ſubditur:*

D

n Conteram iugum. *ſ. militantis eccleſiæ.*

o Et vincula eius. *i. machinationes eius & deceptiones.*

p Et non domi. ei amp. *ſ. à Deo.*

q Sed ſeruient domi. de. *ſ. Deo patri.*

† inf. 46.3 & 44.a
† ſeruus

r Et Dauid regi ſuo &c. *i. Dei filio incarnato. vnde in translatione Chaldaica, quę apud Hebręos eſt autentica, vt frequenter dictum eſt, ſic habetur: Et obedient Meſſiæ filio Dauid regi ſuo. vnde ſecundum omnes doctores Hebræorum, iſtud intelligitur de Chriſto ad literam.*

s Quem ſu. eis. *i. faciam apparere ad eorum ſalutem. Et etiam quia ad literam Deus pater ſuſcitauit Ieſum à morte.*

t Tu ergo ne timeas. *Confortatio eſt contra tribulationem Antichriſti futuram.*

† paratus erit

u Saluabo te de terra lon. & ſe. tuum &c. *Iudæi n. tunc ſaluandi diſperſi ſunt in longinquis partibus mundi, & ibi captiui.*

x Reuertetur Ia. *ſ. ad Chriſtum, quod non ſolum intelligitur de Iudæis tunc conuertendis, ſed etiam de Chriſtianis ab Antichriſto deceptis, qui poſtea pęnitebunt.*

y Et quieſcet. *A tribulatione, Antichriſto interfecto.*

z Et cun. afflu. et bo. *Hoc refertur ad ſtatum eccleſiæ triumphantis, vbi habetur bonum infinitum & ſecuritas perfecta.*

a Faciam enim conſumma. in cun. Gen. *Quia omnes Gentes ſectas ſuas varias dimittent pro fide Chriſti.*

b Te au. non fa. *Hic reſpondetur quæſtioni tacitæ duplici. ſecūda ponitur ibi: Propterea. Circa primum poſſet fieri quęſtio, quare dñs permittet fideles ſuos ſic tribulari tempore Antichriſti. Et rñdetur, q̄ hoc fiet vt purgentur à peccatis, quæ circa tempora illa abundabunt, ſecundum quod dicitur Matt. 24. a. Et quoniā abundabit iniquitas &c. Et hoc eſt quod dicitur: Te autem. quaſi dicat: quantumcunque futura ſit acerba perſequutio Antichriſti, non tamen deficiet eccleſia. ſed purgabitur. Ideò ſubditur: Sed caſtigabo te in iudici. vt non tibi videa. innoxius.*

† Deſperata

c Inſanabilis fractu. *Quia perſequutio Antichriſti erit irremediabilis via humana.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Plaga.* Aliter amicus, aliter percutit inimicus, aliter pater, aliter hoſtis. Ille enim vt corrigat, iſte percutit vt occidat. Vnde: Domine ne in furore tuo arguas me. Greg. Quoties Deus peccatorem feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit, vt parcat. Cùm verò eius vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagella emittit, ſed nõ parcit. Qui enim flagellum emiſit vt parceret, ad hoc quandoq; emittit vt non parcat. In hac enim vita dominus tantò magis ſtudet vt parcat, quantò magis expectando flagellat. vñ: Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Et alibi. Quem diligit dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. De flagello autem damnationis ſcriptum eſt: In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Et in Ieremia: Plaga inimici percu.

*Pſ. 6. a* — *Apoc. 3. d.* *Heb. 12. b* — *Pſ. 9. c*

† ad ſanitatem, medicinæ curatiuæ non ſunt tibi.

b *Propterea.* Sub Zorobabel hęc facta cognoſcimus, quãdo Aſſyrios. i. Niniuen vaſtauere Babylonij & Chaldæi, & ipſos Mœdi & Perſæ, & Babylon deſtructa eſt. Tunc Sion cœpit habere dominum requirentem, & obducta eſt cicatrix eius. Sed plenius atque perfectius in Chriſto complentur.

c *Ecce ego conuertam.* Quorum typus præceſſit in Zorobabel & Eſdra, quando reuerſus eſt populus, & cœpit ædificari ciuitas in excelſo ſuo, templiq́; obſeruari religio &c. quæ in Eſdra continentur, plenius atque perfectius in Chriſto & in Apoſtolis complentur.

F d *Ludentium.* Non ſecundum illud: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: Sed ſicut Dauid ludebat ante arcam domini.

*Exod. 32. b.* *1. Par. 13. c.*

† amplificabo.

NICOLAVS DE LY.

¶ a Non eſt. *Quia tunc nullus audebit ſtare pro iuſtis ad eos liberandum.*
b Omnes. *Quia principes terreni qui modo defendunt eccleſiam, non audebunt ei oſtendere niſi amicitiam.*
c Plaga. *q. d. tunc videbor aduerſari eccleſiæ, ſicut pater durè caſtigans filiũ, videtur ei inimicari iudicio exteriori.*
d Propter mul. ini. *Quæ tũc abundabit ſupra modum. vt dictum eſt.*
e Dura. *i. dura correctione indigentia.*
f Quid clamas. *quaſi dicat iuſtè tibi infertur.*
g Inſanabi. *ſcilicet via humana. propter quod Chriſtus apponet remedium interficiendo Antichriſtum, vt prædictum eſt.*
h Propte. *Hic ſoluitur ſecunda quæſtio: quia poſſet aliquis quærere, quid faciet Chriſtus de Antichriſto perſequutore, & ſibi adhærentibus? Et reſpondetur quod non euadent diuinam vindictam. Et hoc eſt quod dicitur: Propterea. Non ſolum morte temporali, ſed etiam ęterna.*
i Et vniuer. *A dęmonibus.*
K Obducam n. cic. tibi. *dando ſpiritum pęnitentiæ deceptis ab Antichriſto & eius ſatellitibus.*
l Quia eie. *i. tu eccleſia nomine Sion vocata, Iſa. 2. & Heb. 12. Quæ vocabitur eiecta durante Antichriſti perſequutione.*
m Conuer. *i. ſocietates fidelium ab Antichriſto deceptorum, quia dabitur eis tempus pœnitentiæ.*

† ſe cõgregans. ſcũda quæſtio

ga tua. Non eſt qui iudicet iudicium tuum
¶Quocumq; te vertens, quia verum medicum offendiſti.
† ad alligandam curationem tuam, vtilitas
¶Sacerdotes principes vel Angeli.
non eſt tibi. Omnes amatores tui obliti ſunt
tui, teq; non quęrẽt. Plaga enim inimici per-
¶Quia.
cuſſi te, caſtigatione crudeli. Propter multi-
tudinem iniquitatis tuę † dura facta ſunt pec
cata tua. Quid clamas ſuper cõtritione tua?
¶Non mea voluntate, ſed medicinæ curatione cogente.
Inſanabilis eſt dolor tuus. Propter multitu-
¶Non poſſunt ſanari, niſi puluere mordaciſſimo & ferro acutiſſimo, quo putridas carnes & inſanabiles amputarem.
dinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur. Et qui te vaſtant vaſtabuntur, cunctoſq́; prædatores tuos dabo in prædam. † Obducam enim cicatricẽ tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit dominus: Quia eiectam † vocauerunt te Sion, hæc eſt quæ non habebat requirẽtem. Hæc dicit dominus: Ecce ego conuertã conuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis
¶Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita.
eius miſerebor. Et ædificabitur ciuitas † in
¶Vt quidquid in priori populo carnaliter fiebat, in eccleſia ſpiritualiter compleatur.
excelſo ſuo, & templum † iuxta ordinem ſu-
¶Dicentibus Apoſtolis: Gratia vobis & pax.
um fundabitur. Et egredietur de eis laus,
¶Vt totus orbis credat in Chriſtum.
uoxq́; ludẽtium, & multiplicabo eos & non
¶Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.
minuentur, & † glorificabo eos, & non atte-
¶Apoſtoli.
nuabuntur, & erunt filij eius ſicut à princi-
¶Abraham, Iſaac & Iacob principes Iſraelitici generis.
pio, & cœtus eius coram me permanebit. Et
¶Contrarias poteſtates.
viſitabo aduerſum omnes qui tribulant eũ,
¶Chriſtus de genere Iſrael ſecundum carnem.
& erit dux eius ex eo, & princeps de medio
¶Ego pater. b ¶Chriſtum. ¶Dicens: Ego in patre, & pater in me.
eius producetur. Et applicabo eum, & ac-
¶Q. Nullus poteſt cor ſuum ſic applicare domino, nec ita eſſe patri coniunctus vt filius.
cedet ad me. Quis enim iſte eſt qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi? ait do-
¶Hoc in Hebræo non habetur. b ¶Ex parte hoc in Iſrael impletum cernimus, & ex toto in Gentibus.
minus. Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Ecce turbo domini fu-
¶Dęmonum, vel Dei filium blaſphemantium.
ror egrediens, procella † ruens in capite impiorum conquieſcet. Non auertet iram in-
¶Vt Ieruſalem exercitu circumdetur, & penitus deleatur.
dignationis dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſimo dierum intelligetis ea.

## CAP. XXXI.

¶Impleta cogitatione mea requieſcente furore meo ſuper caput impiorum.
IN tempore illo dicit dominus: Ero Deus
¶Non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum qui mente cernit Deum.
vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi erunt mihi in populum. Hęc dicit dominus:

n Et ędifi. *id eſt eccleſia, quæ eſt ciuium Chriſti vnitas.*
o In excel. *i. in honore magno, quia tunc omnes confugient ad eam.*
p Et templum. *id eſt cultus Chriſti ab Antichriſto deiectus in ſtatum ſuum reformabitur.*
q Et egredietur de eis laus. *ſcilicet diuina.*
r Vox lud. *Non per diſſolutionem, ſed per deuotionem, ſicut dicebat Dauid de ſeipſo. 2. Reg. 6. b. Ludam ante dominum.*
s Et erunt fi. *i. ſicut ante perſequutionem Antichriſti.*
t Et erit dux. *i. Chriſtus verus homo.*
u Et applicabo eum. *Quia Chriſtus homo præ omnibus habet acceſſum ad patrem. Ideo ſubditur:*
x Quis. n. *i. quantæ excellentiæ.*
y Qui ap. *Quia Chriſti hominis voluntas in omnibus conformis eſt voluntati diuinæ.*
z Vt appro. *Pro ſua voluntate, ſicut filius patri.*
a Et eritis. *ſ. Deo patri per filium. Et ſubditur de pœna impiorum.*
b Ecce turbo. *ſ. in die iudicij.*
c In ca. imp. *i. in Antichriſto, qui erit caput impiorum, quãdo fulminabitur. Vel, In cap. generaliter per finalẽ ſententiam, cum dicetur eis: Ite maledicti in ignem ęternum &c. Mat. 25. d.*
d In nouiſ. *Per hoc ſatis innuitur quod Ieremias loquitur de futuris in nouiſſimo temporis. Et quia tunc omnes conuertentur ad vnum Deum, vt prædictum eſt: Ideo ſubditur.*

*In cap. 30. vbi dicitur in Poſtil. Et applicabo eum, & accedet ad me.*

ADDITIO.

Hoc quod dicitur hic: Applicabo eum, & accedet ad me, propriè intelligitur de Chriſto homine, qui ad Deum habet duplicem applicationem ſeu acceſſum, vnũ. ſ. per gratiam, & alium per vnionem perſonalem. Et quia nullus alius habet ſimilem acceſſum duplicẽ, ideo ſubdit: Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi? q. d. Nullus. ſ. qui habeat duplicem acceſſum ſeu adhærentiam ad Deũ modo prædicto. Quod autem dicitur in poſtilla, quod uolũtas Chriſti hominis in omnibus conformis eſt uoluntati diuinæ, uerum eſt: ſed etiam hoc poſſet verificari de voluntate beatorum, & ideo reſpectu huius, non propriè diceretur: Quis enim iſte eſt. vnde prædicta expoſitio videtur magis propria &c.

GLOS. ORDINARIA. CAP. XXXI.

IN temp. Opere completo cognoſcitur artifex, adepta ſanitate medicinæ induſtria. Sic euerſa Ieruſalẽ & abiecto priori populo intelligitur quòd repulſio Iudæorum ſalus ſit Gẽtium. a *Longè*

NIC. DE LY. CAP. XXXI.

IN tem. Ero. *Quod eſt verum ſiue accipiatur Iſrael ſecũdum carnem, quia tunc omnes Iudæi conuertentur ad Chriſtum, vt dictum eſt: ſiue accipiatur ſecundum ſpiritum. ſ. pro omnibus fidelibus, qui nomine Iſrael nominantur. Iſa. 54. f.*
f Hæc di. d. *Hic incipit capitulum in Hebræo per ſpacium vacuum inter literam iſtã & præcedentem immediatè, quæ coniungitur literæ præcedentis capituli, & propter hoc ſic eam* ¶ ordinaui.

n Et



a *Longè do. ap.* quia offenderat dominum Iſrael, dicens: Non A habemus regem, niſi Cæſarem. Et, Venite interficiamus eũ, & noſtra erit hæreditas, & longè receſſerat à Deo: Ideò poſt multum temporis apparuit ei: Non tempore Zorobabel & Eſdræ, cum rurſum capti ſunt, ſed in charitate perpetua dilexit eum, & attraxit eum miſerans: clementia enim, non merito ſaluatus eſt.

b *Plantabunt plantantes.* qui poſt captiuitatem Iſrael ab alienis poſſeſſi ſunt, quibus dicitur: Plantate plantaria, & vindemiate.

c *Reliquias Iſrael.* Quæ ſecundum electionem ſaluantur. Vnde: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen &c.

d *Ecce ego adduc.* Per Apoſtolos & apoſtolicos viros, qui ſunt cuſtodes clamantes in monte Samariæ, quibus præcipitur: Perſonate canite &c.

e *Claudus.* Qualibus per Eliam dicitur: Vſquequo claudicatis vtroque pede? Sed in Chriſto poſtea cucurrerunt. Et qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.

f *In fletu ve. & in &c.* Iudæi hoc putãt eſſe completum, quando ſub Eſdra poſt diem Paſchæ egreſſi ſunt de Babylone, vt reuerterentur in Ieruſalẽ. Sed ibi typus fuit non veritas: neque enim in illo tẽpore vniuerſa hæc fuiſſe completa poſſunt probare. a *Reducam*

NICO. DE LYRA.

¶ *ordinaui. In hoc autem capitulo agitur de pertinentibus ad aduentum Chriſti. Et di-* B *uiditur in tres partes, quia primò agitur de pertinentibus ad Chriſti prædicationem, Secundò de pertinentibus ad eius incarnationem, ibi: Hæc dicit dominus. Tertio de pertinentibus ad legis Euangelicæ lationem, ibi: dies venient. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur figura, Et ſecundo res figurata, ibi: Longè. Circa primum ſciendum, quod ſaluatio populi Iſrael de Aegypto fuit figura ſaluationis fiendæ per Chriſtum, qui deduxit fideles ad terram viuentium per pænitentiæ deſertum, ſicut Moyſes filios Iſrael tranſeundo per deſertum materiale ad poſſeſſionem terræ promiſſæ. Et quantum ad hoc dicitur.*

a Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio. *Omnes enim qui exierunt de Aegypto numerati à viginti annis & ſupra, mortui fuerunt in deſerto, vt habetur Nume. 14. Et pro magna parte mortui fuerunt gladio, vt patet in libris Exod. & Nume. ergo populus qui inuenit gratiam, fuerunt eorum filij, qui ingreſſi fuerunt terram promiſſionis. Ideo ſubditur:*

b Vadet ad requiem ſuam Iſrael. *Et dicit Ieremias, vadet de futuro. Ad deſignandum, quod ille ingreſſus terræ promiſſionis qui præterierat, erat figura ingreſſus in requiem cęleſtem, qui erat futurus, ſecundum quod diffuſè declarat Apoſtolus ad Heb. 3. & 4.*

c Longè do. apparuit mihi. *Hic conſequenter declarat res figurata, ſ. ſalus per Chriſtum pro tunc fienda: quæ facta eſt per eccleſiæ ædificationem. Et quia illud tempus adhuc erat longinquum, ideo dicit Ieremias: Longè dominus apparuit mi. Et ſubdit in perſona Dei reſpondentis per modum Dialogi.*

d In charitate perpetua di. te. *licèt ab æterno dilexerit omnes electos eos prædeſtinando, tamen ſpeciali modo dilexit electos de populo Iſrael inquantum erat de eo carnem aſſumpturus, propter quod iſti populo ſpiritualia contulit dona. Ideo ſubditur.*

e Ideo attraxi te. *Beneficijs ſpecialibus in datione legis, & conſimilibus. propter quod dicitur Pſalm. 147. b. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Veruntamen quia illis beneficijs abuſus fuit, & ſic ab honore cecidit: Ideo ſubditur.*

f Rurſum ædificabo te. *Quod exponens Ra. Sa. dicit, quod ædificationes ciuitatis Ieruſalem & templi per Salomonem, Zorobabel, & Neemiam, ideo corruerunt, quia fuerunt factæ per hominem;* C *ſed iſta, de qua loquitur hic Ieremias, fiet per manum diuinam, ideo ſtabit in æternum: & in hoc dicit verum, ſed quod ſubdit eſt falſum ſcilicet quod in aduentu Meſſiæ quem Iudæi expectant, Deus ædificabit Ieruſalem nouam, quaſi incomparabiliter nobiliorem, quàm fuerit præcedens, in qua Meſſias temporaliter regnabit, & omnes Gentes erunt ſubditæ domino Iudæorum: ſed quod de falſo dicit implendum, iam eſt impletum: quia Chriſtus verus Deus ædificauit eccleſiam, quæ Ieruſalem dicitur. Iſa. ſecundo. & ad Hebr. duodecimo. & Apocal. vigeſimoprimo. a. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem &c. in qua regnat Chriſtus, cuius regnum ſtabit in æternum.*

*Ieruſalem noua, nõ Iudæorum, ſed Chriſti fidelium, vbi & per quẽ ædificanda.*

† A longo tempore

¶ Gentium. in quarum turba ſaluatur eccleſia.
Inuenit gratiam in deſerto popu-
¶Romano, vel furoris domini.
lus, qui † remanſerat gladio: vadet
¶Quamdiu ſperaui, quam prophetarum chorus promiſit.
ad requiem ſuam Iſrael. † Longè
dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te, ideo at-
¶Hoc proprie in eccleſia, delirant enim qui auream atque gemmatam ſuſpicatur Ieruſalem, auaritiam ſuam in myſterio vrbis domini conſecrantes.
traxi te miſerans. Rurſumq́; ædifi-
cabo te, & ædificaberis virgo Iſ-
¶Vt canas Deo in eccleſijs omni carne malorum operum conſumpta.
rael. Adhuc ornaberis tympanis
¶Cum Gentium turbis.
tuis, & egredieris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in
¶Non in vallibus & humilibus locis.
montibus Samariæ. Plantabunt plantantes, † & donec tempus ve-
niat non vindemiabunt: quia erit
¶Domini: ¶Apoſtoli & apoſtolici viri.
dies in qua clamabunt cuſtodes
¶Cuſtodiæ.
in monte Samariæ & in monte
¶Vbertatis. b ¶Qui iacetis humilia relinquite, figurales hoſtias ſpernite. Sacrificium Deo ſp. con.
Ephraim: Surgite & aſcẽdamus in
¶Eccleſiam, in qua ſpeculatio Dei, cum autem in eã aſcenderimus, aſcendemus ad dominum.
Sion ad dominum Deũ noſtrum:
hæc dicit dominus: Exultate in læ-
¶Qui eſtis Iacob. b ¶Ad caput Gentium cuncta referente, quia cauda verſa eſt in caput.
ticia Iacob, & † hinnite cõtra caput
Gentium, † perſonate, canite, & di-
¶Hoc ſcilicet.
cite: Salua domine populũ tuum,
¶Scilicet. Non totum.
reliquias Iſrael. Ecce ego adducã
¶De incredulitate & frigore dominicæ charitatis. b ¶Quaſi ventus duriſſimus nomine auſter.
eos de terra aquilonis, & cõgregabo eos ab extremis terræ. Inter
¶Cæci vident, claudi ambulant &c. ¶Prius infidelitate illuminatus eſt poſtea Chriſti fide.
quos erunt cæcus & claudus &
¶Eccleſia. b ¶Deo filios. ¶Scilicet.
prægnans & pariens ſimul: cœ-
¶Ad fidem.
tus magnus reuertentium huc. In
¶Præ gaudio.
fletu venient, & in miſericordia

g Et ædificaberis vir. Iſrael. *id eſt plebs fidelium quæ Iſrael nominatur: Iſa. 44. a. Et nomine Iſrael pronominabitur, ſic eſt in Hebræo: ſed tranſlatio noſtra habet, aſſimilabitur.*
h Adhuc orna. tym. tuis. *quia ad literam in eccleſia conueniunt fideles ad ſonitum campanarum ad Deum laudandum. Ideo ſubditur:*
i Et egredieris in choro ludentium. *Non diſſolutè, ſed deuotè, ſicut cùm vnus chorus cantat alacriter contra alium.*
k Adhuc plantabis vineas in montibus Samar. *Quod non poteſt intelligi de redeuntibus à Babylonica captiuitate, quia nunquam recuperauerunt terram illam, ſed illam occupabant Gentes aliunde adductæ, quæ dicebantur Samaritani. Et ideo intelligitur de Samaritanis credentibus ad prædicationem Chriſti, vt habetur Iohan. quarto. Et ad prædicationem Apoſtolorum, vt habetur Act. octauo. Fideles autem nomine vinearum deſignantur, vt patet in pluribus locis ſacræ ſcripturæ. Et licèt tota eccleſia dicatur vna vinea propter fidei vnitatem, dicitur tamen etiam aliquando plures propter Gentium & locorum & perſonarum diuerſitatem.*
l Et donec tempus et cæt. *Vindemiare eſt fructum vineæ colligere, fructus autem vltimus huius vineæ eſt beatitudo perfecta, quæ non habetur in præſenti vita, ſed in futura.* D
m Quia erit dies etc. *Id eſt prædicatores.*
n In monte Ephraim. *Id eſt in eccleſia. Ephraim enim creſcens vel frugifer interpretatur. Et etiam ad literam in partibus illis prædicauit Chriſtus, & etiam Apoſtoli.*
o Surgite aſcendamus. *Proficiendo de bono in melius.*
p In Sion. *id eſt in eccleſiam militantem & triumphantem, quæ Sion nominatur. Iſa. 2. a. & ad Hebræos. 12. f.*
q Exultate in lætitia Iacob. *Id eſt populi Chriſtiani ſic nominati, quia Chriſtus & Apoſtoli & quaſi omnes fideles primi deſcenderunt de Iacob.*
r Et hinnite contra caput Gentium. *Id eſt contra diabolum qui tenebat Gentes ſibi ſubditas per idololatriam, quam Apoſtoli pro magna parte deſtruxerunt per ſuam prædicationem: verumtamen quia non omnes adhuc credunt Chriſto, Ideo ſubditur.*
s Salua domine populum tuum reliquias Iſrael. *Et dicuntur hic reliquiæ Iſrael omnes credituri generaliter, & Iudæi circa finem mundi conuertendi ſpecialiter. Et ſequitur reſponſio Dei:*
t Ecce ego adducam eos de terra aquilonis, et congregabo eos ab extremis terræ. *Quia de omnibus mundi partibus aliqui adducti ſunt ad fidem Chriſti, & plenius adducentur circa finem mundi.*
u Inter quos erunt cęcus & claudus et prægnans et pariens ſimul: cœtus magnus reuertentium, et cætera. *Id eſt habentes impedimenta veniendi ad fidem Chriſti, quæ tollentur. Poteſt etiam dici ad literam, quòd multi per Chriſtum & Apoſtolos & eorum ſucceſſores fuerunt illuminati corpore & mente, & erecti & ſanati ab infirmitatibus conſimilibus, non ſolùm corporalibus, ſed etiam ſpiritualibus.*
x In fletu venient. *Scilicet veræ contritionis.*
y Et in miſericordia reducam eos. *Quia non negatur verè contritis.*

¶ a Et addu-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Reducam*. Lxx. in ſolennitate Paſchæ.i.in ferijs dominicæ paſſionis, cum Chriſtus crucifixus omnia traxit ad ſe.

b *Et Ephraim*. Ephraim qui eſt typus Gentilis populi. fuit enim poſterior filius Ioſeph, & ſurripuit Mannaſſe primo-
Gen.48.b. genita, qui natura primus erat: ſed in myſterio crucis tranſuerſis manibus, qui ſtabat ad ſiniſtrã Iacob, dextræ ſuſcipit benedictionẽ: & qui ad dexteram, ſiniſtra benedictus, in ſecundum gradum eſt reda-
Ibidẽ.27.b. ctus. Et quomodo Iacob Eſau, ſic Ephraim Manaſſe rapuit primogenita. Et omnis populus decem tribuum vocatus eſt Ephraim, quia Ieroboam filius Nabath ex hac tribu in Samaria primus regnum obtinuit &c.

c *De manu poten*. Aduerſariæ poteſtatis, quæ natura fortior: nos autem fi-
Marci. 3.d. de fortiores, ſi tamen liberamur ab eo qui alligat fortem, & domum eius diripiat.

d *Animam ſacerdo*. Qui habent ſcientiam Dei, de quorum ore interrogãt legem, qui credunt in eum qui eſt ſacerdos in ęternum.

e *Pinguedine*. Vnde dominus in valle Geth ſemani, id eſt pinguedinis cõ-
Matt.26.d. †Redemit prehenſus eſt.

f *Vox in*. Quidam Iudæorum hunc locum ſic exponunt, ꝙ capta Ieruſalem ſub Veſpaſiano, per hanc viam infinita captiuorũ milia directa ſint. Alia verò ꝙ ſub Adriano, vrbe euerſa, innumerabilis, populus cuiuſque ætatis & ſexus in mercato Terebinthi venundatus ſit, & idcirco Iudæis eſſe execrabile mercatum celeberri-
Mat.2.c. mum viſere. Lxx. Vox in Rama audi-
† non dolebunt amplius. ta eſt, lamentationis & fletus & luctus, Rachel plorãs filios ſuos: noluit
Quæſtio conquieſcere: quia non ſunt. Matthæus autem nõ iuxta Hebraicum, nec iuxta Lxx. protulit teſtimoniũ.
F Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos: & noluit conſolari quia nõ ſunt. Vnde perſpicuum eſt Euangeliſtas & Apoſtolos nõ ex Hebraico interpretationẽ alicuius ſequutos, ſed tanquam Hebræos quod legebant Hebraicè ſuis ſermonibus expreſſiſſe.

g *Rachel plorãs*. Rachel mater Ioſeph,
Gen.35. cùm veniret Bethleẽ, ſubito partus dolore correpta, peperit filium, quẽ obſtetrix (quia moriebatur) vocauit Bennoni, pater autem vocabulum mutans Beniamin.id eſt filium dextræ appellauit. Quæritur ergo quomodo Matthæus teſtimonium prophetæ ad interfectionem paruulorũ tranſtulerit, cum perſpicuè de decẽ tribubus ſcriptum ſit, quarum princeps Ephraim & Ephrata nõ in tri-
†ſup.3.g. bu Ephraim, ſed in tribu Iuda ſit? p ſa eſt enim Bethleem: & cõueniunt nomina, Bethleem namque domus panis, Ephrata verò vbertas. Sed qa Rachel in Ephrata, id eſt in Bethleem eſt condita, ſicut ſcriptura ſancta & titulus ſepulchri eius teſtatur, flere dicitur pueros iuxta ſe interfectos.

a *Et reuertentur*

a ¶Non in perfidia Iudæorum.
a reducam eos: Et addũcam eos per a
a ¶Apoſtolos & Apoſtolicos viros aqua viua plenos quos implet flumen Dei repletum aquis & gratia. b ¶Fidei vel Chriſti, in qua qui ambulauerit non impinget.
torrẽntes aquarum in viâ recta, & b
a ¶Quia cæci eſſe deſierunt, quibus dictum eſt: Si cęci eſtis non habetis peccatum.
non impingẽnt in ea: quia factus c
a ¶Vbi abundauit peccatum, ſuperabundat & gratia.
b ſum Iſrâeli pater, & Ephraim pri- d
a ¶Perſpicue vocatio Gentium demonſtratur.
mogenitus meus eſt. Aûdite ver- e
bum domini Gentes, & annunciate in inſulis quæ procul ſunt, & di-
¶.ſ.hoc.
a ¶Non ergo potentiæ hoſtium ſed domini voluntatis.
cite: Qui diſpẽrſit Iſrael, congrega- f
a ¶Qui ponit animam ſuam pro ouibus ſuis.
bit eum, & cuſtodiet eum ſicut pâ-
a ¶Precio ſanguinis ſui.
ſtor gregem ſuũ. † Rẽdimet enim g
dominus Iacob, & liberabit eum h
¶Liberati.
c de manu potentioris, & venient & i
¶Liberatorem ſuum. ¶Eccleſia.
laudabunt in monte Sion, & con- k
a ¶Rerum omnium abundantiam, quæ non in frugibus & cibis carnalibus, ſed in virtutum varietate ſentitur. b ¶De quo conficitur panis Dei & ſanguis eius
fluent ad bôna domini † ſuper fru-
a ¶Vnxit te dominus Deus tuus oleo læ. præ conſor. tuis. b ¶Simplicium in eccleſia.
mento, vino & ôleo & fœtu pecõ- l
a ¶Quæ cornibus aduerſarios ventilant. b ¶Quoniam non corporis ſunt hæ benedictiones.
rum & armẽntorum: eritq; animâ
a ¶Paradiſus domini in delicijs.
eorum quaſi hôrtus irriguus, & m n
a ¶Habentes ſaturitatem omnium rerum.
†vltrà nôn eſurient. Tunc lætabi- o
a ¶Deſpondi enim vos vni viro. virgi caſtam exhibere Chriſto. b ¶Qualibus dicit idem Iohannes: Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt.
tur virgô in choro, iuuẽnes & ſenes p
a ¶Vt quos crux terruit, lætificet reſurrectio.
ſimul. Et conuẽrtã luctum eorum q
a ¶Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur.
in gaudiũ, & côn ſolabor eos, & læ-
a ¶Vt fide feruentes tanquam muſto pleni loquantur.
tificabo à dolore ſuo. Et inêbriabo r s
d e animam ſacerdotum pinguedine,
a ¶Inebriatis ſacerdotibus doctrina domini & dicentibus: Calix tuus inebrians quàm præclarus eſt.
êt populus meus bonis meis † ad-
a ¶Hic ex parte, in futuro ex toto implebuntur.
implêbitur, ait dominus. Hæc di- t
f cit dominus: † Vox in excelſo au- u
dita eſt, lamentationis fletus & lu-
g ctus, Rhachel plorantis filios ſuos, x

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et adducam eos per.i. *per ſacramenta eccleſiæ in quibus dantur aquæ gratiæ, Ioh.4.b. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſi-*
Mat.3.c. *tiet in æternum &c.*

b In uia.i. *in fide catholica.*

c Quia factus Iſrael pater. *id eſt populo catholico generaliter, & cõuerſis à Iudaiſmo ſpecialiter.*

d Et Ephraim primogenitus meus eſt. *Quia primi vocati ad fidem catholicam, vt Andreas Petrus & Philippus & Nathanael, vt habetur Ioh.1. fuerunt de regno decem tribuum: quod nomine Ephraim frequenter in ſcriptura nominatur, eo ꝙ primus rex.ſ. Ieroboam fuit de tribu Ephraim. 3. Reg.11. Et quia poſt Iudæos primò credentes quamuis pauci fuerint comparatiuè, vocati ſunt Gentiles. Ideo ſubditur:*

e Audite etc. Qui diſ.i. *diſpergi permiſit per varias ſectas & errores.*

f Congregabit eum. *In vnitate fidei catholicæ. Et nomine Iſrael intelligitur quæcunq; Gens ad fidem prædeſtinata, vt dictum eſt ſuprà.* G

g Redimet enim do. Iacob. *ſanguine proprio.*

h Et liberabit eum de manu potentioris, *i. dęmonis, de quo ſcribitur Iob.41.d. Nõ eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei.*

i Et uenient & laudabunt in mõte Sion, *i. in eccleſia militante & triumphante ſic nominata, vt dictum eſt ſupra.*

k Super frumento vi. & oleo. *Per quæ parabolicè intelliguntur bona ſpiritualia, quæ non capiuntur ab hominibus, niſi ſub ſimilitudine corporalium: propter quod ſcriptura veteris, ac noui teſtamenti frequenter parabolicè loquitur. Et eſt ibi ſenſus literalis: non ille qui per voces immediatè ſignificatur, ſed qui per res ſignificatas intelligitur, ſicut cùm dicitur Iudic.9.b. Ierunt ligna ad rhamnum &c. Senſus literalis non eſt de arboribus, ſed de Abimelech & Sichimitis hominibus. Et ſic in propoſito per frumentum & vinum intelligitur Euchariſtiæ ſacramentũ, quod ſub ſpecie panis & vini conficitur: & per oleum gratia quæ in hoc ſacramento & alijs confertur.*

l Et fœtu pecorum & armentorum. *id eſt multiplicatione fidelium, ſecũdum quod dicitur Pſal.94.b. Et nos populus paſcuæ eius. Et dicuntur hic pecora minores, & armenta maiores.*

m Eritque anima eorum quaſi hortus irriguus. *Ex ſacramentis nouæ legis, ex quibus aquæ gratiæ effluunt in animam.*

n Et vltrà non eſurient. *Iſtud propriè refertur ad ſtatum eccleſiæ triumphantis, vbi appetitus totaliter ſatiatur.*

o Tunc lætabitur vir. *id eſt virgines.*

p In choro. *ſ. angelorum, ad quorum ſocietates homines aſſumuntur.*

q Et conuertam luctum eorum in gaudium. *perfectum & æternum.*

r Et inebriabo: *Id eſt implebo.*

s Animam ſacerdotum pinguedine. *id eſt gloriæ plenitudine, quia non gloriantur tantum de gloria propria, ſed etiam illorum qui ſaluati ſunt eorum doctrina. propter quod vltra communes ſanctos dicitur habere aureolam.* H

t Hæc dicit dominus. *Hic conſequenter ponuntur aliqua ad incarnationem Chriſti pertinentia. Et primò ponitur illud quod reſpicit eius ortum. Secundò, conceptum, ibi: Statue tibi. Tertiò paſſionis effectum, ibi: In diebus illis. Prima in duas: in partem principalem, & incidentalem, ibi: Et eſt ſpes. Circa primum ſciendum, quòd audita Chriſti natiuitate, Herodes voluit eum interficere, vt habetur Matthæi ſecundò. Et quia non cognoſcebat eum determinatè, interfecit omnes pueros à bimatu & infra, qui erant in Bethleem & finibus eius, vt dicitur ibidem. Et tunc impleta fuit hæc ſcriptura, ſecundum quod expreſsè dicit ſanctus Matthæus ſpiritu ſancto illuminatus: propter quod catholici eam aliter exponentes nimis Iudaizant extortè exponentes, quas expoſitiones propter prolixitatem & inutilitatem omitto. Eſt igitur ſenſus:*

u Vox in excelſo audita eſt. *In Hebręo habetur: Vox in Rama audita eſt, ſicut allegat Matthęus. Sed ſciendum, quòd Rama eſt nomen æquiuocum, quia vno modo eſt proprium nomen loci, qui eſt iuxta Gabaa. Et eſt alio modo nomen appellatiuum. & ſic ſignificat excelſum. Non poteſt autem hic accipi prout eſt nomen proprium loci, quia Rama non eſt propè Bethleem, ſed bene diſtans: & per Ieruſalem intermediam. Et ideo Hieronymus tranſtulit nomen appellatiuum, dicens: In excelſo. Ad deſignandum magnitudinem clamoris mulierum, quarum filij interficiebantur.*

x Rachel plorantis filios ſuos. *Rachel enim ſepulta fuit iuxta Bethleem, vt habetur Geneſis trigeſimoquinto. Et ideò dicebatur mater ciuitatis Bethleem & totius territorij: ſicut apud nos ſancti, quorum corpora requieſcunt in eccleſijs, dicuntur patroni non ſolum illarum eccleſiarum, ſed etiam ciuitatum & territorij adiacentis. & ſic dicitur plorare in filiabus ſuis, id eſt in matribus puerorũ, ſicut & ſancti dicuntur compati*



A a *Et reuertentur*. Melius hoc de paruulis intelligimus, quòd mercedem habeãt effuſo ſanguine pro Chriſto: & pro terra Herodis inimici, teneant regna cęli: & reuertentur in ſedem priſtinam, pro corpore humilitatis recipientes glorioſum. Hæc eſt ſpes nouiſſima, quando fulgebunt iuſti ſicut ſol, & infantes reſurgent in virum perfectum.

b *Eruditus ſum*. Q. Correctio proficit in ſalutem. & quæ ad præſens videntur eſſe triſtitiæ, poſt reddit fructum pacis.

c *Percuſſi fœmur*. Quid in fœmore, niſi voluptas carnis accipitur? Et quid eſt quod ait: Poſtq̃ oſtendi. niſi quòd poſtquã ſuperna ſpiritualiter vidit, omne quod inferius in ſe carnaliter viuebat extinxit, vt quantò ſumma pateſcerent, tantò ima nõ placerẽt? Nam quantò incipit quiſq; ſuperius viuere, tanto inchoat inferius interire. Vnde: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.

d *Quoniam ſuſtinui*. Per ignorantiam ætatis dicit ſe pecaſſe, vt facilius veniam cõſequatur. vnde: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Et in ſequentibus. Deus paruulũ eum vocauit & delicijs affluentem, propter diuitiarum.ſ. magnitudinem & terræ fertilitatem.

e *Si filius honorabilis &c.* Pœnitentiã agente Ephraim, & dicente: Erudiſti me domine, & eruditus ſum &c. Reſpondit dominus: & plenè conuerſum tali ſuſtẽtat oraculo: Si filius honorabiliſis &c.

f *Puer delicatus*. De quo: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, cõuerſi ſunt in die belli. Delicias autem accipiamus ſecũdum illud: De-
B lectare in domino, & dabit tibi pe. cor. t. pro quo in Græco & in Hebræo habetur: Delicijs afflue.

g *Idcirco con*. Q. Auido animo ſuſcepit verba mea & ſeruauit, ſed tamen miſerabor eius, quia & hominum iuſtitia, Dei indiget miſericordia.

h *Statue tibi &c.* Prouocat ad ſatisfactionem, vt conſideret in quãtis deliquit: & agens pęnitentiam ad priſtinam gratiam reuertatur, ſecundũ illud: Memẽto vnde excideris, & age pęnitentiã, & prima opera fac. Tropologicè autem quemq; admonet, vt prouida diſcretione circũſpiciat, & quaſi de arce contemplationis priuſquam culpa veniat deprehendat. Statue. Greg. Speculam ſibi ſtatuere, eſt ventura vitiorum certamina ex alta conſideratione prænoſcere. Sibique electi mens amaritudines ponit, quando etiam in virtutum pace conſtituta, dum mala inſidiantia conſpicit, ſecura quieſcere non conſentit. Primò autem ne mala quælibet agat: Secundò vero cõſiderat, ne bona incautè faciat: & poſtquam praua ſubegerit, ipſa etiam recta ſibi ſubijcere contendit, ne ſi mentis dominiũ tranſeat, in elationis culpam vertatur. Ex bonis enim incuriæ vitio mala naſcuntur, ex doctrina arrogantia, ex iuſtitia crudelitas, ex pietate remiſſio, ex zelo ira, ex manſuetudine torpor, & huiuſmodi. Dirige inquit cor tuum in viam rectam. Via recta eſt ſemita mandatorum Dei, in qua ambulandum, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinandum.

i *Dirige cor tuum*. Dirigit cor ſuum in viam rectam, in qua ambulauit, qui mentem ſuam in cęleſtis viam iuſtitiæ, qua in baptiſmo ambulaturũ ſe ꝓmiſit, & ſ m doctrinã ſcripturarum pergere

& nolentis † conſolari ſuper eis, a
quia non ſunt. Hæc dicit dominus: b
¶O Rachel.
Quieſcat vox tua à ploratu, & ocu- c
a ¶i. reſpexit dominus priora opera tua.
li tui à lachrymis: quia eſt mẽrces
a ¶Filij de toto orbe ſaluati. ¶In aduentu Chriſti.
a operi tuo, ait dominus. Et rẽuerten d
¶Diaboli. a ¶Ne in præſenti dolore torquearis.
tur de terra inimici, & eſt ſpẽs in e
nouiſſimis tuis, ait dominus, & f g
a ¶Quos habuerunt patres eorum Abraham, Iſaac & Iacob.
reuertentur filij tui ad tẽrminos h
a ¶Decem tribus, quibus primus imperauit Ieroboam, qui fecit vitulos aureos.
ſuos. Audiẽs audiui Ephrâim † trãſ- i
migrãtem. Caſtigaſti me domine, k
a ¶Hoc eſt, multo labore & verberibus eruditus ad pœnitentiam non profecit.
b & † eruditus ſum, quaſi iuuẽnculus indomitus. Cõuerte me & con- l m
a ¶Ipſam quam agimus pœnitentiam ſolius Dei implemus auxilio.
uertar, quia tu domin⁹ Deus meus.
a ¶Non ante per me.
Pôſtquàm enim conuertiſti me egi n o
a ¶Pœnitentiam alias ſententiam, vel tui notitiam.
pœnitentiam, & poſtquàm oſtẽn- p
a ¶Signum dolentis & plangentis errorem priſtinum.
c diſti mihi, percũſſi fœmur meum. q
a ¶Memoria peccatorum.
d Cõfuſus ſum, & erûbui, quoniam r
ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ
a ¶Q. Contra naturæ ordinem domini dignatione primogeniti ſuſcepit honorem.
e meæ. † Si filiûs honorabilis mihi s
a ¶Merito. b ¶Alij quia verba mea fuerunt in eo: Non in ore.ſ. ſed in corde.
f Ephraim, ſi puer dẽlicatus, quĩa ex t u
¶Correcto.
quo loquutus ſum de eo, adhuc re- x
a ¶Quia verba mea cordis affectu ſeruauit. b ¶Simile dicit Hoſee. Conturbata ſunt viſcera mea, non faciam furorem iræ meæ.
g cordâbor eius. Idcirco cõnturba- y
ta ſunt viſcera mea ſuper eum, mi-
a ¶Hiero. De verbis domini humano ſenſu argumentari ſacrilegium eſt.
h ſerâns miſerebor eius, ait dñs. Sta- z
a ¶Vnde prænuncietur tibi tanta fœlicitas. ¶Pro antiquis peccatis, vel pro magnitudine candij.
tue tibi † ſpẽculam, pone tibi ama- a
i ritudines. Dirige cor tuũ in viam b

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *tur compati afflictis quorum ſunt patroni. Iudæi autẽ aliqui dicunt, ꝙ cum Iudæi ducerentur captiui in Babylonẽ, & trãſirent iuxta ſepulchrum Rachel, vox de ſepulchro miraculoſè ꝓdiens, fuit audita implorando Dei pietatẽ pro illis qui captiui ducebantur. Et hoc dictum poſui ſuper Gen.48. non aſſerendo, ſed tantum referendo, quia ficticium videtur. Tum quia diſſonat à dicto Euangeliſtæ. Tum quia non eſt veriſimile, quin tantum miraculum fuiſſet expreſſum.4. Regum vlt.2. Paral. vel in fine huius libri. in quibus locis deſcribitur deductio illorum captiuorum, quia Iudæi fuerunt valde ſoliciti ſcribere ea quæ erãt ad honorem ipſorum.* C

a Et nolentis conſolari. *conſolatione humana.*

b Quia non ſunt. *ſcilicet amplius viuentes præſenti vita. propter quod ſubditur conſolatio diuina.*

c Quieſcat uox tua &c. quia eſt merces operi tuo. *id eſt filijs tuis, qui dicuntur & ſunt opera parentum. per mortem enim illam reportauerunt martyrij pręmium. Quia tamen morientes quantuncumque iuſti deſcendebant ad limbum inferni, Ideo ſubditur:*

d Et reuertentur de terra inimici. *Iſta reuerſio fuit in Chriſti reſurrectione: quia tunc ſanctos de inferno eduxit, & in eius aſcenſione, quando eos ad cæleſtia adduxit.*

e Et eſt ſpes. *Hic incipit verſus in Hebręo, & eſt pars incidentalis. Occaſione enim cõſolationis Rachelis de pueris occiſis, qui dicebantur eius filij ratione ſepulturæ, vt dictum eſt, conſequenter huius occaſione datur ſibi conſolatio de filij ſuis ſic dictis ratione geniture. Ephraim enim per quem intelligitur regnum decem tribuum, vt prædictum eſt, deſcendit de Rachel per Ioſeph filium ſuũ: & de conuerſione illorum ad Deũ ſit hic mentio, cùm dicitur: Et eſt ſpes.ſ. futuræ beatitudinis.* † plangentem, vel cõſolantẽ ſeipſum.

f Nouiſſimis tu. *id eſt filijs tuis reſiduis.*

g Et reuertentur filij. *ſcilicet tui.*

h Ad terminos ſuos. *Id eſt, ad eccleſiam militantem, quæ eſt terminus in præſenti vita: & triumphantem, quæ eſt terminus in futura. Et hoc fuit impletũ partim in Apoſtolis alijsque credentibus ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum, qui fuerunt de regno decem tribuum. Et perfectius implebitur circa finem mundi in conuerſione eorum generali.* D

i Audiens audiui Ephraim tranſmigrantem. *quaſi dicat ex tunc diſpoſui eum reuocare ad fidem competenti tempore. Et ſubditur in perſona iam conuerſorum, & in fine mundi conuertendorum.*

k Caſtigaſti me. *per flagellationem in captiuitate.*

l Quaſi iuuenculus indomitus. *In Hebræo habetur: Quaſi vitulus indomitus. Et nominatur ſic ille populus, quia adorabat vitulos aureos, ſecundum illud Pſal.113.c. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: quos ad hoc fecit Ieroboam.3. Reg.12.*

m Conuer. me. *Non enim poteſt aliquis ad fidem Chriſti venire, niſi gratia Dei ipſum præueniente, ſecundum quod dicit Ioh.6.e. Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. Ideò ſubditur:*

n Poſtq. enim con. *tua gratia præueniendo.*

o Egi pœni. *Ad te fructuosè reuertendo.*

p Et poſtquam oſtendiſti mihi. *Illuminando tenebras erroris mei.*

q Percuſſi fœmur meum. *Paſſiones meas refrenando.*

r Confuſus ſum. *De hoc quòd tandiu te prouocaui. Et ſubditur miſericordia Dei recipientis, cùm dicitur.*

s Si filius honorabilis mihi Ephraim. *Et ponitur hic ſi pro quia. quia quilibet reuertens ad Deum, veraciter efficitur honorabilis in conſpectu eius.*

t Si puer de. *In Hebræo habetur. Solatioſus.i. materia ſolatij, ſecundum illud Lucæ 15.b. Gaudium eſt angelis in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.*

u Quia ex quo loquutus ſum. *Reuocando ad meritum.*

x Adhuc recordabor. *Dando ſibi præmium.*

y Idcirco conturbata. *i. pietate commota ſunt viſcera mea ſuper eum.*

z Statue. *Hic conſequenter agitur de Chriſti conceptu. Et diuiditur in duas partes, quia primo deſcribitur hæc conceptio. Secundò ſubditur fidei dilatatio, ibi: Hæc dicit. Circa primum præmittitur diſpoſitio populi ad Chriſtũ, quæ eſt vera pęnitẽtia, ſcd̃m qđ Iohannes eius ꝓcurſor dicit Matt.3.a. Pœnitentiã agite, appropinquabit enĩ regnũ cęlorum. Et quãtum ad hoc dicitur: Statue ti.i. explorando propriam conſcientiam.* Diuiſio

a Pone tibi. *id eſt contritionis dolorem.*

b Dirige cor tuum in viam. *ſcilicet iuſtitiæ.*

¶ a In qua.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E rarum pergere decernit, nec per deuia erroris, nec per luxus ſeculi declinare conſentit.

a *Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciui. tuas iſtas.* Licèt hæc quidam iuxta hiſtoriam ad reuerſionem Iudæorum de Babylonia in terram ſuam referant, vt ædificēt ciuitates dirutas, & ſedes antiquas ſecundum illud: Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini &c. Mihi tamen aptius videtur ad noui teſtamenti tempus cuncta referre, in quo virginis partus vniuerſo mundo edidit Saluatorem, vt virgo Iſrael quam ſibi dominus deſpondit in iuſtitia & in iudicio & miſericordia poſt pollutiones priſtinas reuertatur ad ciuitates eccleſiæ, & deſinat vagari per luxus ſeculi.

*infra. 50.b* † directā

† vertes te huc & illuc filia rebellis?

b *Adhuc dicent.* Chriſtianis ſcilicet temporibus, quibus captiuitatem populi ſui dominus conuertit.

c *Benedicat tibi.* Hæc ſub Zorobabel ex parte videntur eſſe completa: plenitudo autem vaticinij ad Chriſtum refertur, cuius primo aduentu ſpiritualiter hæc facta ſunt. In ſecundo verò vniuerſa complebuntur. Iuxta nos ſpiritualiter, iuxta Iudæos & noſtros Iudaizantes carnaliter.

d *Quia inebriaui.* Mutatio perſonarum, obſcuram facit intelligentiam prophetarum: Dixerat dominus: adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda &c. quibus dicentibus reſpondit: Quia inebriaui animam laſſam. Quo dicente, reſpondet populus de captiuitate reuerſus: ideo expergefactus ſum &c.

*Pſal. 3.b.* † habitaculum

e *Ideò qua.* Vt imitarer dicentem: Ego dormiui & ſomnum cepi &c. Ideò qu. Quia .ſ. per gratiam Chriſti, qui de ſopore mortis reſurrexit in gloria, propheta de ſomno tędij & triſtitiæ diuina reuelatione ſuſcitatus, ſomnum quietis & pacis Dei promiſſionibus conſolatus inuenit. Vnde: Si dormieris non timebis, quieſces & ſuauis erit ſomnus tuus. Iuxta literam enim ſecurus dormit & vigilat, quieſcit & ambulat, qui ſe innocentem ante Deum, & iuſtè viuere meminit. Sed & iuſtus cū in morte dormierit, non ſolum potentias malignorum ſpirituum non metuit, ſed etiam in pace quieſcit, & ſecurus dormit, & diem reſurrectionis expectat.

F *Prou. 3.c.*

f *Ecce dies* Oēs huiuſcemodi re. pmiſſiones iuxta Iudęos & nr̄os Iudaizātes in mille annorū regno expectant. Nos autē in primo aduentu Chriſti ſpiritualiter ex parte completa defendimus, quia nunc in ſpeculo videmus, & neſcimus

† triſtem impleui

¶Quia per eam rediturus.
†rectam in quā ambulaſti. Reuertere virgo Iſrael, reuertere
¶Quas captiua deſeruiſti.
ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequo
¶Q. Reſpice quid dicturus ſum, & vnde tibi erit tua beatitudo ſperanda, audiui inauditum, Quia creauit do. no.
† delicijs diſſolueris filia
¶Nota, quia natiuitas Saluatoris & conceptio Dei dicitur creatio.
vaga? Quia creauit dominus
¶Maria.
nouum ſuper terram: fœmi-
¶Gremio vteri. ¶Abſque viri ſemine. ¶Ecce vir oriens nomen eius. ¶A conceptu, quia iuxta incrementa ætatis, per vagitus & infantiam proficere videbitur ſapientia & ętate, ſed perfectus vir in ventre fęmineo ſolitis menſibus continebitur.
na circumdabit virum. Hęc dicit dominus exercituum Deus
¶Fideles.
Iſrael: Adhuc dicent verbum
¶i. eccleſia. ¶Confeſſionis. ſ.
iſtud in terra Iuda, & in vrbi-
¶In terram ſuam.
bus eius, cùm cōuertero capti-
¶Qui vere eſt pulchritudo iuſtitiæ & mons ſanctus, in quo qui habitauerit, nullas timebit inſidias.
uitatem eorum. Benedicat ti-
¶Speciosus forma præ filiis hominum.
bi dominus † pulchritudo iuſti
¶Venite aſcendamus ad montem domini. ¶Abſque iniquitate:
tiæ, mons ſanctus. Et habita-
¶Confitentes.
bunt in eo Iudas, & omnes ci-
Eccleſiæ Gentium, quas tenet vna fides catholica, quæ eſt ciuitas regis magni. ¶Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. ¶Prædicatores.
uitates eius ſimul, agricolæ, &
¶Subditos. ¶In bono, ſecundum illud: Comedite amici & inebriamini chari. &c. Hac ebrietate inebriatus eſt Ioſeph cum fratribus ſuis in meridie.
minantes greges: Quia inebria
¶Sitientem. Qui ſitit veniat ad me, & bi.
ui animam laſſam, & omnem
¶Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.
animam † eſurientem ſaturaui.
¶Qui laſſi fuerant & eſurierant, inebriati atque ſaturati, gratias agentes reſpondent. ¶Vel expergefactus ſum.
Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus
¶Chriſtum ſuſcitantem & dicentem: Surge qui dormis &c.
ſum, & uidi, & ſomnus meus
¶Noui teſtamenti.
dulcis mihi. Ecce dies veniunt
dicit dominus, & ſeminabo
¶Catholicam eccleſiam.
domum Iſrael & domum Iu-
¶Iudæorum, ſcilicet diuina lege inſtitutorum. ¶Rationabilium.
da ſemine hominum, & ſe-
¶Gentilium ſ. quia non eſt perſonarum acceptor Deus, nec eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. ¶Simplicium. ¶Vt facerem quæ animatus ſum.
mine iumentorum. Et ſicut
¶Omnes Gentes propter originalia peccata & actualia.
† vigilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, & diſſi-
¶Vt euellas & deſtruas & diſperdas & ædifices & plantes.
parem, & diſperderem, & affligerem: ſic vigilabo ſuper eos,

*Pſal. 131.* † ſollicitus fui.

## NICOL. DE LYRA.

a In qua. *In patribus antiquis qui fuerāt iuſti. Ra. Sa. dicit q̄ hęc eſt vera litera Hebraica: Statue tibi ſpeculam: Pone tibi palmas. Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaui. Quod ſic poteſt exponi: Statue tibi ſpeculā. Specula eſt locus altus, vnde pōt à longè quis videre. Eſt ergo ſenſus: Statue tibi ſpeculam. q. d. myſterium incarnationis adhuc longè diſtat, ſicut dicitur in principio huius cap. Longè dominus apparuit mihi. Pone tibi palmas conſiderando innocentum victorias, qui palmā martyrij obtinuerunt titulo Chriſti nati, vt dictum eſt parte præcedenti. q. d. Iſtæ palmæ erunt ſignum natiuitatis Chriſti impletæ. Dirige cor tuum in viam rectam. i. legem Euangelicam, quæ nullam patitur diſtorſionem, ſicut lex Moſaica patiebatur, quæ permittebat libellum repudij & vſuras cum extraneis, Deuter. 23. & 24. In qua ambulaui, in natura humana aſſumpta: ſecundum quod dicitur Act. 1. a. Cępit Ieſus facere & docere.*

b Reuertere virgo. *id eſt plebs prædeſtinata ad fidem.*

c Ad ci-

c Ad ciuitates tuas iſtas. *id eſt ad eccleſiam militantem & triumphantem, quæ ciuitates dicuntur in veteri & nouo teſtamento, vt dictum eſt ſuprà.* G

d Vſquequo delicijs diſſolueris. *carnaliter viuendo.*

e Filia va. *per diuerſa vitia.*

f Quia creauit dominus nouum. *id eſt incarnationis myſterium. Et loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et ponitur ibi, quia, tamquam redditiuum cauſæ reſpectu præcedentis ſententiæ. q. d. debet dimitti vita carnalis adueniente Chriſti incarnatione, & inchoari ſpiritualis.*

g Fœmina circundabit virum. *quod fuit impletum in Maria, quæ Chriſtum virum perfectum ſcientijs & virtutibus ab inſtanti incarnationis in vtero ſuo circundedit.*

h Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. *Hic conſequenter ponitur dilatatio fidei Chriſtianæ, quæ ſequuta eſt ad Chriſti conceptum & ortum, cum dicitur:*

i Adhuc dicent verbum iſtud in ter. *Nomine Iudæ intelligitur omnis verè confitens Deū, ad literam etiam ſecundum expoſitores Hebræorum, vt declaratum eſt ſupra. 24. Et ſic terra Iuda eſt terra credentium Chriſtum & confitentium.*

k Cum conuertero captiuitatem. *De ſeruitute peccati ad gratiæ libertatem.*

l Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ et mons. *Sic enim orant fideles, vt eccleſia, quæ eſt pulchritudo iuſtitiæ & mons ſanctus, multiplicetur in bonis ſpiritualibus & temporalibus, quæ multiplicatio in ſacra ſcriptura frequenter dicitur Dei benedictio.*

m Et habitabunt in. *id eſt in eccleſia quæ dicitur mons ſanctus, vt habetur ſupra capitulo ſecundo.*

n Iudas. *id eſt quilibet fidelis confitens Chriſtum, vt dictum eſt.*

o Et omnes ci. *i. fideles: quia ponitur hic continens pro contento, ſicut frequenter accipitur ciuitas pro populo in ea contento: ſicut cum dicitur. Talis ciuitas fecit hoc.* H

p Agricolæ et minantes. *i. paſtores eccleſiæ maiores & minores laborantes in agro dominico, & gregem domini paſcentes.*

q Quia inebriaui. *Id eſt gratia repleui.*

r Animam laſſam: *Id eſt prius ſub peccato afflictam.*

s Ideò quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum. *Verbum eſt Ieremiæ, qui de tribulationibus quas viderat venturas ſuper populum ſuum fuerat quaſi ſomno depreſſus, ſed audita redemptione fienda per Chriſtum fuit quaſi excitatus, ſicut de Iacob dicitur Geneſis. 45. g. Quaſi de graui ſomno euigilans, & cętera. audito quòd Ioſeph filius ſuus adhuc viueret.*

t Et ſomnus meus dulcis mihi. *Id eſt verſus in dulcedinem propter conſolationem ſuperuenientem.*

u Ecce dies veniunt. *Id eſt tempus noui teſtamenti, quod dicitur dies, ad Roma. 13. d. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.*

x Et ſeminabo domū Iſrael, & domum &c. *Id eſt eccleſiam quæ eſt domus credentium & confitentium Chriſtum.*

y Semine hominum & ſemine iumentorum. *Id eſt ſapientum & ſimplicium. Et hoc modo etiam exponit Rab. Sa. & in eccleſia videmus ſimplices ſapientibus permixtos & multiplicatos. Poteſt etiam hoc intelligi ſpecialiter de credentibus ex Iudæis, quorum aliqui fuerunt ſapientes & literati etiam à principio, ſicut Nathanael & Paulus, & plures alij: & aliqui ſimplices, vt Petrus, Andreas & Matthæus: & circa finem mundi adhuc magis multiplicabuntur credentes de Iudæis, ſimplices & literati.*

z Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, et diſſiparem, et diſperderem, & affligerem. *In captiuitate Babylonica & Romanorum.*

a Sic vigilabo ſuper eos. *Quod impletum eſt in his qui iam crediderūt in Chriſtum, & amplius implebitur in credituris ante iudicium.*

a In diebus



A ſcimus ſicut oportet nos ſcire, aut in ſecundo complenda credimus, cum domin' in maieſtate ſua apparebit, & plenitudo Gentium ſubintrauerit, vt omnes Iſrael ſaluus ſit: & non ex parte per ſingulos, ſed ſit Deus omnia in omnibus.

a *Omnis homo qui.* Grego. Quid enim vua acerba, niſi peccatum? vua quippe acerba eſt fructus ante tempus. Quiſquis enim præſentis vitæ delectationibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus comedere feſtinat. Qui igitur vuā acerbā comedit, dentes eius obſtupeſcunt: quia qui præſentis mundi delicijs paſcitur, in terrenis ſenſus eius ligant, vt iā ſpiritualia mandere. i. intelligere nequeant: quia vnde in exterioribus delectati ſunt, inde in intimis obſtupeſcūt: & dum peccato anima paſcitur, panē iuſtitiæ edere nō valet, quia ligati dētes ex peccati cōſuetudine, iuſtū qđ intus ſapiant, non poſſunt edere.

b *Obſtupeſcent dentes.* Dentes comedētium non poſſunt ſuauitatem ſentire. De qua dicitur: Guſtate & videte, Qm̄ ſuauis eſt dominus. Quicumque ſcripturas nō intelligit, vt veritas habet, vuam acerbam comedit. Vnde hæretici panem qui de cęlo deſcendit comedere non poſſunt, quia obſtupeſcunt dentes eorum: non auſteritate ciborum, ſed vitio dentium.

c *Ecce dies.* Hoc teſtimonio Paulus, ſiue quis alius ſcripſerit epiſtolā ad Hebræos, vſus eſt: omneſq; deinceps eccleſiaſtici viri in primo Saluatoris aduentu dicunt vniuerſa completa, & nouum teſtamentum. i. Euangelium ſucceſſiſſe veteri, legem quoq; literæ, lege ſpiritus commutatam: vt omnia ſacrificia, & circūciſio, & ſabbatum ſpiritualiter complerentur. B

d *Et non docebit.* Vt non quærant Iudaicos magiſtros & mandata hominum, ſed doceantur à ſpiritusancto, ſi tamē templum Dei fuerint, & ſpiritus Dei habitauerit in ipſis, qui ſpirat vbi vult, & diuerſas hēt gratias. Notitia tamen vnius Dei, omnium virtutum poſſeſſio eſt.

e *Omnes enim cogno.* Quia omnes erūt in contemplatione veritatis. Vnde: Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate, tunc autem facie ad faciem. Et alibi: Videbimus eum ſicuti eſt, non ſicut homines vident. ſ. vel viderunt, quando apparuit in ſpecie qua voluit, non in natura qua in ſemetipſo etiam cum videretur latuit.

f *Qui dat ſol.* ſecundum Gene. Sol in cęlo poſitus eſt in lumine diei, luna & ſtellæ in lumine noctis. In Pſalm. quoq; legitur: Dies diei eructat verbū, & nox nocti indicat ſcientiā, qa inuicē ſibi dies & noctes ſuccedunt.

g *Si defecerint &c.* Si cęli peribunt, & ſicut veſtimentum veteraſcent, quomodo ſemen Iſrael poteſt eſſe perpetuum? Cęli autem peribunt. Vnde Iacob filijs ait: Venite & annunciabo vobis quid futurum ſit in nouiſſimis diebus. in quo patet mūdum non eſſe perpetuum. Vnde: Cęlum & terra tranſibūt. Et alibi: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Vel aliter. Allego. Quamdiu mundus iſte fuerit, ſemē Iſrael permanebit: non in his qui increduli ſunt, ſed qui in Apoſtolis & per Apoſtolos crediderunt, vt reliquiæ ſaluæ fierent.

h *Si menſurari.* Q. Quomodo rerū maximè cęleſtium aſtrorum non poteſt ordo mutari, & maris fluctus voluuntur ad littora, & fragor gurgitum auditur terribilis, nec vltra pręceptū progreditur: Vnde: Terminum poſuiſti eis quem non tranſgredien. &c. Sic ſemen Iſrael domini voluntate perpetum erit, nec aliquando ceſſabit. C

*Pſal. 103.b.*

a Ecce dies

¶Dei enim agricultura, Dei ædificatio eſt i. ¶Morte Chriſti placatus & effuſione ſanguinis eius.
vt ædificem & plantem, ait dominus. † In diebus illis. non dicent vl-
¶Gilleberttus hoc explanando Ezechielem plene gloſſauit. ¶Vitia & peccata.
trà: patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupue-
¶Dominus enim mortem non facit, ſed peccatum. vnde: Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Q. Non peccatis patrum, ſed proprijs offendit Iſrael. & fide in Chriſtum poſt tempora multa ſaluabitur.
runt, ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur. Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius. † Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœ-
¶Teſtamentum. ſ. quod per ſpiritumſanctum ſcribitur in cordibus fidelium. ¶Veteris teſtamenti, quod in tabulis lapideis ſcriptum eſt duræ nationi & incredulæ.
dus nouum. Non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus
¶Quaſi familiaris.
veſtris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, pactum quod irri-
¶Ideo. ¶Iuſte vlciſcendo.
tum fecerunt: † & ego dominatus ſum eorum, dicit dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam
¶Poſt crucem, i. reſurrectionem & aſcenſionem.
cum domo Iſrael. Poſt dies illos,
¶De Sion lex, & verbum domini de Ieruſalem.
dicit dominus, dabo legem meam
¶Lex Dei eius in corde ipſius. ¶Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.
in viſceribus eorum, & in corde
¶Poſt hæc
eorum ſcribam eam: † & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vltrà vir proximum ſuū, & vir fratrem ſuū, dicens: Cognoſce dominum. Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait do-
¶In primo aduentu.
minus: quia propitiabor iniquitati eorū, & peccati eorū non ero memor amplius. Hæc dicit dominus: Qui dat ſolem in lumine diei, † ordinem lunæ & ſtellarum, in lumine noctis: qui turbat mare, & ſonant fluctus eius. Dominus exercituum nomen illi. Si defece-
¶Conſtitutio & ordo naturæ.
rint leges iſtæ coram me dicit do-
¶Sicut cœli non peribunt, ſic ſemen Iſrael domini voluntate perpetuum erit, nec aliquando ceſſabit.
minus, tunc & ſemen Iſrael deficiet, vt non ſit Gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit dominus:
¶Vt magnitudo eorum cognoſcatur.
Si mēſurari potuerint cęli ſurſum,
¶Vt ratione comprehendantur: Q. Sicut hoc impoſſibile eſt, ita illud. & ſi audierimus Iudæos hoc teſtimonio gloriari aſſentiamus, q̄ non abiectum ſit vniuerſum ſemen Iſrael, ſed tantum infideles.
& inueſtigari fundamenta terræ deorſum, & ego abijciā vniuerſum

## NICO. DE LYRA.

a In diebus illis. *Hic ponitur effectus paſſionis Chriſti. Currebat enim tempore Ieremiæ iſtud prouerbium apud Iudæos de filijs pro peccato parentum punitis.*

b Patres comederunt vuam ace. etc. *& iſtud durauit à principio mūdi vſq; ad paſſionem Chriſti, quia pro peccato primorum parentum omnes deſcendebāt in infernum, ſed in paſſione Chriſti qua aperta eſt ianua cęli, illa punitio eſt amota. Et ideo prouerbiū iſtud non habet locum in illis qui facti ſunt membra Chriſti per baptiſmum. Ante verò paſſionem Chriſti pueri per circumciſionem liberati à peccato originali ibi deſcendebāt, & omnes quantumcunq; iuſti. Ideò dicitur: In diebus illis. ſed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur. i. pro iniquitate ſua damnabitꝰ pęna æterna: ſed pęna temporali aliquando puniuntur filij pro parentibus ſecundum ordinem iuſtitiæ, in quantum ſunt quædam res vel partes parentum.*

† Heb. 8.c.

c Ecce dies. *Hic conſequēter ponuntur quędam pertinentia ad legis Euangelicæ dationem. Et quia leges ciuitatibus ponūtur, ideo ponitur primò huius legiſlatio. Secundò, ciuitatis fidelium ædificatio, ibi: Ecce dies. Circa primum dicitur: Ecce dies veniunt, id eſt tempora noui teſtamenti.*

*Diuiſio*

d Et feriam domui etc. *i. fidelibus Chriſtū confitentibus generaliter, & credentibus de Iudæis ſpecialiter, ſecundum quod dicitur. Act. 13. g. de Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei &c.* D

† ſup. 24.c. Heb. 9.d.

e Fędus nouum etc. *i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri teſtamento vocatur fœdus & pactum.*

f Non ſecundum pactum etc. *quia illa lex fuit timoris, iſta autem amoris.*

g In die qua apprehendi &c. *i. in tpe. Quinquageſima enim die ab exitu de Ægypto data fuit lex in monte Sinai, vt patet in Exod.*

h Pactum quod irritum fecerunt. *ipſum multipliciter tranſgrediendo, vt patet libris Iudicum, Regum, & Paral.*

i Et ego dominatus ſum eorum. *pro trāſgreſſionibus eos puniendo. Et ſubditur conditio nouæ legis, cùm dicitur: Sed hoc erit &c.*

k Poſt dies il. *id eſt poſt curſum veteris teſtamenti.*

l Dabo legem meam &c. *Quia Chriſtus legem Euangelicam non ſcripſit in pellibus vel tabulis materialibus, ſed in humanis cordibus. Et potiſſimè quando ſuper credentes miſit ſpiritumſanctum in die Pētecoſtes. Ideo ſubditur:*

m Et non docebit &c. *Quia illi omnes immediatè à Deo fuerunt edocti de pertinentibus ad legem nouam, & poſtea multi alij ſancti habuerunt ſcientiam à Deo infuſam: & ſi iſtud generaliter intelligatur, ad ſtatum triumphantis eccleſiæ refertur, vbi omnes immediatè vident diuinam eſſentiam.*

n Hæc di. dominus qui dat ſolem in. *ordinate diſponens omnia.*

o Si defecerint le. iſt. *Rebus naturalibus à me impoſitæ. q. d. ſicut ſunt ſtabiles, ita fideles ſtabunt coram me. quod perfectè impletur in eccleſia triumphante.*

p Si menſurari potuerint &c. *id eſt ſicut non poſſunt menſurari, ſic non abijciam vniuerſum ſemen Iſrael, quia aliqui iam ſunt vocati ad fidem à tempore Chriſti, & plenius vocabuntur alij circa finem mundi.*

a Ecce dies

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

E a *Ecce dies.* Qui mille annorum regnum in Iudæa expectãt, conantur oſtendere a turre Ananehel vſque ad portam anguli collem Gareb & Goatha &c. ſanctuarium domini, id eſt templum, eſſe condendum, manſurumque in perpetuum. Quod quia tempore Zorobabel non poſſunt monſtrare completum, tranſeunt ad Chriſti ſui tempora: quem in conſummatione mundi dicũt eſſe venturum, vt aurea Ieruſalem deſcendat de cęlo, & hoc terræ ſpatio ædificetur per circũitum. Hoc aũt inde conijciũt, qa à turre Anathot, quæ appellat̃ Ieremiæ, tribus à Ieruſalẽ ſeparata milibus, vſque ad torrentẽ Cedron fundamenta ciuitatis iaciãtur. Dicunt Ananehel filium Sellum patruelẽ fuiſſe Ieremiæ, cuius emit agrum, & hic eſt inquiunt turris Ananehel, ignorantes Hebraicam veritatem: Hic enim Ananehel per nun mediam literam ſcribitur, ibi autem Ananchel, per men literam.

b *Vſq; ad.* In angulo duplex paries iũgitur. Ciuitas ergo dñi à turre Ananehel vſq; ad portam anguli ædificari dicit̃, quia eccleſia à celſitudine gratiæ inchoans vſq; ad ingreſſum ſuſceptionemq; conſtruitur Iudaici populi & Gentilis. Vſq; ad po.an. &c. Licèt eccleſia initiũ habere videatur ſublime, in hac tamen vita rectam veritatis lineã nõ poſſunt anguli poſſidere. In angulo enim ſumus dum viuimus, fractis quoq; lineis exit vltra funiculum menſuræ contra portam anguli ſuper collẽ Gareb, qui incolatus aut ſcabies interpretatur, in quo aduenę & peregrini & auribus prurientes, & nouitatẽ peſſimæ doctrinæ facilè ſuſcipientes ſignificantur.

G c *Et circum.* Quod Lxx. gyrum interpretati ſunt, electis ſ. viuis lapidibus qui voluuntur ſuper faciem terræ, & conſtringuntur lapide angulari: & omnem Phagarim vallem, quod interpretatur ruinarum. Et cineres, ſubaudi circumibit, vt q̃uis videamur nobis in collibus eſſe, ſemp̃ tñ timeamus ruinas, & conſideremus cineres, & dicamus pęnitentes: Cinerem tãquam panẽ manducabã, & vniuerſam Sedemoth, quod Hieronymus vertit in regionem mortis, vnũ nomen in duo diuidẽs. Sade, n. regio, & Mooth interpretat̃ mortis. Regio autem mortis regio peccatorum eſt, q̃ pergit vſque ad torrentem Cedrõ, vbi dominus traditus eſt, qui tenebræ interpretatur. Vide quanta loca habeat eccleſia, & q̃ ſine macula & ruga in cęleſtibus tandem futura ſit. Audis angulos & ſcabiem, audis ruinas & cineres, & regionem mortis & tenebras, nec vnquam glorieris. Denique ſequitur:

d *Vſque ad angu. por. equo.* Nulla enim vera iuſtitia vel certa victoria in hoc ſeculo. Ipſe quoque angulus portæ quamuis orientalis vnde lumen egreditur, equorum appellatur, vt doceat nos indigere curſu atque certamine, vt tãdem cum domino audire mereamur: Aſcendiſti equos tuos, & equitatio tua ſalus. In porta orientali & in porta quadrigarũ ſanctificatio domini eſt, vt tunc nos perfectos eſſe arbitremur, cum dixerimus: Currus Dei decem milia mul. mi: læ. dñs in eis in Sina in ſancto, hęc ædificatio manebit in æternum.

ſemen Iſrael propter omnia quæ ^a fecerũt, dicit dominus. Ecce dies veniunt dicit dominus: & ędificabit ciuitas domino à turre Ananehel, vſq; ad portam anguli. Et exibit vltra normam mẽſuræ, in conſpectu eius ſuper collem Gareb, & circumibit Goatha, & omnem vallem cadauerum, & cineres † & vniuerſam regionem mortis, vſque ad torrentem Cedron, & vſque ad angulum portæ equorum orietalis. † Sanctum domini non euelletur, & non deſtruetur vltrà in perpetuum.

a Eccleſia. ¶Glorioſa dicta ſunt de te ci. dei. Et alibi: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. b ¶Obedientiæ vel gratiæ.

a ¶Lxx gyrum.

a ¶Theodotio ipſum Hebræum poſuit Phagarim; vel ruinarum alia litera.

† ſimul cũ omni Sedemoth.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ecce di. *Hic conſequenter agitur de ciuitatis ædificatione, & ſecundum quod dicit hic Ra. Sa. & bene quantum ad hoc, non poteſt intelligi de ædificationibus factis per Salomonem & Neemiam, quia nõ fuerunt tantæ amplitudinis, ſicut iſta deſcribitur. Item quia in fine dicitur: Sanctum do. non. Ciuitas autem ædificata per Salomonem fuit deſtructa per Chaldæos, & templum in ea exiſtens, & ciuitatem reædificatã per Neemiam, & templum deſtruxerunt Romani. Et ideo dicit q̃ Ieremias loquitur de reædificatione Ieruſalem & templi in aduentu Meſſiæ, quo tempore expectant Iudæi Ieruſalem & templum à Deo reædificari materialiter multo precioſius & latius quam vnquam fuerit. Sed hoc dictum fundatur ſuper erroneum fundamentum. ſ. q̃ aduentus Chriſti ſit futurus, qui iam trãſijt in præteritum. propter quod Hiero. & alij expoſitores noſtri dicunt, q̃ non põt intelligi ad literam de ędificatione Ieruſalẽ materialis, ſed ſpiritualis quæ ædificata eſt à Chriſto ex viuis lapidibus. ſ. Chriſti fidelibus, ſecundum quod dicitur Apoc. 21. a. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem &c. cuius ędificatio hic parabolicè deſcribitur: Ecce dies ve. i. tẽpus noui teſtamenti. Et ædifi. ciui. i. eccleſia. de qua dicitur Pſ. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. A turre Ananehel. Ananehel interpretatur gratia Dei. Per turrem igitur Ananehel metaphoricè deſignãtur Apoſtoli & alij credentes primi, qui ad modum turris fuerunt ſolidati per gratiam ſpirituſſancti deſcendentis ſuper eos in die Pentecoſtes in ſigno viſibili. & iſti lapides primarij fuerunt Iudæi: ſed quia poſtea fuerunt Gentiles ad fidem deuotè veniẽtes eis in hoc ędificio coniuncti, Ideo ſubditur: Vſque ad portam anguli. Sicut enim duæ lineæ coniunguntur in angulo, ſic Iudæi & Gentiles in Chriſto: propter quod dicitur lapis angularis. Et quia eccleſia militans non ſolum habet in ſe iuſtos, ſed etiam peccatores quantum ad numerum, licèt non quantum ad meritum, ideo ſubditur: Exibit vltra normam menſuræ. ſ. ad recipiendum peccatores, quod exprimitur magis in ſpeciali, cum ſubditur: Super col. Gareb. per quod intelliguntur ſuperbi Deo abominabiles. Gareb enim interpretatur ſcabies. Et circumibit. Quod interpretatur Gens peccatrix. Et omnem val. Per quam intelligũtur carnales. Et cine. i. peccatores pęnitentes, ſecundum illud Iob. vlt. a. Ago pænitentiam in fauilla & cinere. Et vniuer. reg. i. generaliter omnes peccatores in regione vmbræ mortis habitãtes. Vſq; ad tor. qui interpretatur tenebræ, quia peccatum mentem obtenebrat. Et quia multi de peccatoribus ad lucem gratiæ reuertuntur, & ardẽtiores in Dei obedientia efficiũtur, ideo ſubditur: Et vſq; ad ang. portæ equ. Et dicuntur hic equi qui aguntur inſtinctu ſpirituſſancti, ſecundum quod dicitur ad Rom. 8. c. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. & ad iſtos ſe habet ſpirituſſanctus, ſicut ſeſſor ad equum. Sanctum do. non. &c. quia cultus Dei ab eccleſia nõ tolletur, ſed permanebit vſq; ad finem mundi: & tunc non deſtruetur, ſed magis perficietur in patria, vbi erit laus iugis & perpetua, ſecũdum illud Pſ. 83. b. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Licèt autem hoc ſit bene dictum, videtur tamen mihi ſaluo meliori iudicio, q̃ locus iſte poſſit exponi de reædificatione Ieruſalem per Adrianum Imperatorem poſt deſtructionem factam ſub Tito & Veſpaſiano, in qua ædificatione murus Ieruſalem fuit dilatatus intantum, q̃ loca dominicæ paſſionis & ſepulturæ ſunt ibi incluſa, vt dicit Hugo Floriacenſis & alij hiſtoriographi, quæ tamen erant extra Ieruſalẽ per Romanos deſtructam, vt patet Ioh. 19. & ad Heb. 13. Et illam tradidit Aelius Adrianus Chriſtianis habitãdam, prohibens ne aliquis Iudæus habitaret ibidem. Sic ergo poteſt exponi litera:*

F *Aedificatio ciuitatis Ieruſalem.*

H

a Ecce dies etc. et ædifi. ciuitas. *ſcilicet Ieruſalem.*

b Domino. *id eſt ad honorem domini, quia ſoli Chriſtiani ibi habitare fuerunt permiſſi, vt dictum eſt.*

c A turre Ananehel uſque ad portam. *Ab antiquo fuit in Ieruſalem quædam turris & quædam porta ſic nominatæ, vt habetur Neemiæ. 3. & 4. Reg. 14. Et inter illa duo loca erat quaſi lõgitudo ciuitatis: & quia in latere aquilonari fuit dilatatus murus, vt dictum eſt, ideo ſequitur:*

d Et exibit ul. *ſcilicet antiquam clauſuram.*

e Normam menſu. *ſ. Ieruſalẽ, ad includendũ loca p̃dicta. Ideo ſubditur:*

f Super collem Gareb. *id eſt montem Caluariæ, vbi Chriſtus fuit paſſus: vnus enim & idem locus aliquãdo nominatur pluribus nominibus: ſicut mons Sinai nominatur etiam mons Oreb & mons Dei.*

g Et circumibit Goa. *Iſte videtur ille locus qui Ioh. 19. dicitur Golgotha. ſic enim frequenter variantur nomina locorum per longitudinem temporum, ſicut Ioh. 4. nominatur Sichar ille locus, qui vocatur Sichem Gen. 33.*

h Et omnem vallem cadaue. *ſic nominatam, quia ibi puniebantur ad mortem iudicati, quorum cadauera ibi remanebant. Et eadem ratione dicitur regio mortis & cinerum, quia ibi fiebant diuerſæ punitiones, & ibi aliqui comburebantur, quorum cineres remanebant.*

i Vſque ad torrentem Ced. *ſcilicet excluſiuè. Dilatatio enim muri prædicta pertingit propè torrentem Cedron, ſecundum deſcriptionem ciuitatis factam ab illis qui viderunt eam.*

k Et vſque ad angulum por. equo. *ſic nominatæ, quia equi per illam adducebãtur pro adaquatione in torrente Cedron. Et dicitur orientalis, ad differentiam alterius portæ quæ dicebatur porta equorum, quæ erat prope templum ſic nominata, eo q̃ homines equitare poterant vſque ad locũ illum, ſed inde dimiſſis equis procedebant peditando vſque ad templum, ſicut dictum fuit Neemiæ. 3. Et iſta erat in parte occidentali ciuitatis, ſicut & templum: illa verò magis in parte orientali.*

l Sanctum domini non euelletur, & non deſtruetur. *i. ſepulchri ędificium quod Saraceni capientes ciuitatem non deſtruxerunt, ſed magis honorificè reſeruauerunt vſque hodie, ſicut dicunt illi qui viderunt, & in ſcriptis reliquerunt.*

*In cap. 31. vbi dicitur in Poſtilla: Et ſic in propoſito per frumentum & vinum.*

### ADDITIO. I.

¶ Sicut per frumentum et vinum intelligitur hic Euchariſtiæ ſacramentum, ſic per oleum in hoc loco debet intelligi oleum, quod eſt materia ſacramentorum confirmationis et unctionis extremæ. Quod autem per oleum intelligatur gratia, hoc magis uidetur pertinere ad ſenſum myſticum.

In eodem



A *In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Tunc lætabitur virgo. i. virgines.*

### ADDITIO II.

¶ Quod hic dicitur: Tunc lætabitur virgo, non eſt neceſſarium, q̃ exponatur per plurale. ſ. dicendo virgines: poteſt. n. propriè exponi de beata virgine, quæ antonomaſicè dicitur virgo. Illa. n. excellentiori modo quàm cæteri beati lætatur in choro, non ſolum angelorũ, ſed ẽt ſanctorũ oĩum, de quibus ſubdit: Iuuenes & ſenes ſimul. vt per iuuenes intelligantur ſancti noui teſtamenti, qui nouiter veniunt: & per ſenes ſancti veteris teſtamenti, qui ſimul lætantur in eccleſia triumphanti, de qua agitur, vt poſtillator dicit. Et quia tam virgo prædicta, quam dicti ſancti iuuenes, & ſenes, antequam ad ſtatum beatitudinis perueniſſent, fuerunt in luctu huius ſeculi & dolore, ideo ſubdit: Conuertam luctum eorum in gaudium.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Quod ficticium videtur, tamen quia diſſonat à dicto Euangeliſtæ.*

### ADDITIO III.

¶ Rationes quas poſtillator allegat contra expoſitionẽ fictitiã Iudæorũ de hac prophetia: Vox in rama audi. eſt &. veræ ſunt, ſed nõ accipiuntur ab eis. De prima patet, nam ipſi non accipiunt veritatem Euangelij. De ſecunda verò: nam dicunt q̃ hoc miraculum ſatis exprimitur in iſto loco per Ieremiam, quod dicunt ſufficere ad publicationem huius miraculi, præſertim cum Ieremias fuit poſt captiuitatẽ decem tribuum, & vr̃ narrare hic iſtud factum de ploratu Rachel tanquam præteritum. Sed eſt alia ratio valida contra eos. ſ. ex hoc qd ſequitur. Hæc dicit do. Quieſcat vox tua à ploratu &c. Qualis. n. erat conſolatio matri ſeu mulieri ploranti de cęde præſenti, ſeu de captiuitate tantæ multitudinis filiorum etiã ſi certificaretur de hoc, q̃ poſt multa curricula annorũ reuerteretur poſteritas illorum captiuorum ſeu occiſorum ad propriam patriam ſeu ad terminos ſuos, prout ipſi exponunt hoc quod ſequitur. Eſt merces operi tuo, & reuertentur de terra inimici. quod intelligunt implendum in aduentu Meſſię per eos inaniter ſperati: quo tempore ſecũdum eos deſcendentes à prædictis captiuatis ſeu occiſis reuerterentur ad terram promiſſionis. Ridiculum. n. videtur, & dictamini rõnis oĩno inconſonum, q̃ aliqua mulier flens & dolẽs de nece & ſtrage filiorum præſentialiter facta, conſoletur et quieſcat à fletu per hoc q̃ certificaretur de reſtitutione deſcendentium ab illis poſt decurſum duorum millium annorum vel circiter. Nã ſecundum Phil. in 1. ethi. 15. c. Ex fortunijs vel infortunijs viuorum ſi aliquid redundat ad mortuos, fragile et paruũ eſt. Qd quidẽ inconueniens nõ ſequitur ad verã expoſitionẽ catholicorum, ſecundum quã illi filij in propria perſona qui fuerunt occiſi, ſunt reuerſi de terra inimici. ſ. Herodis, ad terminos ſuos. ſ. ad regna cœli, quæ eſt vera ſpes nouiſſima, de qua ſubdit: Et eſt ſpes nouiſſimis tuis. C

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Dabo legem meam in viſceribus eorum.*

### ADDITIO IIII.

¶ Cum lex noua ſit ipſum Euangelium, de quo Iohan. 20. dicitur: Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, videtur q̃ lex noua ſit ſcripta, non indita. Sed ad hoc dicendum prout in prima ſecundę. q. 106. art. 1. in cor. q. q̃ lex noua principaliter eſt ipſa gratia Spirituſſancti, quæ datur fidelibus, de qua ad Roma. 8. a. Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati et mortis. Habet tamen lex noua quædam ſicut diſpoſitiua ad gratiam Spirituſſancti prædictã, quæ continentur in Euangelio, ſicut ea quæ pertinent ad manifeſtandam diuinitatem vel humanitatem Chriſti, vel ea quæ pertinent ad contemptum mundi: et iſta ſunt ſecundaria in lege noua, de quibus oportuit inſtrui fideles Chriſti et verbis et ſcriptis. Idem dicendum eſt de his quæ ad vſum ſpiritualis gratiæ prædictæ pertinent, quæ ſunt opera virtutum, ad quæ multipliciter ſcriptura noui teſtamenti homines exhortatur: vnde dicendum eſt, quòd lex noua principaliter eſt lex indita, ſecundariò autem eſt lex ſcripta &c.

## GLO. ORD. CAP. XXXII.

a VErbum quod. Non ſolum verba ſed opera prophetarum ſunt nobis in exempla virtutũ. Poterat Ieremias nunciare proſpera, & frui regis amicitia, ſed maluit Deo obedire, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

b *In atrio car.* Notanda ex parte regis clementia, qui non in carcere, ſed in veſtibulo prophetam recludi iuſſerat, in libera. ſ. cuſtodia, ne poſſet effugere. B Q. Non omnis Ieruſalem clauſa munitionibus fuerit communis carcer.

c *Clauſerat enim.* Iam vicina captiuitate, iam peſte & fame conſumpta ciuitate, & tñ perſtat Sedecias in ſentẽtia.

d *Quare vatici.* Grauior eſt terror ante increpationem verborum, quam pœnarum ſuſtinere cruciatum, & videre quem timeas.

e *Viſitem eum.* Temperauit ſententiã, vt ad bonam & malam partem poſſit referri. viſitatio enim & conſolationem & ſupplicium ſignificat.

a ¶Reputatione ipſorum.
non ſit vltrã gens coram eis. Hęc dicit dñs:
Si pactum meũ inter diem & noctem, & le g h
ges cœli & terræ non poſui, equidem & ſe-
men Iacob & Dauid ſerui mei proijciã, vt i k
a ¶De quibus dicitur: Nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.
non aſſumã de ſeminẽ eius principes ſemi-
nis Abraham Iſaac & Iacob: Reducã enim
†conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

## NIC. DE LY.

¶ *a* Si irritum poteſt fieri &c. *Iſtud pactum habetur Gen.8.d. Nox & dies non requieſcent. Eſt ergo ſenſus, ꝙ ſicut iſtud pactum fuit firmum, ita illud quod dicitur hic de regno & ſacerdotio.*

*b* Sicut enu. non poſſunt. *Iſtud impletum eſt in Chriſto deſcendente de Dauid, cuius ſemen ſunt fideles per orbem multiplicati ſicut ſtellæ cœli.*

*c* Nunquid nõ vi. &c. *ſ. Babylonicus.*

*d* Locutus ſit, dicens: Duæ co. &c. *ſcilicet Iudæ & Beniamin.*

*e* Quas elege. *Alijs decem captiuatis prius per regem Aſſyriorum.*

*f* Abiectæ. *Sic loquebantur Chaldæi poſtquam deſtruxerant regnum duarum tribuum, eſtimantes ꝙ illud regnum nunquam deberet reſurgere. & ideo ſubditur:*

*g* Si pactum me. &c. *Vt ſibi continuè ſuccedant quandiu durabit generatio hominum.* B

*h* Et leges cœli &c. *Dicuntur hic cœli leges, motus cœli & influxus ſtellarum, & leges terræ productio terræ naſcentium.*

*i* Equidem & ſe. Iacob &c. *Hoc eſt dictum, ꝙ ſicut iſtæ leges ſunt firmæ & ſtabiles, ſic ſemen Iacob & Dauid erit ſemper coram me ſtabile.*

*k* Vt non aſſu. de ſemi. eius prin. *Quod potiſſime impletum eſt in Chriſto & apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus. Pſal.44. Conſtitues eos principes &c.*

*In cap. 33. vbi dicitur in poſtil. Ecce ego obducam eis cicatricem.*

ADDITIO I.

¶ Vbi nos habemus cicatricem, in Heb. habetur quædam dictio quæ ſignificat ſanitatẽ acquiſitam poſt longum tempus, quod magis conſonat propoſito quam cicatrix: nã ſanitas data per Chriſtum reſpectu antiquorum patrum data fuit poſt longum tempus, ſed reſpectu fidelium tempore Chriſti exiſtentium fuit data ſine magna mora temporis. et ideo ponuntur hic duæ dictiones ſignificantes ſanitatẽ, quarum vna ſignificat poſt longam infirmitatem, alia non. Item vbi nos habemus, Et reuelabo eis deprecationem pacis et veritatis, in Hebræo habetur, abundantiam pacis et veritatis. etc.

*In eod. cap. vbi dicitur in poſtil. Secundò deſcribitur quantũ ad diuinitatem.*

ADDITIO II.

¶ Sup. in cap. 33. habetur conſimilis autoritas. et ibi eſt quędam additio ad confirmandum expoſitionem poſtil. et contra falſificationem Iudæorum: vide ibi.

## CAP. XXXIIII.

VErbum quod factũ eſt ad Ieremiam l
à domino, quando Nabuchodono- m
ſor rex Babylonis & omnis exerci-
tus eius vniuerſaq; regna terrę, quę erant ſub
poteſtate manus eius, & oẽs populi bellabãt
cõtra Ieruſalẽ & cõtra oẽs vrbes eius, dicẽs:
Hæc dicit dñs Deus Iſrael: Vade & loque-
re ad Sedeciam regẽ Iuda, & dices ad eum:
Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam ciui- n
tatem hanc in manus regis Babylonis, &
ſuccendet eam igni. Et tu nõ effugies de ma o
nu eius, ſed comprehenſione capieris, & in
manu eius traderis: & oculi tui oculos re- p
gis Babylonis videbunt, & os eius cum ore
tuo loquetur, & Babylonem introibis: At-
tamen audi verbũ domini Sedecia rex Iuda.
Hęc dicit dominus ad te: Non morieris in q
gladio, ſed in pace morieris, & ſecundum r s
combuſtiones patrũ tuorũ regũ priorũ qui
fuerant ante te, ſic comburent te, & †væ dñe t
plangẽt te: quia verbũ hoc ego locutus ſum
dicit dñs. Et locutus eſt Ieremias propheta
ad Sedeciam regem Iuda vniuerſa verba
hæc in Ieruſalem: & exercitus regis Baby-
lonis pugnabat contra Ieruſalem, & contra
omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant,
contra Lachis & contra Azecha, hæ enim u
ſupererãt de ciuitatibus Iuda vrbes munitę.

GLO. ORD. CAP. XXXIIII. C

VErbum quod &c. Raba. Licèt rex nequiſſimus miſericordia ſit indignus, quia tamen miſerationes Dei & multæ & magnæ nimis, ſæpius eum per prophetas commonebat. per Ieremiam. ſ. in Iudæa, & Ezechielem in Babylone vaticinantem, prædicens futuram captiuitatem, ſi quomodo illum ad pœnitentiam prouocaret. Sed mẽs indurata magis elegit in nequitia perſeuerare, quam vitam corrigere, vnde debitam inuenit pęnam cum populo ſuo captiuatus.

*Miſericordia neglecta.*

a *Audie-*

†põt exercitus.

## NIC. DE LYR. CAP. XXXIIII.

VErbum quod factum eſt &c. *Hic Ieremias prædicit finẽ Sedeciæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò prędicit finem Sedecię regis, ſecundò arguit ipſum, & populũ de tranſgreſſione diuinæ legis, ibi: Ver. quod fa. &c. Circa primum primò ponitur tempus cum dicitur:*

*Diuiſio.*

*m* Quando Nabuc. *Et iſta obſidio incępit nono anno Sedeciæ, & anno xi. eius capta fuit ciuitas, vt habetur inf. 39. & de iſta captione ſubditur:*

† vt non ſit

*n* Ecce ego tra. *Et ſubditur finis Sedeciæ, & primò quantum ad malum pœnæ, cum dicitur:*

*o* Et tu non effu. de ma. &c. *Quia exercitus Chaldæorum comprehendit Sedeciam fugientem, & adduxit eum ad regem Babylonis in Reblata, vt habetur inf. 29. ideo ſubditur:*

*p* Et ocu. tui ocu. regis Baby. &c. *Sicut dicetur inf. 39. ꝙ locutus eſt ad eũ iudicia, eum arguendo de infidelitate & periurio: propter quod fecit occidi filios eius coram eo, & poſtea ipſum exoculari, & in Babylonem duci. Secundò prædicitur finis Sedeciæ quantum ad bonum, cum dicitur:* D

*q* Non morie. in gla. *i. morte violẽta.*

*r* Sed in pa. *i. naturali morte, & ſepelieris honorificè, ideo ſubditur:*

*s* Et ſecun. combu. pa. &c. *In ſepulturis enim regum comburebantur aromatica, non ſolum contra cadaueris fętorem, ſed etiam ad defuncti honorẽ.*

*t* Et væ domine plangent te &c. *Cantando carmen lugubre, ſicut in ſepulturis ſolennibus. Cætera patent vſque ibi:*

*u* Hæ enim ſupererant de ciui. Iu. vr. mu. *ſ. nondum captæ. ſ. Ieruſalem, Lachis, & Azecha: alijs omnibus iam captis à Chaldæis.*

¶ *a* Verbum

## MORALITER.

✠ l *Verbum quod factum eſt ad Iere. &c.* Sequitur: *Vade & loquere ad regem Sedeciam &c.* Per quem ſignatur Chriſtus duplici ratione. ſ. ratione regiæ dignitatis et interpretationis: nam Sedecias interpretatur iuſtitia Dei. Et de Chriſto dicitur, 1.Cor.1.d. Factus eſt nobis ſapientia et iuſtitia. Per hoc igitur ꝙ prædicitur ipſius Sedeciæ captio ignominioſa, et tamen honorabilis ſepultura, fuit figurata Chriſti captio, quę fuit cũ ignominia, Matt. 26.e. Tanquam ad latronem cum gladijs et fuſtibus exiſtis comprehendere me. Et eius ſepultura fuit honorabilis et precioſa, vt patet Iohan.19. et hoc prædictum fuit Iſa.11.c. Et erit ſepulchrum eius glorioſum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ a *Audierunt ergo &c.* Rab. Patet hoc loco, quòd nihil proficit cuilibet bonum inchoare, ſi nõ ſtuduerit illud ad bonum finẽ perducere. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. Præceptum erat in lege, vt filij Iſrael fratres ſuos nõ venderent conditione ſeruorum, nec affligerent, ſed tempore ſtatuto reuerterentur ad cognationem & profeſſionẽ patrum ſuorum: haberentque ſeruos & ancillas de nationibus quæ in circuitu eorum eſſent. Hoc Sedecias & populus Iudæorũ ſe facturos promiſerunt, ſed cõuerſi retrorſum ſeruos & ancillas retraxerunt quos dimiſerant liberos, vnde iratus dominus tradidit eos omnibus regnis terræ, & gladium & peſtem & famem miſit ſuper eos, & ciuitates eorum igne ſuccendit. Tropologicè autem, cũ fratres noſtros in tutelam noſtram ſuſceperimus, propter Deum nobis ſubiectos non opprimamus per potentiam. non † iniuſtę ſeruitutis imponamus moleſtiam, ſed fraterno affectu tractemus eos, adiuuemus eos verbo & exemplo, vt vero domino, qui eos redemit ſanguine ſuo † poſſimus dignum exhibere ſeruitium, donec verus iubileus veniat, & vnuſquiſq; propriæ reſtituatur dignitati & poſſeſſioni. vnde Petrus: Paſcite qui in vobis eſt gregem domini ſpontaneè, neque vt dominantes in cleris.

Matt. 10.c — Exo. 21.a — † vteretur — in — † iniuſtæ — † poſſint

F

## NIC. DE LY.

¶ *a* Verbum quod factum eſt ad Iere. à domi. *Hic conſequenter Ieremias arguit regem & populum de tranſgreſſione diuinæ legis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur tranſgreſſio, ſecundò tranſgreſſionis punitio, ibi: Propterea hæc. Circa primum ſciendum, quòd Exo. 21.a. dicitur: Si emeris ſeruum Hebręum, ſex annis ſeruiet tibi, in anno ſeptimo egredietur liber gratis, ita quòd non poterat vltrà teneri, niſi vellet remanere. Tempore verò regis Sedecię & ante, tenuerunt ſeruos & ancillas diutius per auaritiam ſuam, & tamen ad monitionem Ieremiæ, & aliorum bonorum, rex Sedecias & eius ſubditi ſtatuerunt firmiter dimittere ſeruos ſuos Hebræos & ancillas ſecundum præceptum legis. Et vt hęc ordinatio eſſet firma, ſciderunt vitulum in duas partes, & inter illas partes tranſierunt rex & principes, ad ſignandum, quòd ſic eſſet dignus occidi & diuidi, infringens illam ordinationem. Et talis modus confirmandi aliquid, tunc temporis erat potiſſimus. Verumtamen iſti poſtquam dimiſerant ſeruos & ancillas, cupiditate ducti retraxerunt eos ad ſe, redigendo eos in ſeruitutem. Et ſic non ſolum peccauerunt contra legem diuinam, ſed etiam contra ſtatutũ proprium pœna mortis firmatum, vt dictum eſt. Et ſecundum hoc patet litera paucis exceptis.*

*b* Prædicans. *id eſt ſolemniter denuncians.*

† vobis — † eam — † vt non ſit

ç Et

Verbũ qđ factũ eſt ad Ieremiã à dño poſtq̃ ª percuſſit rex Sedecias fędus cũ oĩ populo in Ieruſalẽ, prædicans vt dimitteret vnuſquiſq; ᵇ ſeruum ſuum, & vnuſquiſq; ancillam ſuam, Hebræũ & Hebræã liberos, & nequaquam †dominarentur eis, ideſt in Iudæo & fratre ſuo. Audierunt ergo omnes principes & vniuerſus populus qui inerant pactũ, vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruum ſuum & vnuſquiſq; ancillã ſuam liberos, & vltrà nõ †dominarentur eis. Audierunt igitur & dimiſerũt. Et conuerſi ſunt deinceps & retraxerunt ſeruos ſuos & ancillas ſuas quos dimiſerunt liberos: & ſubiugauerunt in famulos & in famulas. Et factũ eſt verbum ad Ieremiam à domino, dicens: Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Ego percuſſi fœdus cũ patribus veſtris in die qua eduxi eos de terra Aegypti de domo ſeruitutis dicens: †Cum completi fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum Hebręũ qui venditus eſt ei: & ſeruiet tibi ſex annis: & dimittes eum à te liberum. Et non audierunt me patres veſtri:

a ¶Ab iniquitatibus veſtrorum patrum.

nec inclinauerunt aurem ſuam. Et cõuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis qđ rectũ eſt in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſq; ad amicũ ſuũ, & iniſtis pactũ in con-

¶Beneplacito.

ſpectu meo in domo in qua inuocatũ eſt no-

¶Ad vniquitatem veſtram.

mẽ meũ ſuper eã. Et reuerſi eſtis, & cõmaculaſtis nomẽ meum, & reduxiſtis vnuſquiſq; ᶜ ſeruũ ſuũ & vnuſquiſq; ancillã ſuam, quos dimiſeratis vt eſſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos, vt ſint vobis ſerui & ancillæ. Propterea hæc dicit dñs: Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatẽ vnuſquiſq; ᵈ fratri ſuo & vnuſquiſque amico ſuo. Ecce ᵉ ego prædico † libertatẽ, ait dñs, ad gladium, ᶠ ad famẽ & ad peſtẽ, & dabo vos in cõmotionem ᵍ cunctis regnis terræ. Et dabo viros ʰ qui præuaricãtur fœdus meũ, & nõ obſeruauerunt ⁱ verba fœderis quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo: vitulũ quem cõciderunt ᵏ

a ¶Victimæ quam ſacrificauerunt domino iuxta conditionem pacti quod inierãt.

in duas partes, & tranſierũt inter diuiſiones eius, principes Iuda & principes Ieruſalem, Eunuchi & Sacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diuiſiones vituli, & dabo eos in manus inimicorum ſuorũ, & in manus quęrẽtiũ animã eorũ: & erit

¶Cadauer.

morticinũ eorũ in eſcam volucribus cœli & beſtijs terrę. Et Sedeciam regẽ Iuda, & principes eius dabo in manus inimicorũ ſuorũ, & in manus quærentiũ animas eorum, & in ˡ manus exercituũ regis Babylonis, q̃ receſſerunt à vobis. Ecce ego præcipio dicit dñs, & ᵐ ⁿ reducã eos in ciuitatem hãc, & præliabũtur ᵒ aduerſus eam, & capient eam, & incendent †igni. Et ciuitates Iuda dabo in ſolitudinẽ, †eo quòd non ſit habitator.

*c* Et commacu. nomẽ meum. *quia illud pactum ad maiorem ſolemnitatem & firmitatem fuerat factum in domo domini & in nomine ipſius: & ſic tranſgreſſio eius erat quodammodo in iniuriam & irreuerentiam nominis diuini.* G

*d* Propterea *Hic conſequenter ponitur tranſgreſſionis punitio, cum dicitur:*

*e* Ecce ego prædico liber. *ita quòd non ſitis ſerui mei, nec ego dominus veſter ad vos defendendum. ideo ſubditur:*

*f* Ad gla. ad fa. & ad pe. *à quibus vos non protegam.*

*g* Et dabo vos in commo. *eijciendo vos ibi in captiuitatem, & eſt hyperbole, ad denotandum magnam diſperſionem Iudæorum, quia tunc non fuerunt diſperſi per totum orbem, ſed poſtea per Romanos.*

*h* Et dabo vi. qui præuari. fœdus meum. *ideſt legem in Exodo prædictam.*

*i* Et non obſer. ve. fœ. *ideſt ſtatuti ſui prędicti: Quod exponendo ſubditur:*

*k* Vitulum quem conciderũt &c. *ideſt pactum ſectione vituli confirmatum modo prædicto. Cætera patent vſque ibi:*

*l* Et in manus exercituum regis Baby. qui receſ. à vobis. *Cum enim exercitus iſti obſediſſent Ieruſalem nono anno Sedeciæ, ipſi & ſubditi ſui fecerunt pactum prędictum de dimiſſione ſeruorum ad impetrandum Dei auxilium: & poſtea exercitus Aegypti exijt ad leuandum obſidionem Chaldęorum de Ieruſalem. Quod audientes Chaldæi, dimiſerunt obſidionem, vt occurrerent Aegyptijs: & tunc Iudęi credentes ſe eſſe liberatos à Chaldæis, retraxerũt ad ſe ſeruos ſuos quos dimiſerant liberos, ſicut multi in periculo poſiti faciunt Deo promiſſiones & vota: ſed tranſeunte periculo nihil faciunt. propter quod ex diuino iudicio Aegyptij territi redierunt in Aegyptum, & ſimiliter Chaldęi ad obſidionem Ieruſalem quam dimiſerant. ideo ſubditur:* H

*m* Ecce ego pręcipio. *ſ. reuerſionem Aegyptiorum.*

*n* Et reducam eos. *ſ. Chaldęos.*

*o* In ciuitatem hanc. *ſ. Ieruſalem ad deſtruendum ipſam.*

## MORALITER.

✠ a *Verbum quod factum eſt Iere. à domino.* Per iſtos qui ad prædicationem Ieremiæ dimiſerunt ſeruos ſuos Hebræos, et ancillas Hebræas liberos, ſicut tenebantur ex præcepto legis, Exo. 22. et poſtea cupiditate ducti ſubiecerunt eos priſtinæ ſeruituti, ſignantur potentes huius ſeculi, qui ad prædicationem boni prædicatoris, vel ad conſilium boni confeſſoris relaxant indebitas exactiones, et poſtea cupiditate ducti reponunt eas in toto vel in parte, vel adinueniũt alias de nouo tantas vel maiores.

*K Vitulum quem cõciderunt in duas partes.* Hoc fiebat ad ſignandum, quòd tranſgredientes pactum de libertate conceſſã eſſent digni morte corporali, quod Ieremias dixit eis futurum pro dicta tranſgreſſione. Sic qui exactiones indebitas amotas reponunt, vel alias adinueniunt, incurrunt mortem culpæ, et poſtea gehennæ.



A

## GLO. ORD. CAP. XXXV.

Verbum quod fa. *Ra.* Cum propheta in proximo cap. de Sedecia, & q̃ ſub eo facta ſunt egiſſet: nunc ad Ioachim filij Ioſiæ tpa narrationem conuertit. Vnde patet quia non ordinẽ tpis in narratione ſeruauit, ſed ſecundum diſpenſationem ſpirituſſancti, qui in eo locutus, eſt pro opportunitate cauſarũ & conuenientia rerum prophetiam ſuam ſcribi voluit, ſicut in multis et maximè in Euangelio fit: vt ſciat lector ſcripturas ſacras nõ humana diſpoſitione eſſe compoſitas, ſed inſpiratione & ordinatione diuina.

b *Vade ad do. Ra.* Ad confutandam ſuperbiam Iudæorum, qui mandatis Dei reſtiterũt, & iuſſui dñi, Rechabitas obedientes obijcit, qui præceptis Ionadab in omnibus obedierunt vſquequo exercitus neceſſitate Babylonij Ieruſalẽ compulſi ſunt intrare: vnde promittit eis dñs, q̃ non deficiet vir de ſtirpe Ionadab ſtãs in conſpectu ſuo cunctis diebus. Myſticè aũt Rechabitę ſignificãt eos, qui deſiderio perfectionis tranſcenderunt mãdata legis. Iuſti. n. quibus non lex poſita, ſic probantur non eſſe ſub lege, iuſtitias legis ſ. non ſolum implere verũ etiã ſuperare contendunt, vt debitis voluntaria addant. Hinc Abraham q̃ iure ſibi victorię debebantur, ipſo cuius ſpolia retulerat ſuppliciter offerente, noluit accipere. Hinc Dauid B perſequentes interfectos defleuit. Hinc Elias & Ieremias virgines permanſerunt. Hinc filij Ionadab pp obediẽtiam patri exhibitam à dño laudantur, & futura eis bona promittuntur: qui offerre decimas poſſeſſionũ non contẽti, ſed & ipſas poſſeſſiones reſpuentes, ſuas animas Deo obtulerunt. Quam. n. cõmutationẽ dabit homo pro anima ſua? Scire ergo debemus à quibus legale mãdatum non exigitur, ſed ſermo ſonat Euãgelicus: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes &c. Cum decimas offerimus quodammodo ſub legis ſarcina detinemur, nec ad Euãgelicum faſtigium peruenimus, qđ obtemperãtibus promittit non tantum pręſentis vitæ p̃mia, ſed futuræ. Lex aũt huius vitæ ſolatia promittit dicens: Qui fecerit hæc, viuet in eis. Euangelium verò dicit. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cęlorum. Non magnũ eſt ſi ab illicitis abſtinemus, ſed ſi ab illicitis propter reuerẽtiam eius, qui ea nobis propter infirmitatem noſtram permiſit. Non enim præcipiendum generaliter erat, quod ab omnibus apprehẽdi nõ poterat. Qui enim magni ſunt perfectione virtutum, poſſunt coronari: qui autem parui ſunt, nec implent menſuram ætatis plenitudinis corporis Chriſti, licèt fulgore maiorum latere videantur, à tenebris tamen maledictionum quæ in lege ſunt, alieni, nec præſentibus malis adijciuntur, nec ſupplicio plectuntur æterno.

## CAP. XXXV.

ª ᵇ Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à domino in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens: Vade ad domum Re- ᶜ chabitarum, & loquere eis, & introduces eos in ᵈ domũ domini †in vnã exedrã theſaurorũ, & da- ᵉ ᶠ ᵍ bis eis bibere vinũ. Et aſſumpſi Iechoniã filiũ Ie- ʰ remiæ filij Abſamæ & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuerſam domũ Rechabitarũ, & introduxi eos in domũ dñi ad †gazophylacium filiorum Anan filij Iezedeliæ hominis Dei, quod ⁱ erat iuxta gazophylaciũ principum ſuper † the- ᵏ ˡ ſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſti- ᵐ buli. Et poſui corã filijs domus Rechabitarũ cyphos plenos vino & calices. Et dixi ad eos: Bibite vinũ. Qui reſponderunt: Nõ bibemus vinũ, quia Ionadab filius Rechab pater noſter præce-

a ¶In quo eſt luxuria quæ euertit mentem.

pit nobis dicens: Non biberis vinum vos & filij

a ¶Quia qui perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit.

veſtri vſq; in ſempiternum. Et domũ nõ ædifica-

¶Tanquam cogitantes de craſtino.

bitis, & ſementẽ non ſeretis, & vineas nõ planta-

a ¶Tanquam aduenæ & peregini ſuper terram.

bitis nec habebitis, ſed in tabernaculis habita-

a ¶Conuerſationem vitæ ſanctæ agatis.

bitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos peregrina-

¶A domino.

mini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Re- ⁿ chab patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt nõ biberemus vinũ cunctis diebus noſtris, nos & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ; & nõ ædificaremus domos ad habitãdum, & vineã & agrum & ſementẽ non habuimus, ſed ha-

a ¶Quia ſi quid minus fecerimus, non voluntati, ſed neceſſitati adſcribendum eſt.

bitauimus in tabernaculis, & obediẽtes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter. Cum autẽ aſcendiſſet Nabuchodonoſor ᵒ

a ¶Quaſi communi conſilio non præcipitanter hoc fecimus.

rex Babylonis ad terrã noſtrã, mdiximus: Venite, & ingrediantur Ieruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ, & man-

*gis & populi inobedientiam, ſecundo ex hoc patitur iniuriam cap. ſequenti. Primum declaratur exemplo Rechabitarum. ideo primò ponitur exemplum: ſecundò applicatur ad propoſitum ibi: Et factum eſt. Circa primum ponitur tempus, cum dicitur:* C

*b* In diebus Ioachim fi. Io. *qui regnauit ante Sedeciam, vt dictum eſt ſupra 22.*

*c* Vade ad domum Rec. *ideſt ad domum in qua ſunt hoſpitati, vt videbitur infra.*

*d* Et introduces eos in domum domini. *Per hoc non intelligitur templum, ſed ædificia ad eum pertinentia, ideo ſubditur,*

*e* In vnam exedram. *ideſt cameram.*

*f* Theſaurorum. *Erant enim plures Theſaurarij templi, quia aliqui cuſtodiebant vaſa aurea, alij argentea, alij veſtes ſacerdotales, & conſimilia: & prope templum habebant ædificia pro repoſitione taliũ, & pro ſua habitatione.* †cubiculũ.

*g* Et dabis eis bi. vinum. *ideſt offeres: quia ipſi non biberunt, vt infra habetur: Nec iſtud præceptum domini, & executio eius per Ieremiam fiebant ad hoc quòd ipſi biberent, ſed vt probaretur eorũ obedientia ad Ionadab patrem ſuum, qui prohibuerat eis vini potum.* †cubiculũ.

*h* Et aſſumpſi Iechoniã &c. *Iſti omnes erant de Rechabitis.*

*i* Filij Iezedeliæ homi. Dei. *Iſte fuit propheta, ſecundum quòd dicit Ra. Sa. propter quod Ieremias confidentius iuit ad locum illum cum Rechabitis.*

*k* Quod erat iuxta gazophyla. prin. *ſic nominatum, eo quòd oblationes principum ibi ſeruabãtur.*

*l* Super theſaurum. *ideſt prope locum theſauri.*

*m* Maaſiæ filij Sel. qui erat cuſtos ve. *ideſt loci vbi reponebantur veſtes ſacerdotum. Cætera patent vſque ibi:* D

*n* Obediuimus ergo vo. Io. *vnde ab iſto incepit modus viuendi religioſus. Per talem enim modum viuendi oſtendebant ſe eſſe tantum peregrinos in præſenti vita, & tendere ad vitam manentem. Et dicunt doctores Hebræi, & Latini quod iſti deſcenderunt de Iethro ſocero Moyſi.*

*o* Cum au. aſcen. Na. rex Bab. ad ter. noſtram di. *Hoc dixerunt ad ſuam excuſationẽ de hoc quòd pro tunc manebant infra domum in Ieruſalem, vt dicitur in principio huius capituli: quaſi diceret: Nos fecimus hoc neceſſitate compulſi, quę non habet legem.*

¶ a Et

## NIC. DE LY. CAP. XXXV.

Verbum quod fa. *Superius Ieremias paſſus eſt iniuriam à Sedecia rege, hic patitur iniuriam à Ioachim eius fratre: iſta tamen iniuria fuit prior præcedenti quantum ad tempus, vt dictum eſt, ſupra 32. Et diuiditur in duas partes, quia primò Ieremias arguit re-*

gis

## MORALITER.

✠ a *Verbum quod fa. &c.* Sequitur. *Vadę ad domum Rechabi.* Per iſtos Rechabitas qui aſcendentes interpretantur, viri perfecti aſcẽdentes de virtute in virtutem, donec videatur Deus deorum in Sion, ſignantur: & iſti ſunt Rechabitæ, qui non ſollicitantur de domibus ædificandis, de ſemente vel vinęis çolendis, reputando ſe peregrinos & aduenas in hoc mundo cum apoſtolo Heb. 13.c. Nõ habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus: & ſic excluditur ſollicitudo temporalium, vt liberius contemplationi cęleſtium intendatur. Per hoc autem, q̃ Rechabitæ vinum non bibebant, quod lætificat cor hominis, ſignatur q̃ tales perfecti excludũt à ſe quantum poſſibile eſt conſolationem gaudij mundialis, vt in ſolo domino conſolentur. vnde de antiquis monachis ſcribitur in legenda beati Ieronymi, & in collationibus patrum, q̃ habitabant in terra ſolis ardoribus exuſta, quæ præbebat eis horridum habitaculum: quia non erat ibi viriditas arborum, nec cantus auium, ſed tantùm ſolatium diuinum, ſecundum illud Pſal. 62. a. In terra deſerta inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

✠ b *Vade*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

GLOS. ORD. CAP. XXXVI.

Slementia Dei

†Cuſtoditi ſunt

a *Si for.au.do.Iuda vni. &c.* Immenſa clementia conditoris, contemptus non vltionem ingerit, ſed pęnitentibus indulgētiam promittit: nec.n.Iudæis, ſed omnibus Gentibus verbū prædicationis per prophetam dirigit, ſi quo modo conuertantur, vt per miſericordiā Dei veniam conſequantur.

b *Voca.* Prompta obediētia prophetæ concordat diuinæ clementiæ: quia ſicut Deus conſuluit humanę infirmitati, monendo vt conuertantur: Ita propheta obediendo ad ſalutē proximorum exercet pdicationis officium, qui & ſi clauſus carcere per ſemetipſum id facere non valuit, p īterpretē, qđ iuſſū fuerat expleuit. Quid ergo dicturi ſunt q ſoluti & liberi verbū Dei proximis expēdere negligūt? a *Præ-*

NIC. DE LY.

a Et ſa. *Hic applicatur ad propoſitum, quia Rechabitæ firmiter obedierāt homini, & rex Ioachim cum populo ſuo nolebant obedire Deo omnium patri & creatori: ex quo concludit quòd merito erant arguendi & puniendi, & patet litera paucis exceptis.*

F

c Ego &c. *Per prophetas meos.*

d De mane. *Ideſt ſollicitè & diligenter.*

e Voca.il. *Per prophetarum verba, & attrahendo eos per beneficia, & deterrendo per flagella.*

f Et non re. *Verba prophetarum reuerenter audiendo, & de beneficijs meis regratiando, & timore flagellorum de malis ſe retrahendo. Cætera patent in litera.*

MORALITER.

b *Vade & dic vi.* Per hoc hoc autē ꝙ Ieremias de mandato domini annūciauit perfectionem Rechabitarum viris Iuda, per quos ſignificantur laici, et habitatoribus Ieruſalem, per quos intelligūtur religioſi, oſtēditur, quòd exempla virtutum ſunt ſecularibus, et regularibus prædicanda.

NIC. DE LY. CAP. XXXVI.

Diuiſio.

ET factum eſt. *Hic conſequenter infertur Ieremiæ iniuria, ſecundò ab eo reſumitur prophetia, ibi: Et factum eſt in anno quarto Ioachī &c. Prima in tres, quia primò Ieremias recluditur, ſecundò liber eius comburitur ibi: Miſit*

ſumus in Ieruſalē. Et factum eſt verbū domini ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit dñs exercituum Deus Iſrael: Vade & dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalē: Nunquid non recipietis diſciplinā, vt obediatis verbis meis dicit dominus? † Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filijs ſuis, vt non biberent vinum, & non biberunt vſque ad diem hanc: quia obe-

¶Qui maior Ionadab, & vnus pater omnium.

dierūt præcepto patris ſui. Ego autem locutus ſum ad

¶Per prophetas.

vos de mane conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. Miſiq́; ad vos omnes ſeruos meos prophetas

¶Per prophetas.

conſurgens diluculo, mittensq́; & dicens. †Cōuertimi-

¶Operatione, cogitatione, locutione.

ni vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite † ſtudia veſtra, & nolite ſequi Deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quā dedi vobis & patribus veſtris. Et non inclinaſtis aurem veſtram, neq; audiſtis

¶Firmiter tenuerunt.

me. Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte nō obediuit mihi: Idcirco hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego adducam ſuper Iudam, & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictionem quam locutus ſum aduerſum eos,

¶Per prophetas.

eo quòd locutus ſum ad illos, & non audierūt, vocaui

¶Obediendo.

illos, & non reſponderunt mihi. Domui autem Rechabitharum dixit Ieremias: Hæc dicit dñs exercituum Deus Iſrael. Pro eo ꝙ obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feci-

¶Cui in Ionadab obediſtis.

ſtis vniuerſa quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael. Non deficiet vir de ſtir

¶Immobilis viriliter agens.

pe Ionadab filij Rechab ſtāns in conſpectu meo cunctis diebus.

CAP. XXXVI.

ET factum eſt in anno quarto Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à domino, dicens: Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gentes à die qua locutus ſum ad te, ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc, ſi fortè audiente domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, & propitius ero iniquitati & peccato eorum. Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ,

¶Ne aliquid deperiret.

& ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones domini quos locutus eſt ad eum in volumine libri. Et

¶Q Ego ſi clauſus ſum, verbum domini non eſt alligatum.

præcepit Ieremias Baruch dicens. Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo, ver

¶Quo populus attentius audiet.

ba domini audiente populo in domo domini in diē

¶Vt nemo excuſabilis ſit.

ieiunij; inſuper & audiente vniuerſo Iuda qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges eis, ſi fortè cadat oratio eorum in conſpectu domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam magnus furor eſt & indignatio, quam locutus eſt dñs aduerſus populum hunc. Et fecit Baruch filius Nerię iuxta omnia quæ præceperat ei Ie-

*ſit itaq; tertiò ad mortem quæritur, ibi: Et præcepit. Prima in duas, quia primò ponitur iniuriæ occaſiò, ſecundo Ieremiæ recluſio: ſecunda ibi: Et præcepit. Occaſio autem recluſionis fuit, quia arguebat vitia regis & populi, denuncians ſuper eos ventura flagella Dei, niſi à peccatis reſilirent. Circa primum ponitur tēpus, cum dicit: In anno &c. & ſequitur:*

i Ex diebus Ioſiæ. *Tempore enim Ioſiæ cępit Ieremias prophetare, vt dictum eſt ſupra in principio huius libri.*

k Si forte audiente domo Iuda. *Per hoc non intelligitur in Deo aliqua ignorantia reſpectu futuri, ſed per hoc deſignatur libertas arbitrij, per quam rex & populus poterant à malis ſuis reuerti. Cætera patent.*

l Et præcepit Ieremias Baruch dicens. *Hic conſequēter oſtenditur Ieremiæ recluſio: Ioachim enim recluſit eum ne prophetiam ſuam publicaret in populo, ſed quod non potuit exequi per ſeipſum, executum eſt per Baruch amicum ſuum, quia quod per amicos facimus, quodā modo per noſipſos facimus, vt dicit Philoſophus 7. Aethicorum: & patet litera vſque ibi:*

m In die ieiunij. *Dicunt aliqui, quòd fuit in feſto expiationis, in quo tenebantur Iudęi affligere animas ſuas. Leui.23. ſed textus videtur contradicere: quia infra dicitur, qđ iſtud ieiunium de quo fit hic ſermo fuit menſe nono: feſtum vero expiationis fiebat decima die ſeptimi menſis, & ideo alij dicunt, quòd iſtud ieiunium fuit tunc populo impoſitū, quia auditum fuerat in Ieruſalē, quòd rex Babylonis ſe diſponebat ad veniēdum contra Iudæam & Ieruſalē, ſicut Niniuitæ prædicauerunt ieiunium audito verbo Ionæ prophetæ de futura ſubuerſione Niniue. Sed quia talis afflictio corporis non valet corā Deo, niſi homines reſiliāt à peccatis, ideo Ieremias miſit Baruch ad legendum prophetiam ſuam in præſentia omnium. Cætera patent vſq; ibi.* a In

MORALITER.

g *Et factum eſt in anno quar. &c.* Sequitur,

h *Tolle vo.* Per hoc autem, ꝙ Ieremias non ſolum prophetauit verbo, ſed etiā ſcripto propter futuros et abſentes, ſignatur ꝙ homo literatus in ſcripturis diuinis, non ſolum debet docere verbo prędicando vel legendo, ſed etiā ſcripto, vt ſic non ſolum præſentibus proficiat, ſed etiam abſentibus et futuris.

n *Et fecit Ba.fi.Ne.&c.* Per hoc autem, ꝙ ipſe conſtanter legit verba Ieremiæ coram principibus et populo, ſignatur ꝙ prædicator veritatis debet conſtanter annunciare verba ſacræ ſcripturæ, et doctorum approbatorum coram magnis et paruis.

e *Cumq́;*



A

a *Prædicauerunt ieiunium &c.* Vt qui per luxum peccauerunt, per abſtinentiam & afflictionem peccata abluant, vt qui illicita cōmiſerunt, etiam à licitis abſtineant, vt per hoc conditori ſatisfaciant, & qui commiſerunt prohibita, abſcindant ſibi conceſſa, & reprehendant in minimis quæ deliquerunt in maximis.

b *Igitur cum audiſſent &c.* Etiam auditoribus neceſſaria eſt gratia ſpiritusſancti: Niſi enim adſit ſpiritusſanctus, ſermo doctoris otioſus, vnam loquētis vocem omnes pariter in eccleſia audimus, ſed nō omnes pariter intelligimus: ſed ſicut vnctio Dei nos docet de omnibus, ipſe quoq; doctor, non ad eruditionē homini loquitur ſi p vnctionem ſpiritus nō loquatur. Dictū eſt enim Cain, peccaſti, quieſce: ſed quia culpis prohibentibus non eſt inunctus, verba Dei audire potuit, ſed non ſeruare. Sic Ioachim & ſerui eius, verba Dei audire poterant aure corporis, ſed nō cordis.

c *Ex ore ſuo lo. &c.* Significat, ꝙ apoſtoli & prophetę nullam neceſſitatem tractandi, vel penuriam loquendi patiebantur, ſed promptè & facilè oīa proferebāt. vnde: Nolite cogitare quō aut qđ loquamini.

d *Et pro.in ignem.* Stupenda indurati cordis nequitia, q debuerunt monitis ſalutaribus ad pęnitentiam compungi, verba domini tradiderūt igni, & prophetam docentem & corrigētem, quē honorare debuerunt, contumelijs affecerunt: qa ſpiritus nequam, qui ſemper ſpiritui gratiæ aduerſatur, corda eorum indurabat ne crederent & pœniterent.

B

e *Abſcon. au. &c.* Contra quem fruſtra nititur humana præſumptio. Cuſtodit enim dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. a *Pro-*

NIC. DE LY.

a In veſtibulo ſu. *vt de loco alto Baruch audiretur à populo exiſtenti in atrio, ad quod conueniebat populus ad orandū & verbum Dei audiendum.*

b In introitu por.no. *Iſta erat porta quam Ioatham ædificauerat, vt dictum eſt ſup.26. Cætera patent in litera.*

c Miſitq́; rex Iudi vt ſumeret volumen. *Hic conſequenter liber Ieremiæ comburitur, cum dicitur: Miſitq́; rex Iudi. In Hebræo habetur: Iehudi, & in latino ſignificat Iudæum: quia licèt Iudæus ſit nomen appellatiuum, iſti tamen erat appropriatum, ſicut apud nos aliquis proprio nomine vocatur Chriſtianus, quamuis ſit nomen commune alijs. Cætera patent vſque ibi:*

d Et poſita &c. *Eſt autem arula inſtrumentum ferreum, in quo ponuntur carbones ardentes pro calefactione magnatorum.*

e Cumq́; legiſſet Iudi tres page.&c. *Ra.Sa. dicit tres verſus, vel quatuor dicens, & legebat lamentationes Iere. & legerat quatuor verſus completè. ſ. Quomodo ſedet &c. Plorans plorauit &c. Migrans migrauit Iudas &c. Viæ Sion lugent &c. & cum incepit quintum. ſ. Facti ſunt hoſtes eius in capite, tunc rex impatiens noluit plus audire, ſed fecit librum incidi & comburi, ideo cum dicitur,*

f Scidit illud ſcalpel. *ideſt paruo cultello ſcriptoris, intelligendum, quòd hoc fecit de pręcepto regis: vnde poſtea ſubditur,*

g Veruntamen Elnathan &c. contra &c. *non contentioſe, ſed verbis deprecatorijs. Vnde in Hebræo habetur. Deprecati ſunt regem.*

h Et præcepit. *Hic conſequenter Ieremias ad mortem quæritur, cum dicitur: Et præcepit rex &c. vt comprehenderent Baruch ſcribam & Ieremiam prophetam. Ieremias autem iam erat recluſus in carcere, vt dictum eſt ſupra, & ideo non quærebatur ad incarcerandum, ſed ad occidendum.*

i Abſcondit autem eos dominus. *quia vbi defecit remedium humanum affuit diuinum: & patet in hoc magna obſtinatio Ioachim Regis in malo: qui non ſolum prophetam domini propter veritatem in carcere recluſit, ſed etiam eum interficere quæſiuit.*

k Et factum eſt. *Hic conſequēter Ieremias reſumit ſuam prophetiam non ſolum loquendo, ſed etiam ſcribendo, & hoc de domini mandato ad confirmationem veritatis libri combuſti. Et primò ponitur hoc mandatū, vt patet, ſecundò ſubditur ipſius Ioachim punitio de libri cōbuſtione, cum dicitur: Hæc dicit dominus &c. & patet litera vſque ibi:* a *Non*

Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones dñi in domo domini. Factum eſt autem in anno quinto Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda in menſe nono, prędicauerunt ieiunium in cōſpectu dñi omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ multitudini quæ cōfluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem. Legitq́; Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo domini in † gazophilacio Gamariæ filij Saphā ſcribæ in veſtibulo ſuperiori in introitu portæ nouæ domus dñi, audiēte omni populo. Cumq́; audiſſet Micheas filius Gamariæ filij Saphā omnes ſermones dñi ex libro, deſcendit in domū regis ad gazophilacium ſcribæ. Et ecce ibi omnes principes ſedebant. Eliſama ſcriba & Dalaias filius Semeiæ & Elnatham filius Achobor, & Gamarias filius Sapham, & Sedecias filius Ananiæ & vniuerſi principes. Et nunciauit eis Micheas omnia verba quæ audiuit legentem Baruch ex volumine in auribus populi. Miſerunt itaq; omnes principes ad Baruch Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chuſi, dicentes: Volumen ex quo legiſti audiente populo, ſume in manu tua & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eū: Sede & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorū. Igitur cum audiſſent omnia verba, †obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum ſuū, & dixerunt ad Baruch: Nunciare debemus regi omnes ſermones iſtos. Et interrogauerunt eum dicentes: Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch: Ex ore ſuo loquebatur, quaſi legens ad me oēs ſermones iſtos, & ego ſcribebam in volumine atramento. Et dixerunt principes ad Baruch: Vade & abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium. Porrò volumen cōmendauerunt in †gazophilacio Eliſamæ ſcribæ, & nunciauerunt audiente rege oēs ſermones. Miſitq́; rex Iudi vt ſumeret volumen. Qui tollens illud de gazophilacio Eliſamæ ſcribæ legit audiēte rege, & vniuerſis principibus qui ſtabant circa regē. Rex autē ſedebat in domo hyemali in mēſe nono, & poſita erat arula corā eo †plena prunis. Cumq́; legiſſet Iudi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem qui erat ſuper arulam donec conſumeretur omne volumē igni qui erat in arula. Et nō timuerūt neq; ſciderūt veſtimenta ſua rex & oēs ſerui eius, qui audierūt vniuerſos ſermones iſtos. Veruntamē Elnathā & Dalaias & Gamarias †contradixerunt regi ne cōbureret librū, & non audiuit eos. Et pręcepit rex Ieremiel filio Amalech, & Saraiæ filio Ezriel & Selemiæ filio Abdehel vt comprehenderent Baruch ſcribam & Ieremiam prophetam. Abſcondit autem eos dominus. Et factum eſt verbum dñi ad Ieremiam prophetam poſtquam combuſſerat rex volumen, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens; Rurſum tolle volumen aliud, & ſcri-

C

†cubiculo.

Diuiſio.

†hæc

D

quaſi legens.

†rogauerūt regem,

MORALITER.

e *Cumq́; legiſſet Iudi tres pagellas &c.* per hoc autem ꝙ rex noluit audire perfectè, ſed fecit librum incidi et comburi, et eius autores, ſcilicet Ieremiam, et Baruch ad mortem quæri: ſignantur illi qui Dei verbum audire non poſſunt, dicentes illud Ioh.6.f. Durus eſt hic ſermo, et quis poteſt eum audire? Inſuper etiam quærunt doctrinam veritatis, et doctores eius deſtruere. Per hoc autem ꝙ dominus abſcōdit eos, ſcilicet Baruch et Ieremiam oſtenditur diuina clementia, cuius proprium eſt ſuccurrere in caſibus deſperatis.

l *Rurſum tolle volumen aliud, & ſcribe in eo &c.* Per hoc enim quòd Ieremias de mandato domini ſcripſit plures ſermones de punitione regis, et malorum ſibi adhærētium, duo ſignantur. Primum eſt, quòd doctor veritatis ex perſecutione non debet ceſſare à veritatis doctrina, ſed conſtātius docere. Secundum eſt, ꝙ ex augmento ſcripturæ deſignatur peccatoribus obſtinatis augmentatio ſuæ pęnæ.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Propte.&c.* Digna vltio, quia ſermones dñi combuſſit. Sic quicunq; mandatis dñi reſiſtit ſecundum cordis duritiã ſu ſtinebit vindictã. Quæ.n.ſeminauerit homo, hæc & metet. Notandum autem, ꝙ in Paralipome non legitur, ꝙ hunc Ioachim Nabuchodonoſor vinctum duxit in Babylonẽ. Et in libro regũ, ꝙ dormierit Ioachim cum patribus ſuis, regnauit Ioachin filius eius pro eo. Sed Ioſephus Ieremiæ verbis magis concordare videtur aſſerens ipſum Ioachim, patrẽ Iechoniæ à rege Babylonis in Ieruſalẽ fuiſſe interfectum, non captiuum in Babylonẽ ductũ. In decimo antiquitatum libro dicens ita: Dum rex Babylonis intraſſet ciuitatẽ, nequaq̃ fidẽ ſeruauit: ſed iuuenes fortiſſimos & decoros occidit vna cum rege Ioachim, quẽ etiam ante muros inſepultum proijci iuſſit. Filiũ verò eius Ioachin regem conſtituit vniuerſæ prouinciæ. Eos aũt qui erant in dignitatibus cõſtituti, numero tria milia captiuos duxit in Babylonẽ, inter quos Ezechiel propheta erat adhuc puer. Hic ergo finis habuit regẽ Ioachim, qui vixit annis trigintaſex. Regnauit aũt annis vndecim: Succeſſor verò regis Ioachin regnauit tribus mẽſibus & diebus decem. Sed vtrum in Ieruſalẽ an in Chaldæa memoratus Ioachim perierit, non eſt quærendum: cum iuxta prophetam cadauer eius conſtet eſſe proiectum ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem: vt qui ſcripturã propheticã igne cremauerat, æſtu ſolis & gelu noctis vreretur.

b *Iere.au.tu.vo.aliud. Ra.* Poſt combuſtionem ſ.prioris, quia reprobata Iudæa pp perfidiã, libri legis & ꝓphetarum ad ſalutẽ Gentium ſeruati ſunt, ad quas omnis gloria veteris teſtamẽti translata eſt. Quia omnia in figura contingebãt illis, ſcripta ſunt aũt ad correctionem noſtram &c. Et additi ſunt ſermones multò plures quam ante fuerant: quia illi hiſtoriã tantum, nos autem cum hiſtoria myſticum ſenſum habemus. Illi enim ſuper cor volumen habent cum legitur Moyſes, nos autem reuelata facie gloriam Dei contemplamur.

Gal.6.b; 2.Par.36.a; 4.Reg.24.a; 1.a.Cor.10.c; F; 2.Cor.3.d

be in eo omnes ſermone priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit Ioachim rex Iuda. Et ad Ioachim rege Iuda dicens: Hęc dicit dñs: Tu combuſſiſti volumen iſtud, dicens: Quare ſcripſiſti in eo annuncians, feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc? & ceſſare faciet ex illa hominem & iumentum? Propterea hæc dicit dñs Deus cõtra Ioachim regẽ Iuda: Nõ erit ex eo qui ſedeat ſuper ſoliũ Dauid, & cadauer eius proijcietur ad æſtũ per diẽ, & ad gelu per noctẽ. Et viſitabo cõtra eũ & cõtra ſemẽ eius & contra ſeruos eius iniqtates ſuas; & adducã ſup eos, & ſup habitatores Ieruſalem, & ſuper viros Iuda oẽ malũ qđ locutus ſum ad eos, & nõ audierũt. Ieremias aũt tulit volumẽ aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ, qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri quẽ combuſſerat Ioachim rex Iuda igni & inſuper additi ſunt ſermones multo plures quam antea fuerant.

NICOL. DE LYRA.

a Non erit, *ſcilicet ſtabiliter, licèt enim Ioachin filius eius pro eo fuerit rex ſubſtitutus, tamen regnauit tantum tribus menſibus, vt dictũ eſt ſupra 22, vt habetur. 4. Reg. 24. & ideo regnum eius pro nihilo computatur, ſecundum quod dicit Philoſophus, 2. phyſicorum, quòd illud quod modicũ eſt, quaſi pro nihilo habetur.*

b Et cadauer &c. *ſ. Ioachim filij Ioſiæ.*

c Proijcietur ad æſtum per &c. *Rex enim Babylonis veniens contra iſtum Ioachim cepit eum, & cum ei reddidiſſet tributum tribus annis, audiens quòd rebellare volebat, & regi Aegypti adhærere: miſſis exercitibus iterum cepit eum, & interfectum proiecerunt extra Ieruſalem, vt dictum eſt ſupra 22. Cætera patent vſq; ibi.*

d Ieremias autem tulit volumen aliud. & dedit illud Baruch. *Vbi ponitur reparatio libri combuſti, & cum hoc ſuperaddito, ſicut dicitur in fine.*

e Et inſuper additi ſunt multo plures &c. *Dicit autem hic Ra.Sa. quòd in libro primo, quem combuſſit Ioachim erant ſcripta tantum tria capitula lamẽtationum, ſcilicet primum, ſecundum, & quartum: in quibus eſt alphabetum Hebraicum ſimplex, quia ſinguli verſus à ſingulis literis incipiunt: ſed in iſto ſecundo fuit additum tertium capitulum, ſcilicet: Ego vir videns &c. in quo alphabetum eſt triplicatũ: quia ſub qualibet litera ſunt tres verſiculi. Sed contra iſtud dictum videtur, quia in lamentationibus Ieremias deplorat deſtructionem ciuitatis factam, quæ deſtructio fuit poſt tempus Ioachim: de libro verò primo Ieremiæ dicitur in principio huius cap. Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi &c. Et ſubditur: A die qua locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ, vſque ad hanc diem, quæ erat in quarto anno regni Ioachim, vt ibidem præmittitur. Ad quod poteſt dici, quod non ſolum tempore Ioachim, ſed etiam ex principio quo iam Ieremias cępit prophetare, de deſtructione ciuitatis prophetauit, & in multis locis eam denunciauit per modum præteriti tanquam factam, licèt eſſet ventura, vt patuit in præcedentibus: & hoc propter certitudinem prophetiæ: & quia in prophetia Ieremiæ ordo temporis non ſeruatur.*

G; H

GLO. ORD. CAP. XXXVII.

a ET *regna.rex Se.* Quod Sedecias poſt Ioachin qui cognominatus eſt Iechonias, regnauit vndecim annis, non ſolum Ieremiæ, ſed & liber Regum & Paralipomenõ narrãt. Siquidẽ poſt Ioſian patrẽ eius regnauit Ioachaz menſibus tribus, poſt quẽ Eliachim qui & Ioachim frater eius annis vndecim: poſt hunc quoq; Ioachin filius Ioachim tribus menſibus, & diebus decẽ: & poſt eũ Sedecias patruus eius annis vndecim, ſed omnes iniqui fuerunt & idololatræ, & ideo perierunt.

b *Ora pro.* Nequaq̃ pro ſe orare poſtulauit, qa diuinis mãdatis obtẽperare noluit: Qui.n.auertit aurẽ ſuã, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis.

c *Igitur exercitus.* Quomodo Chaldei ſoluerunt hanc obſidionem aduenientibus Aegyptijs, Ioſephus manifeſtat

CAP. XXXVII.

ET regnauit rex Sedecias filius Ioſiæ pro Iechonia filio Ioachim quem conſtituit regem Nabuchodonoſor rex Babylonis in terra uda: & non obediuit ipſe & ſerui eius & populus terræ verbis domini, q̃ locutus eſt in manu Ieremiæ prophetæ. Et miſit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem ad Ieremiam prophetã dicẽs: † Ora pro nobis dñm Deum noſtrũ Ieremias autẽ libere † ambulabat in medio populi. Non enim miſerant eum in cuſtodiã carceris. Igitur exercitus Pharaonis egreſſus

NICOL. DE LYRA. CAP. XXXVII.

†inf.42.a

a ET regna.&c. *Superius ſcriptũ eſt quid Ieremias paſſus ſit à regibus, hic conſequẽter ponitur quid paſſus ſit à principibus. Et diuiditur in duas, quia primò ab eis incarceratur, ſecundò mors eius procuratur capitulo ſequenti. Prima in duas, quia primò ponitur Sedeciæ poſtulatio, ſecundò Ieremiæ incarceratio, ibi: Ergo. Circa primum primo ponitur conditio poſtulantis, cum dicitur: Et regnauit rex Sedecias. Iſte vocatur Sellum. ſupra 22. & Mathathias. 3. Reg. 24. ſed rex Babylonis qui eum regem conſtituit pro Iechonia vertit nomen eius in Sedeciam, quod ſonat iuſtitiam Dei, vt eſſet memor regi Babylonis fideliter ſeruire, & Aegyptijs non fauere.*

Diuiſio.

b Et non. *Quia contra monitionem Ieremiæ ex ore domini fecit fœdus cum Aegyptijs, & rebellauit regi Babylonis. Secundò, ponitur modus ſuæ poſtulationis, ſcilicet per nuncios cum dicitur,*

c Et miſit rex Se. Iuchal filium Selemiæ & Sophoni.&c. *Dicit enim Ra.Sa. quòd iſte Sedecias erat de ſe manſuetus, ſed fuit per malorum conſilium deceptus.*

d Iere.autem libe.am. *Hoc dicit ad oſtendendum regis reuerentiam erga eum, quia ipſum venire ad ſe non iuſsit.*

e Non enim mi. eum in cu. car. *ſcilicet principes Ioachim, tamen rex eum incarcerauerat prius, vt dictum eſt in capitulo præcedenti: tertiò ponitur cauſa poſtulationis Sedeciæ, cum dicitur,*

f Igitur exercitus Pharaonis egre. &c. *Chaldæi enim obſidentes Ieruſalẽ audientes Aegyptios*

MORALITER.

a *Et regnauit rex Sedecias filius Ioſiæ &c.* Sequitur: *Igitur exercitus Pharaonis egreſsus eſt de Aegypto.* Per iſtos qui egreſſi fuerunt de Aegypto ad pugnandum contra Chaldæos, et territi fuerunt reuerſi ſine pugna, ſignantur illi qui egrediuntur de tenebris mundanæ conuerſationis ad pugnandum contra dæmones in caſtris religionis, de quibus poteſt dici illud Gen. 32.a. Caſtra Dei ſunt hæc; ſed tamen territi auſteritate viuendi ad ſeculum reuertuntur ante tempus profeſſionis.

c D



feſtat Vaſfrem regẽ Aegypti in auxilium veniſſe Iudæis, dicens: Itaq; dum cognouiſſet hoc Babyloniæ rex, mouit caſtra aduerſum eum, & afflicta prouincia, & munitiones eius vna diripiens, ad ipſam Ieroſolymorum ciuitatem obſidendam cum magno veniebat exercitu. Rex autem Aegyptius audiens, quia Sedecias eius amicus eſſet obſeſſus, adepta virtute maxima bellatorum venit ad Iudeam quaſi ſoluturus obſidionẽ. Babylonius autem recedẽs de Ieroſolymis occurrit Aegyptijs, quos oẽs ſuperatos prælio in fugam vertens, de Syria exire coegit. Cumq; diſceſſiſſet Babyloniorum rex ab Ieroſolymis, deceperunt falſi prophetæ Sedeciam di. Babylonios non eſſe cõtra eum denuo pugnaturos: ſed reuerſuros, ſcilicet qui in Babylonia captiui erãt cum vaſis Dei, quæ rex abſtulerat: Ieremias verò contraria & vera prophetauit.

A

a *Quamobrem irati &c. Ra.* Fruſtra excuſant Sedeciam, quaſi nõ ſpõte, ſed coactus violentia populi, & rogatu principum Ieremiam in carcerem miſerit: Illud ad cõfirmationem opinionis inducentes, ꝙ pio affectu in neceſſitate famis iuſſerit ei dari cibaria: cum ille qui infidelis, & Deo cõtrarius fuit, homini fidem ſeruare nõ potuerit: patet enim in operibus eius, ꝙ nec in Dei timore nec in proximi dilectione aliquid Deo gratum egerit: & ideo iuſtè peccatorũ ſuorũ vindictã paſſus ſit.

a *Et*

eſt de Ægypto: & audientes Chaldæi, qui obſidebant Ieruſalem, huiuſcemodi nuncium receſſerũt ab Ieruſalem. Et factum eſt verbum dñi ad Ieremiam prophetam, dicens: Hæc dicit dominus Deus Iſrael: Sic diceris regi Iuda, qui miſit vos ad interrogandum me. Ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxilium, reuertetur in terram ſuam in Ægyptum, & redient Chaldæi & † bellabunt contra ciuitatem hanc, & capient eam, & incendent eam igni. Hæc dicit dominus: Nolite decipere animas veſtras, dicentes, abibunt & recedent à nobis Chaldæi: quia nõ abibunt. Sed & ſi percuſſeritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduerſum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent ciuitatẽ hanc igni. Ergo cum receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Ieruſalem propter exercitum Pharaonis, egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem, vt iret in terram Beniamin, & † diuideret ibi poſſeſſionem in conſpectu ciuium. Cumq; perueniſſet ad portam Beniamin, erat ibi cuſtos portæ per vices nomine Ierias filius Selemiæ filij Ananiæ, & appræhendit Ieremiam prophetam dicens: Ad Chaldæos profugis? Et reſpondit Ieremias: falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum, ſed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. † Quamobrem irati principes contra Ieremiam, cæſum eum miſerunt in carcerem, qui erat in domo Ionathan ſcribæ. Ipſe enim prępoſitus erat ſuper carcerem. Itaque ingreſſus eſt Ieremias in domum Laci, & in † ergaſtulum: & ſedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens itaque rex Sedecias tulit eum, & interrogauit eum in domo ſua abſconditè, & dixit: Putaſne eſt ſermo à domino? Et dixit Ieremias: Eſt. Et ait: In manus regis Babylonis traderis. Et dixit Ieremias ad regem Sedeciam: Quid peccaui tibi & ſeruis tuis & populo tuo, quia miſiſti me in domum carceris? Vbi ſunt prophetæ veſtri qui prophetabant vobis, & dicebant: non veniet ſuper vos rex Babylonis, & ſuper terram hãc? Nunc ergo audi obſecro domine mi

†præliabũtur

†Eſt ne ſermo à domino. dicit aliquid dominus.

*Ieremias non poterat ire ad terram ſuam: propter quod dimiſſa obſidione propter Aegyptios, vt prædictum eſt, tunc Ieremias voluit ire: & hoc eſt quod dicitur: Ergo cum receſsiſſet exer.Chal.&c. & patet litera vſque ibi:*

C

f Et diui.ibi poſſeſ. *ideſt agrum quem emerat, vt habetur ſupra 32. poſſeſſionem eius accipiendo, & ſic ſeparando ſeu diuidendo à venditore.*

g In con. *videbat enim cito populum in Babylonem ducendum, ideo volebat ante in poſſeſſionem ſe ponere.*

h Cumq; perue. *ſic nominatam, quia ad ſortem Beniamin ducebat.*

i Erat ibi cuſtos &c. *Dicit Rab. Sa. quòd iſte cuſtos erat nepos Ananiæ, cuius mortem nunciauit feſtinam Ieremias ſupra 28. propter quod erat pronus ad inferẽdum calumniam Ieremiæ, ſcilicet quòd fugeret ad Chaldæos, vt proditor ciuitatis, propter quod non audiuit eius excuſationem.*

l Et adduxit eum ad &c. *qui erant peiores ipſo Sedecia rege, vt prædictum eſt.*

m Cæſum eum miſer. *tanquam dignum non ſolum carcere, ſed etiam plagis ſiue morte.*

n Qui erat in do. Ionathan. *Ille carcer erat durior alijs.*

o Itaque ingreſ. eſt Iere. in do. laci. *id eſt in carcerem iuxta lacũ in quo proijciebantur ad mortem condemnati, vt habetur cap. ſequenti.*

p Et in ergaſtulum. *ideſt in laboris locum: Et dicitur ab erge quod eſt labor: & nominabatur ſic, quia laborioſum erat ibi eſſe, & quia religati ibidem cogebantur laborioſa operari.*

q Mittens. *Hic conſequenter ponitur Sedeciæ iterata interrogatio, cũ dicitur,*

r Interrogauit eum in do. *ad quam fecerat eum venire.*

s Abſcondite. *ne offenderet principes qui eum incarcerauerant:*

t Putas &c. *vt doceas me de futuro.*

u Et ait: In ma.re.Baby. tra. *non celans veritatem timore mortis.*

D

x Quid peccaui ti.& ſer.&c. *q.d. non merui erga te vel ſeruos tuos incarcerari, quia quidquid locutus ſum dixi de mandato domini: Quod probat conſequenter per falſitatem prophetarum cõtrarium aſſerentium, di.*

y Vbi ſunt prophe.&c. *q. d. per effectum patet, quòd dicebãt vobis falſum. Sonſequenter ponit ſupplicationem ſuã dicens:*

z Non ẽr. au. &c. *ne me remittas in domum Ionathæ, quia ibi erat carcer nimis durus: cui aſſenſit rex non de totali liberatione propter principes, ſed de mutatione carceris ad locum magis humanum, & prouidens ei de victu.*

a Excepto

B

NIC. DE LY.

*Aegyptios venire in auxilium Iudæorum dimittentes obſidionem occurrerunt Aegyptijs, & tunc Sedecias ſperauit ſe liberandum ſimpliciter à Chaldæis: propter quod quæſiuit à Ieremia ſuper hoc domini reſponſum, ſed audiuit ab eo contrarium, vnde ſequitur reſponſum Ieremiæ.*

a Ecce exercitus Pha. *ſupple vobis nõ valebit, ideo ſubditur,*

b Reuertetur in ter. ſuam. *Dicit autem hic Rab.Sa. quòd Aegyptij veniebant per mare in nauibus, & dominus fecit apparere ſupra mare ſimilitudines hominum ſubmerſorum, & tunc dixerunt Aegyptij: iſti ſunt patres noſtri, qui fuerunt ſubmerſi pro Iudæis ad quorum auxilium procedimus, & ſic indignati redierunt: Sed iſtud videtur fictitium, quia ab exitu de Aegypto quando illi fuerunt ſubmerſi, vſque ad tempus Sedeciæ fluxerunt anni nongenti, vel circiter: Quòd autem Aegyptij qui erant homines ſenſati crederent corpora tanto tempore fuiſſe in mari abſque omnimoda diſſolutione, non eſt aliqualiter veriſimile: & ideo, ſicut dictum eſt ſupra, redierunt moti timore, quia Chaldæi tanquam potentiores iam occupauerant magnam partem terrę regis Aegypti, vt habetur quarto Regum viceſimo quarto.*

c Et redient Chaldæi. *ad obſidendum & deſtruendum Ieruſalem. Cætera patent vſque ibi.*

d Sed & ſi percuſſe. omnem exer. Chal. &c. *q.d. voluntas Dei eſt, quòd præualeant vobis finaliter: & ideo ſi non remanerent inter eos niſi valde pauci, & cum hoc vulnerati: tamen præualerent vobis finaliter virtute Dei, cui non poteſt reſiſti.*

e Ergo cum reg. *Hic conſequenter ponitur Ieremiæ incarceratio, & ſubditur Sedeciæ iterata interrogatio, ibi: Mittentes autem. Circa primum ſciendum, quòd exercitu Chaldæorum exiſtente circa Ieruſalem, Iere-*

MORALITER.

c *Et redient Chaldæi.* Per receſſum Chaldæorum à Ieruſalem, & eorum reditum ad ipſam debellandam, ſignificatur malitia dæmonum, quia ceſſat aliquando à tentatione hominum, vt ſic ipſos decipiant, & opinari faciant dæmones ſuperaſſe: & ſic inſoleſcant ex opinata victoria, & tunc dæmones per iteratas tentationes eos impellunt in crimina peiora et grauiora, et ſic fiunt nouiſſima taliũ peiora prioribus, ſicut dr̃ Lu. 11.c. de ſpiritu immundo exeunte ab homine, et poſtea reuertente.

k *Ap.Ie.* Per iſtũ ſignantur clientes et miniſtri magnatũ, qui calũniãtur opera iuſtorũ, eis falſum imponẽtes, et eos grauiter affligẽtes.

q *Mittens.* Per Sedeciam, qui de ergaſtulo carceris Ieremiam tulit, et tamen eius conſilio non aſſentit, ſignatur homo pius erga iniuſtè afflictos, tamen non aſſentit conſilio veritatis de ſuis malis alijs relinquendis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E

## GLOS. ORDIN. CAP. XXXVIII.

†Cadat

a *Et di. rex Se. &c.* Patet Sedeciã ſine puro affectu Ieremiæ impendiſſe miſericordiã. Si n. verè eum diligeret, non eũ principibus traderet. Infructuoſa ergo fuit ſimulata miſeratio, ſicut Pilato, qui in paſſione domini coram populo lauit manus ſuas dicens: Innocens ego ſum à ſanguine huius: Poſtea verò flagellatum tradidit eum Iudæis, vt crucifigeretur. (Matt.17.a)

b *Audi. au. Ab.* Sicut illi principes qui prophetam miſerũt in lacũ dæmones ſignificant, qui fideles Chriſti ſp deſiderãt mergere in cęnũ vitiorum, & ſordes peccatorum: ſic iſte Aethiops Eunuchus, qui timore Dei, & amore compunctus eripuit prophetã, ſignificat p̃dicatores de Gentibus, qui ſeipſos caſtrauerunt pp regnum cęlorũ, qui veræ charitatis intuitu iniquè oppreſſos ſtudẽt verbo & opere & exẽplo de fouea p̃ditionis eruere, qđ & nomen eius teſtat̃. Abdemelech. n. ſeruus regis interpretatur, illius. ſ. de quo dr̃: Rex magnus ſuper oẽs Deos: Cui ordo p̃dicatorũ ſeruit, per verbũ Euangelij Gẽtes aſſociando fidei. Qđ aũt diuinis admonitionibus, & p̃cedentium exẽplis adiuti de huius vitæ profundo liberamur, bene per Ieremiã figuratur, q̃ vt de puteo eleuetur funes ad eum & veteres panni deponũtur. Funibus. n. præcepta dñi figurantur, q̃ quia nos in peccatis poſitos conuincunt, & eripiunt: quaſi ligant & trahunt, coartant & leuãt. Sed ne ligatus his funibus dum trahitur etiã incidatur, ſimul etiã panni veteres

(†ſupra.1.c — Pſal.94.a — F)

## NIC. DE LY.

a Excep. pul. *Per hoc intelligitur, quod cum pane daretur ei pulmẽtum, Hebræi tamen dicunt, quod hæc eſt vera litera. De vico panificum, & ſic non exprimitur hic datio pulmenti, ſed locus vnde de pane prouideretur ſibi.*

## NIC. DE LYRA. CAP. XXXVIII.

Audiuit. *Hic conſequenter à principibus mors Ieremiæ procuratur. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur huiuſmodi procuratio, ſecundò Ieremiæ ſubleuatio, ibi: Audiuit. &c. Circa primum ponitur occaſio procurationis, cum dicitur,* (Diuiſio. — †theſauro)

b Audiuit &c. ſermones quos loque. Iere. ad omnem po. *licèt enim eſſet recluſus in veſtibulo carceris, tamen ad locum illum poterant homines ingredi, quibus non tacebat veritatem de futuris, ſicut patuit per effectum poſtea. Et ſubditur mortis eius procuratio, cũ dicitur: Rogamus vt occidatur homo iſte.*

c De indu. enim &c. *Quaſi diceret, denunciat falſa tanquam hoſtis reipublicæ. Et ſubditur confeſſio.*

d Ecce. *Licèt autem rex hoc conceſſerit, ne incurreret maleuolentiam prin-*

rex: †Valeat deprecatio mea in conſpectu tuo, & ne me remittas in domum Ionathã ſcribæ, ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in veſtibulum carceris, & daretur ei torta panis quotidie: † excepto pulmento: donec conſumerẽtur omnes panes de ciuitate. Et manſit Ieremias in veſtibulo carceris.

## CAP. XXXVIII.

Audiuit autem Saphacias filius Matham & Iedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ ſermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum dicens: Hæc dicit dominus: † Quicunque manſerit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peſte. Qui autem profugerit ad Chaldæos viuet, & erit anima eius ſoſpes & viuens. Hæc dicit dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eã. Et dixerunt principes regi: Rogamus, vt occidatur homo iſte. De induſtria enim diſſoluit manus virorũ bellantium, qui remanſerũt in ciuitate hac, & manus vniuerſi populi loquens ad eos † vniuerſa verba hæc. Siquidẽ homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malũ. Et dicit rex Sedecias: Ecce ipſe in manibus veſtris eſt. Nec enim fas eſt regẽ vobis quidq̃ negare. Tulerunt ergo Ieremiã, & proiecerunt eum in lacum Elchiæ filij Amalech, qui erat in veſtibulo carceris, & ſubmiſerunt Ieremiã in funibus in lacũ in quo non erat aqua, ſed lutũ: †deſcendit itaq; Ieremias in cœnum. Audiuit autem

a ¶Seruus regis. b ¶Caſtratus propter regnum cælorum.

Abdemelech Æthiops vir Eunuchus, qui erat in domo regis, quòd miſiſſent Ieremiam in lacum. Porrò rex ſedebat in porta Beniamin. Et egreſſus eſt Abdemelech de domo regis, & locutus eſt ad regem dicẽs. Domine mi rex,

a ¶Quaſi rectores tenebrarum.

male fecerunt uiri iſti omnia quæcunq; perpetrarũt cõtra Ieremiam prophetam, mittẽtes eũ

¶Vitiorum. a ¶Verbi Dei.

in lacũ, vt moriatur ibi famẽ. Non ſunt enim vltra in ciuitate panes. Præcepit itaq; rex Ab-

a ¶Prædicatoribus. ſ. de Gentibus.

demelech Æthiopi, dicẽns: Tolle tecum hinc triginta viros: & leua Ieremiam prophetã de lacu anteq̃ moriatur. Aſſumptis ergo Abdemelech ſecum viris ingreſſus eſt domum re-

a ¶Exempla ſcilicet antiquorum patrum.

gis, quæ erat ſub † cellario, & tulit inde veteres pannos, & antiqua veſtimenta quæ computruerant, & ſubmiſit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: Pone veteres pannos & hæc ſciſſa & putrida ſub cubito ma-

a ¶Domini præcepta.

nuum tuarum, & ſuper fũnes: Fecit ergo Ieremias ſic. Et extraxerunt Ieremiam funi-

*principũ, tamen non excuſatur à peccato mortali conſentiẽdo in mortem innocentis & prophetæ Dei.* G

e Tulerunt ergo. *Vt ibi moreretur fame, & demerſione intra lutum, & ſic dura morte.*

g Audiuit au. &c. *Hic cõſequenter ponitur ipſius Ieremię ſubleuatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ſubleuatio Ieremiæ, ſecundò cõſultatio Sedeciæ ibi: Et miſit rex. Circa primum dicitur: Audiuit autem Abdemelech Aethiops. Hoc exprimitur ad denotandum Iudæorum crudelitatem, qui non compatiebantur Ieremiæ, & ſibi compatiebatur homo nationis extraneæ. Dicit tamen Rab. Sa. quia duæ ſunt dictiones tales Abdemelech, ideſt ſeruus regis, & ſic non eſt nomen alicuius hominis determinati, ſed ſerui regis indifferenter pro quocũq;. Et quod ſubditur, Aethiops: dicit, & verum eſt, quòd eſt ibi Chuſi, quod ſignificat Aethiopem in quocunq; caſu in ſingulari, quia omnia nomina Hebraica ſunt indeclinabilia, ſicut apud nos cornu & gelu: & ſic dicit quòd Chuſi eſt genitiui caſus, ideſt Aethiops, & refertur ad Sedeciã, eo quòd erat denigratus vita & fama: & ſic in alijs locis, communiter ſic eſt intelligendũ. Sed in litera hic, & in ſequentibus magis dicitur, quòd Abdemelech ſit nomẽ proprium, & quòd fuerit Aethiops natione.*

h Vir Eunuchus qui erat in domo regis &c. *ideſt caſtus & honeſtus. Cætera patent vſque ibi.*

k Pone ve. pannos, & hæc ſciſ. & putri. &c. *Per talem enim modum poterat leuari facilius, & extrahi de luto.*

## MORALITER.

* b *Audi. au. &c.* Per iſtos Ieremiam accuſantes iniquè regi, & eius mortem poſtulantes ſignantur detractores peſſimi apud magnos accuſantes nequiter innocẽtes, et eorum pęnam confuſibilem impetrantes.

f *Et ſubmi. Ie. &c.* Per iſtos funes ſignantur malignorum colligationes ad pęnam iuſtorũ, de quibus dicitur Iſa. 58. b. diſſolue colligationes impietatis etc.

i *Et ſub. ea. &c.* Per funes iſtos quibus Ieremias extractus fuit de lacu ſignantur colligationes charitatis ad liberandum innocentes. De quibus dicitur Hoſ. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Per pannos veteres ſignantur antiqui patres ſancti, quorum meritis ſucceſſores eorum iuſti leguntur frequenter à pęnalitatibus liberati. Aliter autem poteſt moraliter dici, q̄ per Ieremiam ſignatur vir bonus per deceptioné dęmonum in lutum peccati deiectus, eo q̄ in gratia non erat confirmatus: per Abdemelech qui ſeruus regis interpretatur, prædicator bonus de ſalute hominum ſollicitus intelligitur, qui talẽ lapſum cum auditorio Dei extrahit ipſum de luto peccati per funes et pannos veteres. i. per charitatẽ Dei et proximi qua eſt accenſus, et exemplo ſanctorũ patrũ ad hoc inductus. Habet aũt ſecũ. 30. viros, per quos ſignantur opera decalogi facta in fide et ſpe et charitate ſpiritus ſancti, quia numerus tricenarius ex ductu denarij p ternariũ cõſurgit.

* p Soli-



veteres apponuntur, quia ne diuina præcepta nos terreãt, antiquorum patrum nos exẽpla confortant, vt eorum cõparatione nos poſſe p̃ſumamus, qđ ex noſtra imbecillitate formidamus. Si ergo de hoc profundo eleuari feſtinamus, ligemur funibus i. præceptis dominicis aſtringamur. Interſint etiã panni veteres, vt melius teneantur funes. i. p̃cedẽtium conformemur exẽplis ne infirmos nos p̃cepta ſubtilia vulnerẽt. vnde: Memẽtote p̃poſitorum veſtrorũ, q̃ vobis locuti ſunt verbũ Dei, quorum intuentes exitus cõuerſationis imitamini fidem.

a *Si pro.* Propheta præuidens ciuitatem eſſe tradendam in manus Chaldæorũ, cõſilium dedit regi, vt ſe traderet in manus regis Babylonis, vt ſic furibũdum eius animum mitigaret, & leuiorẽ ſentẽtiam ſuſciperet: ſed mens indurata corrigi non poterat.

b *Ecce.* Significat, q̄ fluxa cogitatio, & voluptuoſi conſiliatores in lubrico carnalium deſideriorum & cœno vitiorum greſſus noſtrorum operum demergunt, & cũ demerſos viderint, à nobis recedũt: quia perditis nullũ cõſilium dare poſſunt, quia hoc ſolum ſtudebant, vt in peccati voraginem præcipitarent. Si ergo conſilio diuinarum ſcripturarũ peccata corrigere, & animas noſtras à perditione per pniam liberare noluerimus, cum vxoribus. i. cum concupiſcentijs

## NIC. DE LY.

a Et miſit rex Se. *Hic conſequẽter ponitur Sedeciæ conſolatio, vbi primò conſilium quæritur, ſecũdò datum renuitur ibi: Et dixit rex. Tertiò ſub ſecreto ponitur, ibi: Dixit ergo. Circa primum ponitur Sedeciæ interrogatio, cum dicitur,*

b Et tulit ad ſe Ier. *Nolebat enim ad ipſum ire duplici de cauſa: Tum quia non decebat regem ire ad carcerem: Tum quia volebat factum ſuum abſcondere, quãtum poterat: ſecretius autem poterat Ieremias ad regem adduci, quam quòd rex iret ad eum: quia reges incedunt cũ magna comitiua hominum.*

c Ad oſtium ter. *Erant enim ante templum domini tria atria. ſ. mulierum, & virorũ, & ſacerdotum, vt dictum fuit. 3. Reg. Oſtiũ autem atrij ſacerdotum erat tertium, & ipſe fecit eum venire vſq; ad locum illum: ideo quod ſubditur,*

d Quod erat in do. do. *non accipitur pro domo templi præcisè, ſed etiam pro ędificijs alij ad templum pertinentibus.*

e Et di. rex. *petendo à Ieremia diuinum oraculum & conſiliũ: ſecundò ponitur Ieremiæ reſponſio, ibi:*

f Dixit au. *Præmittitur tamen Ieremiæ aſſecuratio, cum dicitur:*

g Si an. ti. &c. *Et quæritur aſſẽſus ad diuinum conſilium cum dicitur,*

h Et ſi con. de. &c. *Primum autẽ conceſſit Sedecias, ideo ſubditur,*

i Iurauit er. Sede. rex Iere. cla. *ne prouo-*

bus, & eduxerunt eum de lacu. Manſit autẽ Ieremias in veſtibulo carceris. Et miſit rex Sedecias, & tulit ad ſe Ieremiam prophetam ad oſtiũ tertiũ, quod erat in domo dñi. Et dixit rex ad Ieremiam: Interrogo ego te ſermonem, ne abſcondas à me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedeciã: Si annũciauero tibi, nunquid nõ interficies me? Et ſi conſiliũ dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo Sedecias rex Ieremiæ clam, dicens: Viuit dñs, qui fecit nobis animam hãc, ſi occidero te, & ſi tradidero te in manus virorum iſtorũ, qui quærunt animam tuã. Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis viuet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccẽdetur igni, & ſaluus eris tu & populus tuus &

¶Sponte.

domus tua. Si antem non exieris ad principes re-

¶A domino. ¶Poteſtatem.

gis Babylonis, tradetur hæc ciuitas in manus Chaldæorũ: & ſuccendent eã igni, & tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam. † Sollicitus ſum propter Iudæos, qui tranſfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorũ, & illudent mihi. Reſpondit autẽ Ieremias, & dixit ad eũ: Non te tradẽt. Audi quæſo vocem domini quã loquor ego ad te, & bene erit tibi, & viuet anima tua. Quòd ſi nolueris egredi, iſte eſt ſermo quem oſtendit mihi dominus: Ecce omnes mulieres quæ remanſerunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipſi dicent: †Seduxerunt te & præ-

a ¶Voluptuoſi conſiliatores.

ualuerunt aduerſum te uiri pacifici tui, demer-

a ¶Vitiorum. b ¶Carnalium deſideriorum. c ¶Greſſus operum.

ſerunt te in cęnõ, & in lubricõ pedẽs tuos, & re-

a ¶Carnales concupiſcentiæ. ¶Praui actus.

ceſſerunt à te. Et omnes vxõres tuæ & filij tui de-

¶Dæmones.

ducentur ad Chaldęos, & nõ effugies manus eorum:

¶Diaboli æternæ confuſionis.

ſed in manu regis Babylonis † traderis, &

a ¶Animam. ſ. ſimul cum corpore. ¶Inextinguibili.

ciuitatẽm hanc comburet igni. Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: Nullus ſciat verba hæc, & nõ morieris. Si autem audierint principes, quia locutus ſum tecũ, & venerint ad te, & dixerint tibi: indica nobis quid locutus ſis cum rege, ne celes, & non te interficiemus, & quid locutus eſt tecũ rex, dices ad eos: Proſtraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionatham, & ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiã, & interrogauerunt eũ. Et locutus eſt eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex. Et ceſſauerunt ab eo: Nihil enim fuerat auditum. Manſit verò Ieremias in veſtibulo carceris vſq; ad diem quo capta eſt Ieruſalem. Et factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

## CAP. XXXIX.

Anno nono Sedeciæ regis Iuda menſe decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam. Vndecimo

*prouocarentur principes ſi feciſſet hoc manifeſtè.* C

k Viuit do. &c. *i. ſicut eſt verum, quòd Deus viuit, & animas noſtras creauit.*

l Si oc. te. *accipitur hic, ſi pro non. q. d. ſicut verum eſt illud quod dixi, ita verum eſt quod non occidam te per memetipſum, nec etiam per alium, ideo ſubditur.*

m Et ſi tra. te in ma. vi. iſto. *ſ. principũ, qui poſuerant eũ in lacum, vt dictum eſt. Cætera patent vſq; ibi.*

n Et ſuc. me. *q. d. tu eris cauſa huius incendij, quod reputabatur peccatum grauiſſimum.*

o Et di. *Hic conſequenter cõſilium datum renuitur, cum dicitur,*

p Sol. ſum pro. iu. &c. *in quo apparet malignitas Iudæorum & crudelitas, quia Sedecias magis timebat eos quam extraneos.*

q Et illu. mi. *inferendo mortem opprobrioſam, & vilem: Plus enim timebat modum moriẽdi opprobrioſum, quàm ipſam mortem. Cætera patent vſq; ibi.*

r Et ipſi di. *tibi improperando.*

s Præua. aduer. te &c. *i. prophetæ falſi denunciantes pacem tibi.*

t Demerſerunt te in cœ. *ideſt ad ſtatum vilitatis.*

u Et in lubri. pe. tu. *dando tibi occaſionem ruinæ.*

x Et rece. a. *quia imminẽte captione ciuitatis transfugerunt ad Chaldæos. Cætera patent.*

y Di. er. *Hic conſequenter negotium in ſecreto ponitur: timebat enim Sedecias offenſam principũ, ſi ad eorum notitiam perueniret tractatus inter ipſum & Ieremiam: patet litera vſque ibi:* D

z Pro. ego &c. *in hoc verum dixit rex: alias Ieremias non obediuiſſet ei mentiendo: & hoc patet ex hoc quod ſup. dictum eſt quod rex iurauit ei, quòd non interficeret eũ, nec traderet eũ in manus principũ qui miſerant eum intra lacum, qui erat in domo Ionathan ſcribæ. Nec eſt veriſimile, quòd rex iuraſſet de aliquo quod Ieremias non petiuiſſet. Cætera patent in litera.* (†Incitauerunt te. — †capiens)

## MORALITER.

* p *Sol. ſum &c.* Ex hoc patet, q̄ apoſtatæ de quolibet ſtatu magis formidandi ſunt illis à quibus receſſerunt, quam alij aduerſarij. pp quod apoſtolus. 2. Cor. 11. g. inter pericula in quibus fuerat dicit in fine, periculum in falſis fratribus, tanq̃ completiuũ aliorũ.

## NIC. DE LYRA. CAP. XXXIX.

Anno an. Se. *Superius deſcripta eſt deſtructio Ieruſalem prophetice, hic conſequenter deſcribitur hiſtoricè. Et diuiditur in duas partes, quia primò fit propoſitum, ſecundò ponitur quoddam correlarium. cap. 45. Prima in duas, quia primò deſcribitur ciuitatis captio: ſecundò populi remanentis ordinatio ibi: Et reliquias. Circa primum primò ponitur tẽpus obſidionis, cũ dicitur:*

## MORALITER.

* a *Anno.* Per Ieruſalẽ ſignatur aĩa fidelis ſcđm ſenſum moralẽ, ſicut dictum fuit in huius operis principio, q̃ ab exercitu regis Babylonis obſidet̃, q̃n tẽtationibus dæmonũ impugnat̃: Aperit̃ aũt (4. Reg. 25. a)

* quando

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

piſcentijs carnalibus filijs. i. prauis actibus ad Chaldęos qui interpretā tur dæmones educemur, & in manu regis æternæ confuſionis vincti trademur, qui ciuitatem noſtram, ideſt carnem ſimul & animam igne comburet inextinguibili.

a *Præce. Ra.* Superbis & contēptoribus reddit Deus ſupplicia, manſuetis & humilibus ſolatia. Qđ patet in Sedecia rege, & in Ieremia ꝓpheta, & Nabuchodonoſor regis ſentētia. Nec mirū, ſi per eoſdem diuerſis diuerſa reddit, qui eiſdē elemētis pro meritorū qualitate, electis & reprobis diuerſa rependit. Aqua maris rubri Iſraelitas ſeruauit illęſos, eadem Aegyptios interfecit. (Exo.14.c) Flamma camini Babylonij regis miniſtros incendit, pueros in medio ignis benedicentes Deum ſeruauit. (Dan.3.b) Vnde vir ſapiens in laudibus Dei ait: Creatura enim tibi factori ſuo deſeruiēs, exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & leuior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

b *Et li. te.* Qui ſperāt in dño non cōfundenť. (Sap.19.d; Pſal.24.a) Confundantur oēs iniqua agentes. Ecce principes, qui animā Ieremiæ q̃rebant, captiuanť: Eunuchus qui eum liberauerat, perfecta potitus eſt libertate. (Ier.26.g) Sic quoq; liberatis ſanctis prædicatoribus, perſecutores æterna vltione punientur.

## NIC. DE LY.

❡ *dicitur: Anno nono Sedeciæ. Secundò tempus captionis, cum dicitur: Vndecimo autem anno &c. patet litera. Tertiò deſcribitur ipſa captio, cum dicitur,*

F a Aperta eſt. *Fractis muris exterioribus & portis, ideo ſubdit:*

b Et ſe. *Et cæteri diſpoſuerunt ſe ad inuadendum portas ſecundi muri. Quod cum vidiſſet Sedecias, & viri ſui videntes, quòd non poterant reſiſtere territi fugerunt.*

c Per v. etc. *i. quæ ducebat verſus hortum.*

d Et per portam. *Dicit Ra. Sa. quòd ibi erat vna porta ad ingrediēdum viam ſubterraneam, cuius exitus erat longe à ciuitate, per quam fugerunt.*

e Perſe. eſt au. *Per indicium Iudæorum, qui transfugerant ad Chaldæos, vt dicit Ioſephus. Ra. Sa. autem dicit, quod Deus fecit apparere vnam ceruam, quæ in ſuperficie terræ currebat ſuper viam ſubterraneam, & Chaldæi eam ſequentes viderunt Sedeciam, & viros eius à longe exiſtentes ſuper terram: & ſic eos ceperunt, vt dictum fuit diffuſius. 4. Regum. Cætera patent vſque ibi:*

f Et lo. eſt. *Primò, verbo arguendo eum de infidelitate, & periurio, ſecundò facto, filios eius occidēdo coram eo, & omnes nobiles qui dederant ei conſilium rebellandi. Ra. Sa. dicit quod per nobiles hic intelliguntur. lxx. ſenes iudices populi, cum rege & ſummo Sacerdote, quod fuerat inſtitutum à tempore Moyſi: vt habetur Num. 11. quòd lxx. ſenes ſuſtinerent onus regiminis cum ipſo. Et dicit quod iſti relaxauerunt iuramentum Sedeciæ quod fecerat regi Babylonis, propter quod fecit eos occidi.*

g Et do. vulga. *ideſt domos accipiendo ſingulare pro plurali: quia Chaldæi incenderunt domos Ieruſalem per circuitum, vt habetur. 4. Reg. vlt.*

h Et reli. *Hic conſequenter ponitur ordinatio populi remanentis: Et primò quantum ad eos qui præſentes erant. ſecundò, quantum ad eos qui fugerāt. 40. cap. ibi: Cumq; audiſſēt. Prima diuiditur in duas, quia primò ponitur ordinatio generalis, ſecundò ſpecialis, ibi: Præceperat. Circa primum ſciendum,* (Diuiſio.)

autem anno Sedeciæ menſe quarto, quinta die menſis, aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſunt omnes principes regis Babylonis, & ſederunt in porta media Neregel, Sereſer, Semegar, Nabuſarſathim, Rabſaces, Neregel, Sereſer, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. Cumque vidiſſet eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt, & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti regis: & per portam quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam deſerti. Perſecutus eſt autem eos exercitus Chaldæorum, & cōpræhenderunt Sedeciam in cāpo ſolitudinis Ierichontinæ: & captū adduxerūt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath, & locutus eſt ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha in oculis eius, & oēs nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. Domum quoq; regis, & domū vulgi ſuccenderunt Chaldęi igni, & murū Ieruſalē ſubuerterunt. Et reliquias populi, quæ remanſerunt in ciuitate, & profugos qui trāſfugerant ad eū, & † ſuperfluos (†reſiduum) vulgi qui remanſerant, trāſtulit Nabuzardā magiſter †militum (†lanionū) in Babylonem: & de plebe pauperū qui nihil penitus habebant, dimiſit Nabuzardā magiſter militiæ in terra Iuda, & dedit eis vineas & ciſternas in die illa. Pręceperat autem Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardam magiſtro militiæ, dicēs: tolle illū & pone ſuper eum oculos tuos: nihilq́; ei mali facias, ſed vt voluerit, ſic facias ei. Miſit ergo Nabuzardā princeps militiæ, & Nabu & Sesbam & Rabſaces & Neregel & Sereſer & Rebmag & omnes optimates regis Babylonis miſerūt, & tulerunt Ieremiā de veſtibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Aichā filij Saphan, vt † intraret in domum, & habitaret in populo. Ad Ieremiā aūt factus fuerat ſermo dñi cum clauſus eſſet in veſtibulo carceris dicēs: Vade & dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicit dominus exercituū Deus Iſrael: Ecce ego inducā ſermones meos ſuper ciuitatē hāc in malū & nō in bonū, & erūt in conſpectu tuo in die illa, & liberabo te in die illa ait dñs, & non traderis in manus virorum quos tu formidas, ſed

*ſciendum, quòd populus in ciuitate & territorio repertus poſt deſtructionem ciuitatis erat in duplici differentia, quia aliqui ante captionem fugerant ad Chaldæos. Et alii qui inuenti fuerunt, qui non transfugerant. Et iſti erant duplici differentia, quia aliqui erant alicuius valoris ſeu reputationis, & iſti cum præcedentibus fuerunt tranſlati in Babylonem. Alij erant pauperes, & nullius reputationis in aliqua arte ſeu ſcientia, & iſti fuerunt dimiſſi in terra ad colendum terras, & vineas, reddendo inde tributum regi Babylonis per Godoliam quem præfecit eis, & ſecundum hoc patet litera.*

i Præceperat. *Hic conſequenter ponitur ordinatio ſpecialis. ſ. de perſona Ieremiæ: interponitur tamen ſaluatio Abdemelech, ibi: Ad Ieremiam. Circa primum patet litera vſque ibi:*

k Tolle etc. *De carcere in quo poſitus fuerat, vt dictum eſt cap. præced.*

l Et pone ſu. eum. etc. *Ei in omnibus compatiendo. Cætera patent vſque ibi.*

m Et tradi. eum Godo. *Vt ei conuenienter de neceſſarijs prouideret.*

n Ad Iere. *Hic ſaluatio Abdemelech interponitur, & ſecundò ordinatio circa Ieremiam reſumitur in principio ſequentis capituli. Circa primum ponitur tempus reuelationis factæ Ieremiæ de. Abdemelech ſalute cum dicitur:*

o Cum cla. eſ. etc. *Cætera patent vſq; ibi.*

q Et erunt in con. etc. *i. videbis ſermones meos per Ieremiam dictos impleri.*

r Et non tra. in ma. vi. *ideſt Chaldæorum. Modus tamen liberationis non plus hic exprimitur. Cætera patent.*

### MORALITER.

✱ quando ſenſus exteriores ad actus indecentes conuertuntur, vt oculus ad impudicum contuitum, et auris ad turpium auditum, et ſic de alijs. Sed tunc principes regis Babylonis ſedent in media porta, quādo per ſenſualitatem (quæ media eſt inter ſenſus exteriores, et rationem) ipſam rationem impugnant, et tunc rex Sedecias, et bellatores fugiunt, quando vires ſuperiores reſiſtere negligunt; et tunc rex Sedecias capitur, quando voluntas ad conſenſum peccati mortalis inducitur, et filij eius occiduntur, Nam opera bona præcedentia mortificantur, et hoc fit in oculis illius, quia per vnum actum peccati mortalis non ſtatim homo totaliter excæcatur, ſed per eius frequentationem, et tunc ligatur per malum habitum acquiſitū, et finaliter in Babylonem ducitur, quando pœnæ gehennali deputatur.

g *Domum quoq; re. & do. vulgi* in. 4. Reg. 35. additur domus Dei. Ignis autem ille quē incendunt dæmones, qui per Chaldæos ſignantur, eſt vitium luxuriæ, de quo dicitur Iob. 31. b. Ignis eſt vſq; ad cōſumptionem deuorans, et omnia eradicans genimina. Hoc autem igne incenditur domus regis, per quam ſignantur nobiles, et domus vulgi, ideſt homines populares, et domus Dei, ideſt clerici et regulares.

p *Vade & dic Ab. &c.* Per hoc autem quod iſte Abdemelech per opera pietatis, quæ circa Ieremiam exercuit, fuit liberatus de manibus Chaldæorū, ſignatur, ꝙ per opera pietatis liberātur homines à poteſtate dæmonum. Vnde ſecundùm ſaluatoris ſententiam. Matt. 25. dicetur eis in finali iudicio. Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Et ſubditur ratio cū dicitur; Eſuriui enim et dediſtis mihi manducare. ſitiui, et dediſtis mihi bibere etc.



## GLOS. ORDINARIA. CAP. XL.

A *Sermo qui factus eſt &c.* Quæritur quomodo hic ſermo domini ad Ieremiam prophetam factus dicatur. Nō enim oſtenditur quis iſte ſermo fuerit, vel quid manifeſtauerit. vnde ni fallor datur intelligi, ꝙ liberationem ſuam per principem militię diuino nutu factā, propheta occultè per hūc ſermonem ad ſe prolatum intimare voluerit, ſicut ipſe Nabuzardan ait: Dominus Deus tuus locutus eſt malū hoc ſuper locum iſtū &c. Si ergo illi qui peccauerūt dño, nec obedierūt, iuxta ſermonem dñi captiuati ſunt: qui peccantes corripuit & dño obediuit, iuxta ſermonem domini liberatus eſt.

b *Tollens ergo.* Deſcripta vaſtatione vrbis, & interitu & captiuitate populi, & perfidi regis, ſequiť quid de Ieremia factum ſit, & de reliquijs populi, quas propheta monuit ex verbo domini ſedere in terra ſua, & ſeruire regi Babylonis, ipſi verò maluerunt ire in Aegyptum, vbi eas poſtea Nabuchodonoſor trucidauit, & ipſam Aegyptum vaſtauit.

c *Sed habita apud Godoliam.* Rabanus. Miſerationes dñi ſunt multæ, & iudicia eius abyſſus multa. qui ſicut præuaricatores legis iuſtè corripuit, ita humilibꝫ & obedientibus miſericorditer ſolatiū contulit. Per ipſos enim hoſtes, quibus perfidum regem & miniſtros eius puniuit, reliquijs populi prouiſorem Godoliam conſtituit. Myſticè autē Godolias qui interpretatur magnificatus domino, prædicatores domini ſignificat, qui diuino nutu præficiuntur, vt Deum timentes habeant refugium & ſolatium: hi pro ſubiectis animam ponunt, B & contra perfidos protectionis ſcutum opponūtur, vſq; ad mortem in officio fideliter perſiſtentes: ſicut Godolias innocens à perfido Iſmaele occiſus eſt.

c Quando tulit eum uinctum cathenis. *Non proprijs à quibus iam ante ſolutus fuerat in Ieruſalem, ſed catenis tranſmigrantium, quibus ſe ingerebat. ideo ſubditur, In medio omnium qui migrabant, & cætera.* C

d Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam. *ne Nabuchodonoſor contra eum offenderetur, ſi duceret Ieremiam taliter in Babylonem.*

eruens liberabo te, & gladio non cades: ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait dominus.

## CAP. XL.

Sermo qui factus eſt ad Ieremiam à domino poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ieruſalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtū, & adduxit, & fecit dominus ſicut locutus eſt: quia peccaſtis domino, & non audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis. Si placet tibi, vt venias mecum in Babylonem, veni, & ponā oculos meos ſuper te. Si autē diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſide. Ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt. Quod elegeris & quo placuerit tibi vt vadas, illuc perge. † & mecum noli venire, ſed habita apud Godoliā filiū Aichan filij Saphan, quem præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ. Habita ergo cū eo in medio populi, vel quocunq; placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoq; ei magiſter militiæ cibaria & munuſcula, & dimiſit eū. Venit autem Ieremias ad Godoliam filiū Aichan in Maſphat, & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. Cumq; audiſſent omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum, ꝙ præfeciſſet rex Babylonis Godoliā filiū Aichan, terræ, & ꝙ commendaſſet ei viros & mulieres & paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant tranſlati in Babylonem, venerunt ad Godoliā in Maſphat, & Iſmael filius Nathaniæ & Ioannan filius Chareæ, & Ionathan & Sareas filius Thenoemeth & filij Offi, qui erant de Nethophati, & Iechonias filius Maachati ipſi & viri eorum. Et iurauit eis Godolias filius Aichan filij Saphan & † comitibus eorū, dicens: Nolite timere ſeruire Chaldæis, habitate in terra & ſeruire regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Maſphat vt † reſpondeam præcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos. Vos autem colligite vindemiam, & meſſem, & oleum.

## NICOL. DE LYRA. CAP. XL.

Sermo qui factus eſt &c. *Hic ordinatio circa Ieremiam reſumitur. Circa quam ſciendum, ꝙ ſicut dicit Ra. Sal. Ieremias videns populum duci in Babylonem in vinculis & catenis, iuit cum eo vſq; Rama, & ponebat ſe uoluntariè inter ligatos & catenatos ſupponens collum ſuum catenis eorum ſecundum quod poterat: propter quod Nabuzardan cui rex eum recommēdauerat, voluit, quòd hoc modo iret cū populo: ſed poſuit in eius optione, quòd iret cū eo in Babylonem honorificè, & non ſicut captiuus: vel quòd remaneret in terra Iuda cum Godolia: & tunc fuit ſibi reuelatum à Deo, ꝙ remaneret: quod & fecit, vt pro populo remanente oraret, & circa ipſum quæreret domini voluntatem: & propter hoc dicitur:*

a Sermo qui factus eſt ad Ieremiam à domino poſtquàm dimiſſus eſt &c. *Et iſtud refertur ad illud quod infrà dicitur. quadrage. ſecundo. b. Cùm autem completi eſſent decem dies, factum eſt verbum domini ad Ieremiam &c. Sed hic interponitur Ieremiæ remiſſio: & fugitiuorum reuerſio, & etiam Godoliæ occiſio.*

b De Ra. *Nomen eſt loci vnde rediit Ieremias ad Godoliam ex cauſa prædicta.*

e Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc. *quaſi diceret, non debes ei tantum compati, ex quo eſt voluntas Dei tui.*

f Quia peccaſtis domino, & non audiſtis uocem eius. *Non loquitur hic pro Ieremia, ſed pro populo de quo erat.*

g Nunc ergo, ecce ſolui te hodie de cate. &c. *nolens quòd ſic in Babylonem ducaris.*

h Si pacet tibi, ut uenias mecum in Babylo. *honeſte ſecundum regis mandatum.*

i Veni, & ponam oculos meos ſuper te. *aliter non.*

k Et mecum noli venire, ſed habita apud Godoliam. *In Hebræo habetur: Et adhuc non eſt reuerſus, & reuerſus eſt ad Godoliam. Quod ſic exponitur ab Hebræis: Et adhuc non eſt reuerſus. ſcilicet propter verba Nabuzardan. ſed tunc facta eſt ſibi reuelatio domini de reuerſione ratione prædicta. ideo ſequiť: Et reuer. eſt ad Godoliam, ſcilicet propter verba domini. Iſte enim Godolias transfugerat ad Chaldæos ante captionem ciuitatis de conſilio Ieremiæ, vt dicit Ra. Sal. propter quod rex Babylonis præfecit eum populo remanenti in terra. Cætera patent in litera.* (Godolias quare præfectus Iudææ.)

m Cumq; audiſſent omnes &c. *Hic ponitur ordinatio populi quãtum ad eos qui fugerant. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eorum receptio benigna: ſecundò contra Godoliam conſpiratio maligna, ibi: Iohannan autem. Sententia primæ partis patet in litera paucis exceptis.* (Diuiſio.)

n Qui diſperſi fuerant per regiones. *ſcilicet circa Iudæam, quia diuerſi fugiebant ad diuerſa loca, ſperantes ibi habere latibula propter aliquam amicitiam ſeu familiaritatem ibi prius contractā.* D

p Et iurauit eis Godolias. *quod ſeruaret vitam eorum.*

r Ecce ego ha. in Maſphat, vt reſpondeam præcep. Chal. *quaſi dicat poteſtis ad me ſecure recurrerè, ſi in aliquo formidatis.*

❡ a Sed om-

### MORALITER.

✱ a *Sermo qui fa. eſt ad Ieremiam.* Sequitur:

l *Habita ap. Godo. &c.* Per Godoliam. qui interpretatur magnificans dominum, ſignatur bonus uir & literatus, qui ſcit & uult magnificare dominū corde ſacra meditando, ore uera docendo, & opere uirtuoſa operando. et talis præfici debet eccleſiæ, ſicut Godolias fuit pręfectus terrę. de quo dicitur conſequenter quòd habitabat in Maſphat, quæ interprætatur contemplatio. Debet enim conſiderare bonus præfatus conditiones temporū, quia ſic diuerſimode eſt agendū.

m *Cunque. om. &c.* Sequitur.

o *Venerunt ad Godo.* Officium enim boni prælati eſt diſperſos per diſcordiam reunire per concordiam charitatis, et eos aſſecurare in bono: ideo ſubditur.

q *Noli ti.* ad bonum opus inducere: ideo ſequitur.

s *Vos autem colligite vindemiam.* bonæ compunctionis.

t *Et meſſem.* multiplicis bonæ operationis.

u *Et oleum.* piæ miſerationis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XLI.

E

**E**T factum eſt. &c. Grego. Hæc fraus tunc per Iſmaelem hiſtorialiter facta eſt: ſed quotidie per diabolum fit ſpiritualiter. Sciendũ verò eſt ꝙ bona noſtra tribus modis diabolus inſequitur: vt cum rectum agitur coram hominibus, in æterni iudicis cõſpectu vitietur. Aliquando enim intentionem polluit, vt ſequens actio ab origine immũda ſit. Si hoc non p̃ualet, in ipſa actione, quaſi in itinere ſe opponit, vt cum per propoſitum mentis ſecurior quis graditur ſubiuncto latenter vitio, quaſi ex inſidijs perimatur. Aliquã verò nec intẽtio nẽ vitiat, nec in itinere ſupplantat, ſed opus bonũ in fine actionis illaqueat. vnde: In via hac qua ambulabam abſc. ſu la. mi. Qđ bene Ieremias inſinuat, q dum geſta foris retulit, quæ intus gerã tur indicauit dicens: Venerunt. lxxx. viri de Sichem &c. Barbam radunt, qui ſibi de proprijs viribus fiduciã ſubtrahunt. Veſtes ſcindunt, qui ſibimetipſis interioris decoris laceratione nõ parcunt. Oblaturi in domo domini thus & munera veniunt, qui exhibere in Dei ſacrificio orationem cum operibus pollicentur. Sed tamen ſi ſe in ſanctæ deuotionis via cautè cõſpicere neſciunt, Iſmael Nathaniæ filiæ in eorũ occurſum venit, qa quilibet malignus ſpiritus prioris ſui Sathanæ. ſ exemplis in ſuperbiæ errore generatus ſe ad decipiendum opponit. De quo bene dicitur: Incedens & plorãs ibat, qa vt deuotas mentes interimere feriendo prę ualeat, ſe ſub velamine virtutis occultat. & dum concordare ſe verè lugentibus ſimulat, ad cordis intima ſecurius admiſſus, qđ intus de virtute latet occidit: quia plerunq; ſe promittit ad altiora prouehere: vnde dixiſſe perhibetur: Venite ad Godoliam filiũ Aichã:

F & dum maiora promittit etiam minima ſubtrahit: vñ dictũ eſt: Cũ veniſſent ad mediũ ciuitatis, interfecit eos. Viros ergo ad offerenda Deo munera veniẽtes in medio ciuitatis interfecit, quia ☞ diuinis

Diabolus quomodo inſequitur bona noſtra.

Pſal. 141. a

## NICO. DE LYRA.

❡ b Sed & &c. *qui ad illa loca fugerant imminente guerra.*

c Audito &c. *i. quòd ordinaſſet aliquos de Iudæis manere pacificè in terra ſua, ne terra redigeretur in ſolitudinem propter defectum cultorum: & ſic redderet inutilis regi Babylonis.*

d Colle &c. *hoc eſt reſpectu populi qui remãſerat, quia quamuis Chaldæi vineas & agros pro magna parte deſtruxiſſent, tamen illud qđ remanſit non ſolum fuit ſufficiens, ſed abundãs pro illis paucis Iudæis. qui in terra habitabãt.*

e Iohan. &c. *Hic conſequenter ponitur maligna conſpiratio contra Godoliam. Et diuiditur in duas. quia primò conſpiratio fideliter detegitur, ſecundò nequiter perficitur ſequen. cap. Prima pars patet vſque ibi:*

Diuiſio.

f Scito ꝙ Baal. rex &c. percutere animam tuam. *id eſt te occidere. Frequẽter enim in ſcriptura anima accipitur pro toto homine, eo modo loquendi quo totum denominatur à digniori parte. iſte autem Iſmael, eo ꝙ erat de ſanguine regio, indignabatur, ꝙ Godolias præerat populo. & ideo petijt à rege Ammon, ad quem confugerat, auxilium ad ipſum occultè iugulãdum: ſed iſtud innotuit Iohannan filio Careæ & ſocijs eius: qui reuelauerunt hoc Godoliæ, volentes remedium adhibere, ſed ipſe non credidit, & occiſionem Iſmaelis prohibuit. & patet litera.*

## MORALITER.

✻ a *Et condite in vaſis veſtris.* i. in cordibus ueſtris per rectitudinem debitæ intentionis. Greg. hom. 37. Sic autem fit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & in intentione qua ſoli Deo placere quærimus, ſemper optemus ſecretum.

f *Scito ꝙ Baal. rex filio. Ammon miſit &c.* Ammon interpretatur populus iniquus, & ideo per regem Ammon ſignatur diabolus, qui (ut dicit Grego. Homil. 10.) eſt caput omnium iniquorum, & huius capitis membra ſunt omnes iniqui. & ipſe Iſmaelem id eſt hominem impium & ferocem mittit ad interficiendum hominem innocẽtem qui ſignatur per Godoliam. Et ſicut ille Godolias nõ credidit quod dicebatur de Iſmaele, & ſic interfectus fuit: ſic quia innocens non credit de facili malũ de alio ſibi dictũ, frequẽter incurrit dãnũ tpale, licèt credat ad eius bonũ ſpũale ſi ſuſtineat patiẽter. Prou. 22. Callidus uidet malũ, & abſcõdit ſe: innocẽs autem pertranſiit, et afflictus eſt damno.

G

& condite in vaſis veſtris, & ma- a
nete in vrbibus veſtris, quas te-
netis. Sed & oẽs Iudęi qui erant b
in Moab, & in finibus Ammõ,
& in Idumæa, & in vniuerſis re-
gionibus, audito ꝙ dediſſet rex c
Babylonis reliquias in Iudæa, &
ꝙ prępoſuiſſet ſup eos Godoliã
filiũ Aichan filij Saphan, reuerſi
ſunt inquã Iudæi oẽs de vniuer-
ſis locis ad quę profugerãt, & ve
nerunt in terrã Iuda ad Godoliã
in Maſphat, & collegerunt vinũ d
& meſſem multã nimis. Ioannã e
autẽ filius Careę & omnes prin-
cipes exercitus, q diſperſi fuerãt
in regionibus, venerũt ad Godo
liã in Maſphat, & dixerũt ei: Sci f
to ꝙ Baalis rex filiorũ Ammon
miſit Iſmael filiũ Nathanię per-
cutere animã tuã. Et nõ credidit
eis Godolias filius Aicham. Ioã-
nan autem filius Careę dixit ad
Godoliã ſeorſum in Maſphat lo
quens. Ibo, & percutiã Iſmael fi-
liũ Nathanię nullo ſciente, ne in
terficiat animã tuã, & diſſipẽtur
Iudæi omnes qui cõgregati ſunt
ad te, & peribũt reliquiæ Iuda.
Et ait Godolias filius Aichã ad
Ioannan filiũ Careę. Nolite face
re verbum hoc. Falſum enim tu
loqueris de Iſmael.

### CAP. XLI.

a **E**T factum in menſe ſepti- g
mo, venit Iſmael filius
Nathaniæ filij Maaſiæ
filij Eliſama de ſemine regali &
optimates regis, & decem viri
cum eo ad Godoliam filium
Aicham in Maſphat, & come- h
derunt ibi panes ſimul in Maſ-
phat. Surrexit autẽ Iſmael filius i
Nathaniæ & decẽ viri qui cũ eo
erãt, & percuſſerũt Godoliã filiũ
Aichã filij Saphan gladio, & in-
terfecerũt eũ quẽ prępecerat rex
Babylonis terræ. Oẽs quoq; Iu-
dæos qui erãt cũ Godolia ĩ Ma-
ſphat, & Chaldęos q reperti ſunt
ibi, & viros bellatores percuſſit k l
Iſmael. Secũdo autem die poſt-
quam occiderat Godoliam, nul m
lo adhuc ſciente, venerunt viri n

## NICO. DE LYRA. CAP. XLI.

**E**T factum eſt. *Hic conſequenter conſpiratio Iſmaelis nequiter perficitur: Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur Godoliæ occiſio, ſecundo occiſoris perſecutio, ibi: Audiuit aũt. tertio populi trepidatio, ibi: Tulit ergo. Prima pars patet vſque ibi:*

Diuiſio.

h Et comede. *Nomine panis intelligitur omnis cibus: fecit enim eis Godolias conuiuium, credens ꝙ veniſſent amicabiliter ad ipſum.*

i Surre. au. *Erant enim multo plures, aliter nõ feciſſent talem ſtragem: ſed iſti decem qui exprimuntur erãt principales cum eo. Cætera patent vſq; ibi: Et Chaldæos qui reperti ſunt ibi. quia aliquando mittebãtur de Babylone ad Godoliã, vt reſpõderet de officio ſibi impoſito, vt habetur. c. præ. Ecce ego habito in Maſphat, vt reſpondeam pręcepto Chaldæorum.*

k Et vi. bel. *qui erant cum Godolia ad munitionem loci.*

l Per. Iſ. *quia non pręcauebant ſibi. Iſmael aũt & qui erant cum eo erant occultè armati.*

m Secun. au. *Hic conſequenter ponitur occiſio hominum venientium ad Godoliam deuotè, cùm dicitur:*

n Vene. vi. &c. raſi. bar. *Dicit hic Rab. Sa. ꝙ iſti ibant in Ieruſalem ad offerendum munera in templo: quia quando receſſerunt de domibus ſuis neſciebant templum eſſe combuſtum, ſed in via audierunt: & tunc in ſignũ tri-* ❡ *ſtitiæ fecerunt*

H

## MORALITER.

✻ g *Et factum eſt in &c.* Per illum Iſmaelem qui fuit homicida peſſimus ſignatur Diabolus, de quo ſcribitur Ioh. 8. f. Ille homicida erat ab initio. ipſe uerò uenit ad Godoliam, per quem intelligitur uir innocens et bonus, ad eum ſubuertendum de ſtatu gratiæ ad miſeriam culpæ.

h *Et comederunt ibi pan. ſimul.* Quod fit quãdo uir innocens in cogitatione peccati per ſuggeſtionem Diaboli incipit delectari. de quo etiã Diabolus delectatur: et ſic Iſmael et Godolias ſimul comedunt et paſcuntur: ſed cum Diabolus trahit ipſum ad peccati conſenſum uel actum, tunc interficit eum. Per interfectos autem ſimul cum Godolia intelliguntur opera bona uiri quæ ipſo peccante mortificantur: Poſſunt etiam per iſtos intelligi illi qui ex lapſu boni uiri accipiũt occaſionem peccandi.

m *Secundo autem &c.* Sequitur:

n *Venerunt de Si. &c.* Per Silo qui interpretatur auulſio religionis, profeſſio ſignatur, per quam homo à ſeculari conuerſione totaliter auellitur. Per Sichẽ qui humerus interpretatur, obedientia ſignatur, per quam humerus ad portandum onera religionis applicatur. Per Samariam quæ interpretatur cuſtodia, intelligitur obſeruantia regularis: et ſic per iſtos octoginta uiros uniuerſitas religioſorum deſignatur. Dicuntur autem raſi barba, per quod ſignificatur caſtitas, eo quòd barba ſignum eſt uirilis ſexus: caſti uerò ſunt eunuchi propter regnum cęlorum caſtrati. ut dicitur Matthę 19. b.

✻ Et ſciſſis



A ☞ diuinis rebus deditæ mentes niſi cũ magna circumſpectione ſe cuſtodiant hoſte ſurripiente, dum deuotionis portãt hoſtiam, in ipſo itinere perdunt vitam. De cuius manu non euaditur, ni citius ad pœnitentiam redeatur. Vnde aperte ſubiungitur.

a *Decem viri re. ſunt inter eos &c. habe. theſau.* Theſaurus enĩ in agro, ſpes eſt in pœnitentia: quæ quia non cernitur, quaſi in terra cordis † ſuffoſa continetur. Qui ergo theſauros in agro habuere, ſerua ti ſunt. Qui enim poſt incautelæ ſuæ vitium ad lamentum redeũt, nec capti moriuntur. Cùm verò antiquus hoſtis nec in exordio intentionis ferit, nec in itinere actionis intercipit: duriores in fine laqueos tendit, quem tanto nequius obſidet, quanto ſolum finem remanſiſſe ſibi ad decipiẽdum videt. Hos namque fini ſuo appoſitos laqueos videbat propheta cùm dicebat: Ipſi calcaneũ meum obſeruabunt. Per calcaneum enim qui finis eſt corporis, terminus ſignificatur actionis.

☞ a *Tulit ergo*

de Sichem & de Silo & de Samaria octo
a ❡In proprijs viribus fiduciam non habentes.
ginta viri raſi barba, & ſciſſis veſtibus, a
a ❡Decori ſuo non parcentes. b ❡Opera. c ❡Orationem.
& † ſqualẽtes: & munera & thus habebãt b c
in manu, vt offerrent in domo domini. d e
❡Quilibet malignus ſpiritus. ❡Sathanæ ſcilicet.
Egreſſus ergo Iſmael filius Nathaniæ in f
occurſum eorũ de Maſphat, incedens & g
a ❡Quia ſub velamine virtutis ſe occultat, & concordare ſe viris lugentibus ſimulat.
plorans ibat. Cum autem occurriſſet eis
a ❡Quia ad altiora ſe ducere promittit, qui etiam minima ſubtrahit.
dixit ad eos: Venite ad Godoliã filium h i
b ❡In ipſo ſcilicet itinere actionis.
Aicham. Qui cũ veniſſent ad mediũ ci- k l
uitatis, interfecit eos Iſmael filius Na-
thaniæ circa mediũ laci, ipſe & viri qui
a erant cũ eo. Decem autẽ viri reperti ſunt m
inter eos, qui dixerũt ad Iſmael: Noli oc- n
❡Spem pęnitentiæ ſcilicet.
cidere nos, quia habemus theſaurum in
agro frumẽti & hordei & olei & mellis.
Et ceſſauit, & nõ interfecit eos cũ fratri-
bus ſuis. Lacus autẽ in quẽ proiecerat Iſ- o
mael omnia cadauera virorũ quos per-
cuſſit propter Godoliã: ipſe eſt quẽ fecit
a ❡Quoſcunque diabolus doloſe interficit præcipitat in lacum ſulphuris & ignis æterni.
rex Aſa propter Baaſa regẽ Iſrael. Ipſum
repleuit Iſmael filius Nathaniæ occiſis.
a ❡Peccatis ligatas. b ❡Fideles, ſcilicet, in contemplatione vel meditatione legis manentes, vel in ſpecula virtutum.
Et captiuas duxit Iſmael oẽs reliquias p
a ❡Animas. b ❡Aeterni.
populi qui erant in Maſphat, filias regis,
& vniuerſum populum qui remanſe-
rat in Maſpat, quos cõmendauerat Na-
buzardã princeps militiæ Godoliæ filio
Aichã. Et cępit eos Iſmael filius Natha-
a ❡Qui interpretatur populus mœroris, captiuos enim ſocios facit perditionis damnatorum in æterno mœrore conſiſtentium.
nię: & abijt, vt trãſiret ad filios Ammõn.
❡Dei gratia.
Audiuit autẽ Ioãnan filius Careę & oẽs q
a ❡Doctores. ſ. ſancti Dei gratia & miſericordia confortati: qui cõtra ſpirituales nequitias pugnando captiuos ad eccleſiam reducunt.
principes bellatorũ, qui erant cũ eo, oẽ
malũ qđ fecerat Iſmael filius Nathaniæ,
& aſſumptis vniuerſis viris profecti ſunt
vt bellarent aduerſum Iſmaelẽ filiũ Na-
thaniæ, & inuenerũt eũ ad aquas multas r
quæ ſunt in Gabaõ. Cũq; vidiſſet omnis s
populus, qui erat cum Iſmael, Ioannã fi-

## NICOL. DE LYRA.

❡ *ſtitiæ fecerunt barbas ſuas radi, & veſtes inciderunt ſecundum modum Iudæorum in afflictione exiſtentium. Sed hoc non videtur verum, quia templum fuit combuſtum quinto menſe decima die menſis, vt habetur infra. 52. viri autem iſti venerunt menſe ſeptimo, vt patet ex principio huius cap. & ſic ab incendio templi & ciuitatis vſque ad aduentum eorum fluxerunt duo menſes vel circiter. Quod autem factum ſic notabile tam diu neſciretur in locis vnde venerunt, non habet aliquam apparentiam veritatis, quia Samaria quæ plus diſtabat à Ieruſalem non diſtabat niſi per 28. miliaria, quæ faciunt tãtum. 14. leucas, & Sichem per. 12. miliaria, vt dicitur in deſcriptione terræ ſanctæ. Propter quod dicendum, quòd Godolias poſt deſtructionem templi ædificauit in Maſphat altare domini, quia tempore Samuelis fuit ibi arca domini & altare per aliquod tempus, vt dictum fuit. 1. Regum. 7. & ad illum locum ex deuotione veniebant iſti viri, raſis tamen barbis & ſciſſis veſtibus in ſignum triſtitiæ pro templi deſtructione, vt offerrent in domo domini. ſic enim nominatur locus ille ratione altaris, & quia erat ſtatutus locus orationis.*

B

f Egreſſus ergo Iſmael. *vt eos deciperet. viderat enim eos de alto loco venientes.*

g Incedens et plorans ibat. *In hoc ſimulans ſe dolere de morte Godoliæ, vt dicunt aliqui: ſed huic contradicere videtur quod ſubditur:*

h Dixit ad eos: Venite ad Godoliam. *ſcilicet ſecure tanquàm ad pręfectum terræ. Non enim eſt veriſimile, quòd loqueretur de cadauere ipſius & aliorum interfectorum, quod magis volebat celare. & ideo cũ dicitur: Incedens & plorans. hoc eſt intelligendum quòd conformabat ſe eis in luctu pro deſtructione templi & ciuitatis. vt magis crederent ſibi.*

k Qui cum ueniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmael etc. *Ibi enim dimiſerat homines armatos latenter ad hoc faciendum, & ipſe ſolus vel cùm paucis occurrerat illis viris. Cætera patent vſque ibi:*

n Noli occidere nos, quia habemus theſaurum in agro frumen. etc. *quaſi dicat tibi erit neceſſarius, & inuenire non poteris, niſi indicauerimus.*

o Lacus autem in quem proie. Iſma. omnia cada. etc. *Ipſe eſt quæ fecit Aſa rex propter Baaſa, ſicut habetur tertio Regum quintodecimo Baaſa rex Iſrael cœpit ædificare Rama, vt nullus poſſet egredi ſecure de regno Iudæ: propter quod Aſa miſit munera regi Syriæ vt inuaderet regnum Baaſa, quod & fecit: propter quod Baaſa fuit compulſus dimittere ædificia Rama. & tunc Aſa conuocato toto populo ex lapidibus & lignis dicti ædificij fecit fortalitia ad muniendum ſe de Baaſa: & tunc etiam fecit iſtum lacum ad locum Maſphat fortificandum.*

C

p Et capti. du. etc. *Hoc videtur contradicere ei quod ſupradictum eſt, quòd interfecerat iam ante omnes qui erant cùm Godolia in Maſphat: propter quod dicendum quòd ibi per Maſphat intelligitur illud fortalitium præciſè vbi erat Godolias filius Aicham: hic autem territorium quod erat circa illud fortalitium, vbi manebant aliqui Iudæi, qui non fuerunt cum Godolia interfecti. Cætera patent.*

q Audiuit autem. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Iſmaelis inſecutio. Et patet litera vſque ibi:*

r Et inuenerunt eum ad aquas multas quæ ſunt in Gabaon. *licèt Gabaon ſit in monte, in quo non ſunt aquæ in abũdantia, tamen de ſubtus erat vallis magna in qua erant iſtæ aquæ.*

s Cumque ui. omnis populus. *lætati ſunt pro ſua liberatione de manibus Iſmaelis ipſo fugiente, ſecundum quod dicitur poſtea:*

❡ *a* Fugit cum

## MORALITER.

✻ a *Et ſciſſis veſtibus.* quod eſt ſignum mœroris ſiue luctus. Hebræorum ſecundo. c. Omnis diſciplina in præſenti non eſt gaudij, ſed mœroris. Et competit religioſis. Hierony. ad Riparium. Monachus plangentis habet officium &c.

D

b *Et ſqualentes.* per quod deſignatur aſperitas uitæ, quam religioſi debent deducere.

c *Munera habebant.* multiplicis bonę operationis.

d *Et thus.* deuotæ orationis.

e *Vt offer. in. do.* Nam illa fieri debent ad honorem Dei, & non ad gloriam mundi.

f *Egreſſus eſt &c.* Nam diabolus per Iſmaelem ſignatus aliquando ſe trãſfigurat in angelum lucis, ut religioſos decipiat ſuis fallacijs, dicens:

i *Veni. ad.* inuitando eos malitioſe ad uiri perfectioris imitationem, quæ tamen non eſt imitanda: ſicut ſecunda collatione Moyſi abbatis, dicitur ꝙ quidam à Diabolo fuit ſic deceptus, quòd per eius exhortationem uoluit immolare filium ſuum, qui ſecũ erat in monaſterio, ut perfectioni Abraę æquaretur: & ſic feciſſet, niſi puer fugiſſet.

l *Interfecit eos Iſmael. t.* Diabolus, qui multos interfecit per tales fraudulentias morte culpæ.

m *Decem aut. &c.* Per illos decem uiros, qui euaſerunt mortem, eo quòd habebant theſaurum in agro, ſignantur religioſi literati & diſcreti theſaurum ſacræ ſcripturæ habentes: & ſic non credunt omni ſpiritui, ſed probant ſpiritus utrum ex Deo ſint, ſecundum conſilium beati Io. 1. canonica. c. 4.

q *Audiuit autem.* Per illum autem & alios bellatores ſecum exiſtentes, ſignatur bonus doctor, uel prælatus & eorum diſcipuli boni, qui audito animarum damno per dæmonem procurato uadunt ad bellandum contra eum & ſuos ſatellites gladio ferundæ prædicationis & ſagitta deuotæ orationis. de qua dici poteſt illud. 4. Regum 14. c. Sagitta ſalutis domini contra Syriam, id eſt contra dæmonis ſuperbiam. nam Syri ſublimes interpretantur. Et de Diabolo dicitur Iob. 41. d. Omne ſublime uidet, ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Tulit ergo Ioannan filius Chareæ & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuerſas reliq. &c.* Hanc fugam reliquiarum & tranſitum contra verbum domini in Ægyptum quem Ieremias longa narratione hic retexuit, longe ante Iſaias prædixit, centum ſcilicet quinquaginta annis, qui fuerunt inter Iſaiam & Ieremiã, dicens: Væ filij deſertores dicit dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me &c. Iſaia. 30.a.

*In c. 41. vbi dicitur in Poſtil: Propter quod dicendum, ꝙ Godolias &c.* G

ADDITIO.

¶ Quòd Godolias poſt deſtructionẽ tẽpli ædificaſſet in Maſphat altare dñi, nullo modo vr̃ dicendũ: Tum quia de tali ędificatione nulla fit hic mẽtio, nec in 4. Reg. nec i 2. Par. Tũ q̃a poſt ędificõnẽ tẽpli ꝓhibitũ erat ſacrificare ſeu ędificare altare niſi in loco tẽpli, ut hr̃ Deut. 16. ca. & in alijs locis: & iõ dicẽdũ ꝙ hoc qđ dr̃ hic ut offerrẽt in domo dñi, intelligit̃ de domo dñi i Ieroſolyma; q̃ licẽt ſcirẽt eã iã deſtructã, erat tñ apud eos celebris & ueneñda, ſicut domus dñi, ꝓut ẽt hodie ad illum locũ peregrinant̃, & libẽter ibi offerrent̃ ſi permitterent̃ à Saracenis.

REPLICA.

IN ca. 41. ponit poſtil. Godoliã i Maſphat ędificaſſe altare, ubi tẽplo cõbuſto ipſe & alij obtulerũt ſuas deuotiones. Bur. dicit hoc nullo modo dicendũ, utẽs argumento ſibi & vuicxleff familiari, q̃a inquit in ſcripturis nõ fit mẽtio. Scđõ arguit ex Deu. ubi poſt ędificationẽ tẽpli ꝓhibet̃ ſacrificari in alio loco p̃terq̃ Ieroſolimis. Hic uř, dicendũ, ꝙ nõ oportet eundẽ modũ uiuẽdi ſeruare tpe pacis & pſecutionis. Tpe em̃ pacis dictũ eſt apoſtolis. Nihil tuleritis in uia. tpe pſecutionis diſpenſatiuè, dictum eſt, Sed nunc qui hẽt tunicã tollat ſimul & palliũ. Ita tpe pacis nõ licebat extra tẽplũ altare cõſtituere, tpe tranſmigrationis potuit iicere, nõ ad ſacrificandũ in illo, ſed pro deuotione offerenda. Nec opportuit de hm̃õi opere indifferenti in ſcriptura multam fieri mentionẽ. Per hoc patet ad motiua Burg. Circa reſiduum huius libri nihil facit Burg. pertractatione dignum. Et circa librum Threnorum Burg. comendat dñm & fratrem Aureoli contra poſtil. tamen nihil tangit in ſingulari.

lium Chareę, & vniuerſos principes bellatorũ, qui erãt cum eo lętati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus quẽ ceperat Iſmael in Maſphat, reuerſuſq; abijt ad Ioannam filium Chareę. Iſmael autẽ filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Ioannan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Ioannan filius Chareę, & oẽs principes bellatorũ qui erant cum eo, vniuerſas reliquias vulgi quas reduxerat ab Iſmaele filio Nathaniæ, de Maſphat, poſtq̃ percuſſit Godoliam filium Aicham, fortes viros ad prælium, & mulieres & pueros & Eunuchos quos reduxerat de Gabaon: & abierũt, & ſederunt peregrinantes in Chamaam, quæ eſt iuxta Bethleem, vt pergerent & introirent Ægyptũ à facie Chaldæorum. Timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmael filius Nathaniæ Godoliam filium Aichã, quem præpoſuerat rex Babylonis in terra Iuda.

a ¶ Q ad principem.
a ¶ Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis.

NIC. DE LYRA.

¶ a Fugit cum octo viris. *Duo enim de decem principalibus quos ſecum adduxerat, fuerant interfecti.* Diuiſio.

b Tulit ergo. *Hic conſequenter ponitur populi trepidatio. Et primo iſte timor deſcribit̃, ſecundo Ieremiæ conſiliũ quæritur, quia timor conſiliatiuos facit, vt dicit Philoſo. 2. rhetoricæ. Secunda pars incipit in principio ſequentis capitu. Circa primum ſciẽdum, ꝙ ideo timuit populus remanere in terra Iuda, ne propter interfectionem Godoliæ qui tenebat ibi locum regis Babylonis, venirent Chaldęi & interficerent totum populum reſiduum, imponentes ei Godoliæ homicidium. Et patet litera paucis exceptis.*

c Quas reduxerat &c. *Et hic eſt punctus. Et quod ſequitur:*

d De Maſphat. *Non ſignificat locum vnde Iohãnan eas reduxit, quia non reduxit eas de Maſphat, ſed de Gabaon, vt dictum eſt. & ideo li de Maſphat, ſignificat locum vnde erant illæ reliquiæ, quia erant de territorio Maſphat, vt prædictum eſt.*

e Quos reduxerat. *ſcilicet Iohannan filius Chareæ & ſocij eius.*

f Vt peregre. & intro. Aegypt. *Rex enim Aegypti erat aduerſarius regis Babylonis, & ideo credebant ibi eſſe ſecuri.*

In H

F

NICO. DE LYRA. CAP. XLII.

ET acceſſerunt omnes principes bella. Cha. *Licet populus vellet in Aegyptum fugere, tamen prius voluerunt conſilium Ieremiæ quærere. Propter quod diuiditur in duas partes, quia primò ponitur populi petitio, ſecundò Ieremiæ reſponſio, ibi: Dixit autem. Sententia primæ partis patet vſque ibi:* Diuiſio

b Cadat oratio noſtra in con. to. *id eſt humiliter te deprecamur, vſque ad pedum oſcula.*

c Et ora pro nobis ad domi. de tu. etc. *Et patet litera:*

d Dixit autem &c. *Hic conſequenter ponitur Ieremiæ reſponſio. Et diuiditur in duas partes, quia primò quærit eorum aſſenſum, ſecundò explicat eis domini reſponſum. ibi: Cum autem completi eſſent. Quæſiuit autem Ieremias aſſenſum populi, vt faceret prõptè et ſine rebellione aliqua domini reſponſum ſibi fiendum: quia minus malum eſt conſilium domini nõ quærere, quàm quæſitum & datum reſpuere, propter quod dicit ſaluator Lu. 12. f. Seruus qui ſciuit voluntatem domini ſui & non fecit, vapulabit multis. & populus non ſolum aſſenſit, ſed aſſenſum iuramento firmauit, dicens:* Diuiſio.

e Sit do. *Iurare enim eſt Deũ teſtem inuocare.*

† ſeptem

f Si non iux. *ſubintelligitur, puniat nos ſecundum ſeueritatem ſuæ iuſtitiæ, ſi non ſic fecerimus.*

g Siue bo. *id eſt proſperum.*

h Siue ma. *id aſperum: ita ꝙ non accipitur hic pro malo culpæ, ſed pœnæ: ſicut medicina amara ſuſcipienda eſt propter ſanitatem inde conſequentem.*

i Cum autem completi eſſent decem dies. *Hic conſequenter Ieremias explicat diuinum reſponſum ſibi factum. Et diuiditur in duas partes. quia primò ponitur huius reſponſi explicatio, ſecundò eius refutatio. c. ſe. Circa primum ſciendum, ꝙ reſponſum domini ſtat in hoc quod primò promittitur eis bonum ſi in terra Iuda remanſerint. ſecundò prædicitur malum ſi exierint, ibi: Si autem dixeritis. Circa primum præmittitur tempus diuini reſponſi, cum dicitur: Cum au. &c. Sic eſt in Hebræo: & ideo aliqui libri malè habent: Septem. ex hoc patet, quòd Ieremias quærendo diuinum reſponſum orauit decem diebus, quia audita petitione populi reſpondit ſupra. Ecce ego oro &cæt. quaſi dicat ex nunc incipiam orarere pro vobis. Cætera patent vſque ibi:*

¶ a Vt pro-

CAP. XLII.

ET acceſſerunt oẽs principes bellatoum, & Ioãnan filius Chareę & Ieconias filius Ozię, & reliquũ vulgus à paruo vſq; ad magnũ, dixeruntq́ue ad Ieremiam prophetam. †Cadat oratio noſtra in cõſpectu tuo, & ora pro nobis ad dominum Deum tuum pro vniuerſis reliquijs iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur, & annũciet nobis dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbũ quod faciamus. Dixit autẽ ad eos Ieremias propheta: Audiui. Ecce ego oro ad dominum Deum veſtrum ſecundũ verba veſtra, omne verbum quodcunq; reſponderit mihi indicabo vobis, nec celabo vos quidq̃. Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sit dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit te dñs Deus tuus ad nos, ſic faciemus, ſiue bonũ eſt ſiue malũ. Voci domini Dei noſtri ad quẽ mittimus te obediemus, vt bene ſit nobis cũ audierimus vocẽ domini Dei noſtri. Cũ autẽ completi eſſent †decẽ dies, factũ eſt verbũ domini ad Ieremiam. Vocauitq; Ioannan filium Chareæ & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, & vniuerſum populũ à minimo vſq; ad maximum, & dixit ad eos: Hæc dicit dominus Deus Iſrael ad quem miſiſtis me,

MORALITER.

✱ a Et acceſ. &c. Per illos qui rogauerunt Ieremiam ut cõſuleret pro eis dominum, promittentes ꝙ facerent ſecundum eius conſilium, et tamen non fecerunt, ſed eius cõtrarium imponentes ei falſitatem, ſicut patet in textu, ſignantur illi qui accedunt ad bonum confeſſorem et diſcretum, uel ad conſiliarium bonum pro ſalute animæ ſuæ, et tamen eius audito conſilio eis diſplicenti retrocedunt imponentes confeſſori uel conſiliario ignorantiam uel affectionem peruerſam, uel aliam huiuſmodi falſam excuſationem.

i Cum



NIC. DE LYRA. A

¶ a Vt proſternerem preces ueſtras. *id eſt preces meas pro vobis. Cętera patent vſque ibi:*

b Iam enim placatus ſum ſuper malo &c. *Loquitur Deus de ſeipſo ad modum hominis irati, qui quando vindictam intulit, placatur. Cætera patent in litera.*

c Si autem dixeritis uos, non habitabimus. *Hic conſequenter ponitur comminatio mali, ſi receſſerint. & primò ponitur hæc comminatio. ſecundò adducitur ad idem ratio, ibi: Vos enim. Sententia primæ partis patet vſque ibi:*

d Vbi non uidebimus bellum. *Quia Aegyptus eſt terra pacifica & ſecura.*

e Et clangorem tubæ non audiemus. *qui fit ad excitandum homines ad arma.*

f Et famem non ſuſtinebimus. *quia terra eſt fertilis. Et ſubditur poſtea comminatio pęnæ in contrariũ, cum dicitur:*

g Gladius quem uos formidatis. *ſcilicet regis Babylonis.*

h Ibi comprehendet uos. *quia poſtea quaſi per quinque annos vel circiter rex Babylonis vaſtauit Aegyptum, & ſibi ſubiugauit, ideo ſubditur:* B

i Et fames pro qua eſtis ſolliciti, adhærebit uobis. *vaſtatis bonis Aegypti.*

k Omneſque viri qui poſuerint faciem ſuam. *id eſt firmiter poſuerint ſe ad ingrediendum Aegyptum.*

l Sicut conflatus eſt furor meus: *id eſt totaliter poſitus.*

m Super habitatores Ieruſalem. *Sic conflabitur indignatio mea ſuper vos in Aegypto.*

n Et eritis in iuſiurandum. *ſcilicet execrationis dicendo: Ita male contingat mihi ſicut Iudæis ingredientibus Aegyptum, ſi nõ fecero hoc vel illud.*

o Et in ſtuporem. *præ magnitudine mali vobis futuri.*

p Et in maledictum. *Ita quòd aliquis maledicens alicui ponet vos in exemplũ. dicendo: Maledicat tibi Deus ſicut illis Iudæis. Cætera patent.*

q Vos enim miſiſtis me ad dominum. *Hic conſequenter adducitur ratio ad prædicta, quæ aſſumitur ex hoc, ꝙ rogauerant Ieremiã de quærenda domini voluntate, promittentes & aſtringentes ſe iuramento verbũ domini ſimpliciter facere, vt patet ex ſupradictis. & ideo grauius erat retrocedere, quàm ſi non petiuiſſent: & ſe taliter aſtrinxiſſent. Et ex iſtis patet ſententia.*

a vt proſternerẽ preces veſtras in conſpectu eius. Si quieſcẽtes manſeritis in terra hac, ędificabo vos, & nõ deſtruã: plã-
b tabo, & non euellam. Iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus, quia uobiſcũ ſum ego, vt ſaluos vos faciam, & eruã de manu eius: & dabo vobis miſericordias & miſerebor
c veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra. Si aũt dixeritis vos, non habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocẽ dñi
d Dei noſtri, dicentes. Nequaq̃: ſed ad terram Ægypti perge-
e f mus, vbi nõ videbimus bellũ, & clangorẽ tubæ nõ audiemus & famẽ nõ ſuſtinebimus, & ibi habitabimus, propter hoc nũc audite verbũ domini reliquię Iuda. Hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael. Si poſueritis faciẽ veſtram, vt
g ingrediamini Ægyptũ, & intraueritis, vt ibi habitetis: gla-
h i dius quẽ vos formidatis, ibi cõpręhẽdet vos in terra Ægypti, & fames pro qua eſtis ſolliciti, adhærebit vobis in
k Ægypto, & ibi moriemini. Omneſq; viri qui poſuerint faciem ſuam, vt ingrediantur Ægyptũ, vt habitent ibi, morientur gladio & fame & peſte. Nullus de eis remanebit,
l nec effugiet à facie mali quod ego afferam ſuper eos, quia hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael. Sicut †confla-
m tus eſt furor meus & indignatio mea ſuper habitatores Ie-
n ruſalem, ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos, cùm ingreſſi fueritis Ægyptum, & eritis in iuſiurandum, & in ſtu-
o p porem, & in maledictum, & in opprobrium, & nequaquã vltrà videbitis locum iuſtum. †Verbum domini ſuper vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægyptum. Scientes ſcietis, quia obteſtatus ſum vobis hodie, quia decepiſtis animas
q veſtras. Vos enim miſiſtis me ad dominum Deũ veſtrum, dicẽtes: Ora pro nobis ad dominum Deum noſtrum, & iuxta omnia quæcunq; dixerit tibi dominus Deus noſter, ſic annuncia nobis, & faciemus. Et annunciaui vobis hodie, & non audiſtis vocem domini Dei veſtri ſuper vniuerſis pro quibus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis, quia gladio & fame & peſte moriemini in loco ad quem voluiſtis intrare, vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

FActum eſt autem cũ compleſſet Ieremias loquẽs ad r
populum vniuerſos ſermones domini Dei eorũ, pro quibus miſerat eum dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc: dixit Azarias filius † Oſiæ & Ioannan filius Chareæ, & omnes viri ſuperbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris. Non miſit te domi- s
mus Deus noſter, dicens: Ne ingrediamini Ægyptum, vt t
habitetis illic, ſed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum, vt interficiant nos, & traduci faciat in Babylonem. Et non audiuit Ioannan filius Chareæ, & omnes principes bellatorũ, & vniuerſus populus vocem domini, vt manerent in terra Iuda: ſed tollens Ioannan filius Chareæ, & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarũ Iuda, qui reuerſi fuerãt de cũctis gentibus ad quas fuerant ante diſperſi, vt habitarent in terra Iuda, †viros & mulieres & paruulos & filias regis, & omnem animam quam reliquerat Nabuzardam princeps militię cum Godolia filio Aichan filij Saphan, & tulit Ie- u
remiam prophetam & Baruch filium Neriæ, & ingreſſi ſunt in terrã Ægypti, quia non obedierũt voci dñi. Et vene- x
rũt vſq; ad† Daphnis. Et factus eſt ſermo dñi ad Ieremiam y
in Daphnis, dicens: Sume in manu tua lapides grandes, z

NIC. DE LYRA. C

CAP. XLIIII.

FActum eſt. *Poſtquam poſita eſt diuini reſponſi explicatio. Hic conſequenter ponitur eiuſdem refutatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò hæc refutatio ponitur, & ſecundo pœna ſequens ſubiungitur, ibi: Et factus eſt. Prima pars patet vſque ibi.* Diuiſio.

s Omnes viri ſuperbi. *quia rebellabant verbo domini.*

t Sed Baruch filius Neriæ incitat te. *Ieremias em̃ erat magnæ famæ & autoritatis: & ideo dictum Ieremiæ quod dicebant falſum, retorquebant in malitiam Baruch, qui tamẽ erat innocens. Cætera patent vſque ibi:*

u Et tulit Ieremiam prophetam & Baruch. *Iſti enim non ibant voluntariè, ſed coacti a principibus bellatorum & populo.*

x Et venerunt vſque ad Daphnis. *Nomen eſt ciuitatis famoſæ in Aegypto.* † Effuſus.

y Et factus eſt. *Hic conſequenter pęna debita ſubiungitur, & primo propter peccatum inobedientiæ, ſecundò propter peccatum idololatriæ cap. ſe. Primum oſtenditur ſenſibili ſigno, cum dicitur:* † Loquutus eſt dominus

z Sume &c. ſub muro lateri. &c. *In Hebræo habetur: In luto lateritio, id eſt in luto diſpoſito ad faciendum inde lateres.* D

¶ a Cernen-

MORALITER.

✱ r *Factum eſt autem &c. Sequitur: Sed tollens Iohan. &c.* Per illos qui non acquieuerunt uerbo domini ex ore Ieremiæ, ſed contrarium facientes receſſerunt de Iudæa, quæ confeſſio uel laudatio interpretatur, & conuenit ſtatui gratiæ: & ingreſſi ſunt Aegyptum, quæ tenebra interpretatur, propter quod conuenit ſtatui culpæ, ſignãtur illi qui cadunt à gratia in culpã Diabolo ſuggerente. Per hoc aũt ꝙ Iohãnã & alij principes duxerũt ſecũ in Aegyptũ alios oẽs uiros & mulieres, quoſcũq; potuerũt inuenire, ſignat̃ ꝙ peccatores obſtinati ſecũ trahũt alios quantũ pñt ad tenebras peccati, ſicut ecõtrario hoĩes boni ſtudẽt ſecũ trahere alios ad opa meriti. Pſ. 17. d. Cũ ſãcto ſctũs etis, et cũ puerſo puerteris † Ioſiæ.

z *Sume in manu tua lapides gra. no. &c.* Per illos lapides abſconditos in crypta ſignant̃ peccatores obdurati in culpa: iõ rex Babylonis, i. Diabolꝰ ſup eos ſoliũ ſuũ collocat, nã in talibus regnat, & ſicut ſunt ei ſubiecti in culpa, ſic ei ſubijcientur in pœna.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

## NIC. DE LYRA.

E

†in luto in fornace laterum.

*a* Cernentibus viris Iudæis. *vt cùm completum fuerit ſint memores quod prædictum eſt eis.*

*b* Ecce ego mittam, et aſſumam Nabuchodonoſor. *inſtigando eum ad veniendum contra Ægyptum.*

*c* Seruum meum, *hoc dicitur, quia erat executor diuinæ iuſtitiæ.*

*d* Et ponam thronum eius ſuper lapides iſtos. *id eſt ſuper locum vbi ſunt lapides iſti, vel prope: quia frequenter in Hebræo ponitur, ſuper, pro iuxta: Sicut dicitur communi ſermone quòd Rothomagus eſt ſuper Secanam. Dicunt autem aliqui expoſitores catholici, quòd Iudæi contra Ieremiam concitati propter verba iſta cum illis lapidibus interfecerunt eum: & in hoc ſequuntur Epiphanium, qui hoc & plura alia dixit de Ieremia: ſed hoc non habetur ex textu, nec ex Ioſepho. Rab. Salo. etiam ſentit contrarium. vt videbitur capitulo ſequenti.*

† thannis

*e* Quos in morte &c. *quia aliquos interficiet, & aliquos captiuabit.*

*f* Et ſuccendet ignem in delubris. *id eſt in templis. Et dicuntur delubra à deleo les. quia ibi delentur peccata, ſecundum errorem Gentilium.*

*g* Et captiuos du. *id eſt Aegyptios.*

F

*h* Et amicietur. *id eſt inuoluetur.*

*i* Terra Ægypti. *Multitudine exercitus regis Babylonis, ita quòd non poterit reſiſtere. In Hebręo habetur: Et amiciet terram Aegypti, id eſt inuoluet.*

† effuſa

*k* Sicut amicitur. *id eſt inuoluitur.*

† facitis.

*l* Paſtor pallio ſuo: & egredietur inde &c. *Paſtor enim tranſferens gregem de vno loco ad alium, inuoluit pallium ſuum, & portat ſuper humerum: & per hoc deſignatur quòd rex deprædabitur bona Aegypti, portans ea ad terram ſuam. ideo ſubditur:*

*m* Et egredietur. *id eſt ſicut victor cui non poteſt reſiſti.*

*n* Et conteret ſta. domus ſolis. *id eſt templum in quo colebatur ſol, quod erat in ciuitate Heliopoleos, Gene. 41. ſic nominata ab Helios, quod eſt ſol, & polis ciuitas: Et de ea dicitur Iſai. 19. c. Et ciuitas ſolis vocabitur vna.*

†attriti humilati

† mea

## NIC. DE LYRA, CAP. XLIIII.

VErbum. *Hic conſequenter ponitur comminatio pœnæ pro peccato idololatriæ. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur dicta comminatio, ſecundò populi obſtinatio, ibi: Reſponderunt. Prima adhuc in duas, quia primò arguitur culpa, ſecundò ſubditur pœna, ibi: Ideo hæc. Circa primum ponitur locus, cum dicitur:*

Diuiſio

† manus.

*p* Habi. *Nomina ſunt villarum in quibus habitabant Iudæi, qui transfugerant in Aegyptum, vt dictum eſt capitu. præcedenti.*

*s* Vos. *quaſi dicat ex eo quòd vidiſtis ſenſibiliter pęnam, quam intuli Ieruſalem & terræ Iuda propter peccatum idololatriæ, deberetis eſſe correcti.*

*t* Et miſi &c. *id eſt miſi ad vos plures nuncios frequẽter & ſollicitè, ad retrahendum vos de idololatria. Cętera patent vſque ibi:*

*u* Secun. di. *id eſt vſque ad hanc diem apparet manifeſtè vindicta quam intuli. Cætera patent vſque ibi:*

*x* Nunquid ob. *quaſi dicat, Bene deberetis eſſe memores de pęna, quam eis intuli, vt ſic in peccatis eos non imitaremini.*

*y* Non ſunt mun. *quia macula remanet in vobis, qui eſtis eorum filij imitantes eos in malo.*

*z* Ideo hæc. *Hic ponitur comminatio pœnæ. Et patet litera vſque ibi:*

*a* Qui po. *ſe ad hoc confirmando & alios inducendo.*

*b* Et con. *Quia aliqui tamen euaſerunt inde qui non iuerant voluntariè, ſed magis ab alijs tracti, vt videbitur poſtea.*

*c* Ad quam. *ſperantes reuerti aliquando in terram Iuda.*

*d* Non re. *In Hebræo habetur: Niſi euadentes. Et dicit hic Ra. Sa. quòd iſti ſunt Ieremias & Baruch, qui in deſtructione Ieruſalem habuerunt regem Babylonis propitium, vt dictum eſt ſupra. 37. & 38. & ſimiliter quando deſtruxit Aegyptũ inueniens Ieremiam ibi & Baruch, fuit eis propitius dimittẽs eos redire pacificè in Iudæam: probabile tamen eſt quòd cum eis redierint aliqui alij de Iudæis. Ex hoc patet quod dixi in c. præce. ſcilicet quod Ra. Sal. negat Ieremiam fuiſſe lapidatum in Aegypto. quid tamen circa hoc verius ſit iudicio aliorum relinquo.*

¶ *a* Reſponde-

G

H

& abſconde eos † in crypta quę eſt ſub muro latericio in porta dom⁹ Pharaonis in Thãnis, cernẽtib. viris Iudęis, & dices ad eos: Hęc dicit dñs exercituũ de⁹ Iſrael. Ecce ego mittã & aſſumam Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ſeruũ meum, & ponam thronũ eius ſuper lapides iſtos, quos abſcondi, & ſtatuet ſoliũ ſuũ ſuper eos. Veniensq́; percutiet terrã Ægypti, quos in morte in mortẽ: & quos in captiuitate in captiuitatẽ, & quos in gladio in gladiũ. Et ſuccendet ignẽ in delubris Deorũ Ægypti: & comburet ea, & captiuos ducet illos, & amicietur terra Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo, & egredietur inde in pace. Et cõteret ſtatuas domus ſolis, q̃ ſunt in terra Ægypti, & delubra Deorum Ægypti comburet igni. CAP. XLIIII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam & ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Ægypti habitantes in Mãgdalo, & in † Thaphnis & in Memphis & in terra Phatures, dicens: Hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Vos vidiſtis omne malum iſtud quod adduxi ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iuda, & ecce ſunt deſertæ hodie, & non eſt in eis habitator propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, & ſacrificarent, & colerent Deos alienos, quos neſciebant, & illi & vos & patres veſtri. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas, de nocte conſurgens mittẽsq́; & dicens: Nolite facere verbũ abhominationis huiuſcemodi. Et nõ audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuã vt cõuerterẽtur à malis ſuis, & nõ ſacrificarent dijs alienis. Et † cõflata eſt indignatio mea & furor meus, & ſuccenſa eſt in ciuitatibus Iuda & in plateis Ieruſalẽ, & verſæ ſunt in ſolitudinẽ & vaſtitatẽ ſecundũ diẽ hanc. Et nũc hæc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael: Quare vos † feciſtis malũ hoc grãde cõtra aĩas veſtras, vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactẽs de medio Iudę, nec relinquatur vobis quicq̃ reſiduũ, ꝓuocantes me in operibus manuũ veſtrarũ ſacrificando dijs alienis in terra Ægypti, in quã ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis & ſitis ĩ maledictionẽ & in opprobriũ cũctis gẽtibus terrę? Nũquid obliti eſtis mala patrũ veſtrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorum eorũ, & mala veſtra & mala vxorũ veſtrarũ, quę fecerũt in terra Iuda, & in † regionib. Ieruſalẽ? Nõ ſunt † mũdati vſq́; ad diẽ hãc: & non timuerũt & nõ ambulauerũt in lege † dñi & in præceptis meis quæ dedi coram vobis & corã patribus veſtris. Ideo hęc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael: † Ecce ego ponam faciẽ meã in vobis in malũ, & diſperdã omnẽ Iudã, & aſſumã reliquias Iudæ, qui poſuerũt facies ſuas vt ingrederẽtur terrã Ægypti & habitarent ibi, & cõſumẽtur oẽs in terra Ægypti, & cadẽt in gladio & in fame, conſumentur a minimo vſq́; ad maximũ in gladio & fame moriẽtur, & erũt in iuſiurandũ, & in † miraculũ, & in maledictionẽ, & ĩ opprobriũ. Et viſitabo ſup habitatores terrę Ægypti, ſicut viſitaui ſup Ieruſalẽ in gladio & fame & peſte, & nõ erit q̃ effugiat, & ſit reſidu⁹ de reliquijs Iudęorũ q̃ vadũt vt peregrinent̃ ĩ terra Ægypti, & reuertant̃ in terrã Iuda ad quã ipſi eleuãt † aĩas ſuas, vt reuertant̃ & habitẽt ibi. Nõ reuertentur illic niſi qui fugerint. Reſponderunt aũt Ieremię omnes viri ſcientes, quòd ſacrificarent vxores eorum dijs alienis, & vniuerſę mulieres quarũ ſtabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Ægypti, in Phatures dicentes: Sermonẽ quem locutus es ad nos in nomine domini † nõ audiemus ex te, ſed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus reginæ cęli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos & patres noſtri, reges noſtri & principes noſtri in vrbibus Iuda & in plateis Ieruſalem, & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malumq́; non vidimus. Ex eo autẽ tẽpore quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cęli, & libare ei libamina, † indiguimus oĩbus, & gladio & fame conſumpti ſumus. Quòd ſi nos ſacrificamus reginæ cęli, & libamus ei libamina, nunquid ſine viris noſtris faciemus ei placentas ad colendum eam, & libamina ad libandũ? Et dixit Ieremias ad omnem populum aduerſum viros, & aduerſum mulieres, & aduerſum vniuerſam plebẽ, qui reſponderant ei verbum dicens: Nunquid non ſacrificium quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda & plateis Ieruſalẽ vos & patres veſtri, reges veſtri & principes veſtri, & populus terræ, horũ recordatus eſt dñs, & aſcendit ſuper cor eius, & nõ poterat dominus vltrà portare ꝓpter malitiam † ſtudiorum ueſtrorum, & ꝓp abominationes quas feciſtis? Et facta eſt terra veſtra in deſolationẽ, & in ſtuporem, & in maledictum, † eo ꝙ non ſit habitator, ſicut eſt dies, hæc. Propterea ꝙ ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis domino, & nõ audieritis vocem domini, & in lege & in præceptis & in teſtimonijs eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hęc, ſicut eſt dies hæc. Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuerſas mulieres: Audite verbum domini omnis Iuda qui eſtis in terra Ægypti. Hæc dicit dñs exercituum Deus Iſrael, dicẽs. Vos & vxores veſtræ locuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis dicentes: Faciamus vota noſtra quę vouimus, vt ſacrificemus reginæ cęli, & libemus ei libamina. Impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea, ideo audite verbum domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Ægypti. † Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait dominus, quia nequaquàm vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi dicẽtis: Viuit dominus Deus in omni terra Ægypti. Ecce ego † vigilabo ſuper eos in malum, & non in bonũ, & conſumentur omnes viri Iuda, qui ſunt in terra Ægypti gladio & fame, donec † penitus conſumantur. Et qui fugerint gladium, reuertentur de terra Ægypti in terram Iuda viri pauci, & ſcient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Ægypti, vt habitent ibi, cuius ſermo compleatur, meus, an illorum. Et hoc vobis ſignum, ait dominus, ꝙ viſitem ego ſuper vos in loco iſto, vt ſciatis quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malum. Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui, & quærentis animam eius.

*Interlinear glosses:* ¶ Vrbs eſt Aegypti vltra mare rubrum. ¶ Vrbs eſt in Aegypto. ¶ Regio Aegypti. ¶ Clementiam domini oſtendit, & vigilantiam ac ſtrenuitatem prophetarum. ¶ Lunæ, aut Iunoni, aut Berecinthiæ, quæ Saturni vxor & mater deorum dicitur. ¶ Non a Deo ſed a dæmonibus bonorum abundantiam ſuſceperunt.

## MORALITER.

✻ o *Verbum quod fact. eſt in Magda.* quæ interpretatur iniquitatis magnitudo: ideo per eã ſuperbia ſignatur, quæ cõcurrit in omni peccato.

q *Et in taphnis.* quæ interpretatur mandans humilia, propter quod auaritiam ſignat, q̃ magnitudinẽ ſtatus non quęrit, ſed paruitatem, vt de pecunijs faciat magnum aceruum.

r *Et in Memph.* quæ ex ore interpretatur, ꝓpter hoc per eam gula ſignatur.

s *Et in ter. Phat.* quæ decepti conculcatio interpretat̃: ideo per eam luxuria deſignatur. Eccle. 9. c. Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabit. Igitur habitantes in Magdalo, ſunt inaniter glorioſi, in Taphnis verò cupidi & auari, in Memphis autem guloſi, & in terra Phatures luxurioſi: & de iſtis dicitur infra in eorum perſona.

✻ *Faciemus*



¶ a *Reſponderunt.* Stulta rñſio:

A Confitentur eum loqui in nomine dñi, & nõ acquieſcunt, ſed ſequuntur prauitatis ſuæ conſilium. Myſti. Omnes hæretici ĩ Ægypto huius mundi. i. in tenebris erroris conſtituti, ſacrificia non Deo verò, ſed dœmonibus offerũt, cum figmenta & praua dogmata ad decipiendos homines & fidẽ ſubuertendam ſcribunt. Ideo venient ſuper eos mala, & erunt in deſolationẽ & in ſtuporem.

b *Viuit domi. &c.* Contradicit ꝓpheta ex ſermone domini, ne nomen eius vocetur ore Iudæorum in terra Ægypti: quoniam qui contra Dei præceptũ illuc pertranſierant, protectionem domini ibidem habere nõ debebant. Myſticè autem non vocatur nomen domini ore hæreticorum in terra Ægypti: quia nec ſermo eorum nec oratio, dum in errore ſũt, accepta eſt deo. Non enim eſt pulchra laus in ore peccatoris. Qui ergo in errore perſeuerauerint, peribunt gladio diſtricti iudicij. Qui autem relicto errore, de Ægypto in terram Iuda redierint, pęnitentes, & deinceps catholicam fidem tenẽtes ſaluabuntur.

B

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Reſponderunt autem Ieremiæ omnes viri &c. *Hic conſequenter deſcribitur populi obſtinatio. Circa quod primò ponitur irrationabilis populi reſpõſio, ſecundò rationabilis dictæ reſponſionis confutatio, ibi: Et dixit: Sententia primæ partis patet vſque ibi:*

*b* Sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini, non audiemus ex. *Quaſi dicat, reputamus te falſum dicere.*

*c* Sed facientes facie. *Abſque retinaculo.*

*d* Vt ſacrificemus reginę cęli. *id eſt lunæ.*

*e* Et bene nobis erat. *In hoc falſum dicunt, vt poſtea oſtendetur.*

*f* Quod ſi nos ſacrificamus. *Verbum eſt mulierum poſt viros ſuos loquentium.*

*g* Nunquid ſine viris noſtris. *Id eſt ſine ſcitu & voluntate eorum.*

*h* Faciemus ei pl. *q. d. Non, ſicut exprimitur in textu præcedenti, ſcientes quòd ſacrificarẽt vxores eorum. In Hebræo habetur hic: Facimus ei placentas ad faciendum ei vultum. Offerebant enim ei panes rotundos in quibus erat impreſſa effigies lunæ.*

*i* Et dixit Ieremias. *Hic conſequenter ponitur dictæ reſponſionis confutatio. & ſecundo infertur debita punitio, ibi: Dixit autem. Prima pars patet vſq; ibi:*

*K* Horum

C

*K* Horum recordatus eſt dominus. *ſcilicet ſacrificiorũ quæ patres veſtri & vos feciſtis in Ieruſalem. Dicitur enim iudex iuſtus recordari de malis impiorum, quando infert debitum ſupplicium.*

*l* Et nõ poterat dominus &c. *id eſt mala veſtra diſſimulare abſque punitione.*

*m* Sicut eſt dies hæc: *id eſt ita clarum eſt hoc, ſicut hæc dies. et ſic patet confutatio reſponſionis prædictæ, quia ex ſacrificijs idolorum non habuerunt proſperitatem, ſed maximam aduerſitatem.*

*n* Dixit. *Hic conſequenter infertur debita punitio, & patet litera vſque ibi:*

*p* Ecce ego iuraui in nomine meo magno. *Quia non habuit maiorem ſe, per quem iuraret, ideo iurauit per nomen ſuum, ſicut & Gen. 22. c. Per memetipſum iuraui dicit dominus &c.*

† indigemus

*q* Ecce ego vigilabo ſuper. *id eſt cito inducam ſuper eos malum pęnæ.*

*s* Et ſcient om. re. *Per pœnæ experientiam, qui habent modo oculos clauſos per culpam. Cętera patent.*

## MORALITER.

†operum

✻ c *Faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro. vt ſacrificemus reginæ cęli.* id eſt lunæ: per quam ſignatur fortuna, eo quòd eſt variabilis ſicut illa. Vnde dicit quidam: Rota fortunæ variatur imagine lunæ. Creſcit, decreſcit, in eodem ſiſtere neſcit. Omnes autem prædicti in cultu fortunę ſunt occupati, nam ad quærẽdum bona fortunæ ſunt totaliter intenti. Quę bona ſunt excellentiæ mundiales quantum ad ſuperbos, diuitiæ temporales quantum ad cupidos & auaros, delitię carnales quãtum ad guloſos & luxurioſos. Cum iſtis autem habitabat Ieremias, non tamẽ communicãs operibus eorum malignis, ſed magis eos reuocãs ab eis. propter quod dixit inf.

D

o *Hæc dicit dominus.* Et ſequitur:

†Gen. 22. c

r *Conſumentur omnes viri Iuda.* Per iſtas pœnas corporales ſignantur inferni pœnę multiplices, quas incurrunt prædicti peccatores.

†omnes

*In capitulo xliiij. vbi dicitur in poſtilla: Vt ſacrificemus reginæ cęli.*

## ADDITIO.

Vbi nos habemus in hoc loco: Vt ſacrificemus reginę cœli, in Hebræo habetur. Operi cœleſti ſeu cœlorum. q̃d non eſt intelligendum de luna tantum, ſed conſtellatione ſiderum, prout dictum fuit ſuprà. cap. 7. in Additione. 2.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

GLOSSA ORDIN. CAP. XLV.

E V*Erbum quod locutus eſt Iere. &c.* Rudis adhuc intolerantia paſſionum quas experturus erat Baruch, expauit captiuitatis calamitatem, quæ tempore Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda imminebat. vnde conqueritur dolorem additũ dolori ſuo, cui reſpoſum eſt à dño qa ſuperflue quærat ſibi pacẽ, cum totus populus laboret ſub faſce tribulationum. Significat autem eos, qui in preſſura tribulationum vel perſecutionũ, quibus in præſenti eccleſia grauatur, puſillanimitate titubant, quærentes conſolationem, quæ in futuro promittit. Vñ:
Ioh.16.d Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur i gaudiũ. Ioſephus:
4.Reg.23.g. Rex Ægyptiorum cũ fuiſſet à pugna reuerſus, euocauit Ioachaz ad ſe de ciuitate Syrię, quæ dicitur Emath, & repẽte vinxit eum, & ſeniori fratri eius
triſtitiam ex eodem patre, nomine Ioachim tradidit regnum, & prouinciæ impoſuit tributum centum talenta argenti & vnum auri. Ioachim autem pecunias has perſoluebat. Ioachaz autẽ in Ægyptum deduxit, qui in ea mortuus eſt cum regnaſſet tres menſes & dies decem. Ioachim verò mater vocabat† Zabuc de ciuitate Abima: Hic erat natura iniuſtus & nequiſſimus, neq; circa Deũ ſanctus, neq; circa homines manſuetus. Dũq; quartum regni haberet annum, Babyloniæ principatũ quidã nomine Nabuchodonoſor accepit: eodem tpe cum magno apparatu ad Circhã ciuitatem venit, quæ eſt circa Euphraten, pugnaturus cõtra regem Ægyptiorum Nichã, ſub hoc. n. Syria erat vniuerſa. Dũq; cognouiſſet rex Babyloniæ voluntatem Nichan, penitus non expauit, ſed cum magno brachio ad Euphraten venit. Qui facta congreſſione victus eſt, & multa milia amiſit. Tranſiens autẽ Euphraten Babyloniæ rex
F oẽm Syriam vſq; ad Peluſium cepit præter Iudæã. Quarto autẽ anno Nabuchodonor qui erat octauus Ioachim, contra Iudæos cum magno exercitu caſtrametatus eſt, tributa exacturus à Ioachim, aut certe dimicaturus. Ille verò metuens minas eius & pacem habere deſiderãs, præbuit ei tributa quæ præceperat annis tribus. Tertiò verò anno audiẽs Ægyptios denuo contra Babylonem pugnaturos, tributa non reddidit, ſed ſpe Ægyptiaci belli deceptus eſt: nam pugnare contra eum minime præſumpſerunt Ægyptij.

† zebida

† pro populo

*b* Anno quarto Ioa.fi.Io. *& ſic patet, q̃ iſtud fuit ante deſtructionẽ Ieruſalẽ p. 18. an. quia Ioachim regnauit vndecim annis, & anno vndecimo Sedeciæ quarto menſe capta fuit Ieruſalem, vt dictum eſt ſupra. 39.*
*c* Hæc dicit do. Deus Iſrael. *Hæc dicit Rab. Sa. q̃ iſte Baruch ferebat moleſte, q̃ ipſe nõ erat aſſecutus ſpiritũ prophetiæ, quia diu ſeruierat Ieremiæ, ſicut Ioſue miniſter Moyſi, & Eliſeus miniſter Eliæ conſecuti fuerũt donum prophetiæ, & ſic exponit quòd ſubditur:*

CAP. XLV.

ᵃ V Erbum qđ locutus eſt Ieremias propheta ad Baruch filiũ Neriæ, cũ ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremiæ anno quarto Ioachim fiᵇ lij Ioſiæ regis Iuda dicens: Hæc diᶜ cit dñs Deus Iſrael ad te Baruch.ᵈ Dixiſti: Væ miſero mihi, quoniáᵉ addidit dñs † dolorem dolori meo. Laboraui in gemitu meo,ᶠ & requiẽ non inueni. Sic dices adᵍ eũ: Hæc dicit dñs: Ecce quos ędiʰ ficaui, ego deſtruo, & quos plantaui, ego euello, & vniuerſam terram hanc. Et tu quæris tibi granⁱ dia? Noli quærere, quia ecce egoᵏ ˡ adducã malũ ſuper omnem carᵐ nem, ait dominus, & dabo tibiⁿ animã tuam † in ſalutẽ in omnibus locis ad quæcũq; perrexeris.

¶ Quia tu non periclitaberis.

*d* Dixiſti. *Tu Baruch.*
*e* Vę. *Dolebat. n. de incarceratione Ieremiæ, qui tũc erat recluſus, vt dictum eſt ſup. 36. & de hoc quòd non habebat ſpiritum prophetiæ.*
*f* Laboraui in ge. meo. *Propter iſta duo.*
*g* Et requiem non inue. *i. non ſum expertus ſuper me requieſcere ſpiritum domini. & ſubditur reprehenſio ſui dicti, cum dicitur in perſona Dei.*
*h* Ecce quos ędifi. ego de. *i. populum meum & templũ nomini meo dedicatum deſtruam de propinquo.*
*i* Et tu quæris tibi gran. *Qui vis fieri propheta. Aliqui libri habent gaudia, & male, quia litera eſt corrupta per ſcriptores propter ſimilitudinem literarum.*
*K* Noli. *q. d. magiſter tuus non quæſiuit, ſed magis de prophetia ſe excuſauit, vt patet in prin. huius libri.*
*l* Quia. *Captiuitatis & deſtructionis.*
*m* Super. *i. ſuper omnẽ hominẽ, de Iudæa tñ, de illa terra loquitur hic ſcriptura, & inducit hoc pro rõne ex qua debeat ceſſare à ſua petitione, quia ſpũs prophetiæ datur pro cõi vtilitate populi, ſecundũ qđ dicitur. 1. Cor. 12. & ideo imminente deſtructione & captiuitate populi non debet ſpiritus prophetiæ poſtulari.*
*n* Et dabo. *i. vitam, & hoc ſufficiat tibi. Expoſitores verò noſtri non dicũt, q̃ Baruch quæreret prophetiæ ſpiritum ſibi dari, ſed q̃ impatienter vel ſaltem minus patienter portabat tribulationem magiſtri ſui & ſuam, quia Ieremias erat recluſus, & liber quem ſcripſerat Baruch, combuſtus, & vterque ad mortem quærebatur, vt habetur ſupra. 37. & propter iſta dicebat: Væ miſe. ideo ſubditur in perſona domini: Ecce quos ædificaui, ego deſtruo. q. d. debes portare patienter tribulationem tuam, ſecundum quod dicit Apoſtolus: Flere cum flentibus. Et tu i. vis in quiete & pace tua. Noli quærere. q. d. non eſt tempus imminente populi tui tribulatione & captiuitate. Cætera patent ex dictis.*

MORALITER.

✠ a *Verbum.* In hoc cap. reprehenditur Baruch de hoc, quòd minus patienter debito portabat perſecutionem Ieremiæ, & ſuam, maxime quia de propinquo imminebat perſecutio communis populi, qui partim erat occidendus per exercitum regis Babylonis, & partim captiuandus. Per hoc autem docentur innocentes, patienter tolerare, & etiam iuſte proprias anxietates, quando imminet perſecutio communis populi, cuius ſunt pars.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XLV.

V Erbum quod locutus eſt Ie. *Hic ponitur quoddam correlarium, & refertur iſtud factum ad tempus præcedens, cum dicitur:*
*b* Anno

GLOS. ORDINARIA. CAP. XLVI.

Q *Vod factum eſt &c.* Ra. Hactenus propheta mixtim de Iuda & Iſrael, de Chaldęis & Ægyptijs pro cõuenientia narrationis egit. De hinc aduerſus gentes & prouincias,
Diuiſio id eſt ad Ægyptũ, Paleſtinos, Moabitas, ad filios Ammõ, ad Idumeam, ad Cedar, ad Elã, tãdem ad Babylonem, & ad terrã Chaldæorum verbũ dñi pphetat, vt ſciant q̃ contra voluntatẽ dñi fecerunt, & quã vindictã paſſuri ſunt. Primo ergo ad Ægyptum, quæ maxime Iudæis ſcãdalum fuit, ſermonem conuertit, ſignans qñ hæc locutio facta eſt, quarto. ſ. anno Ioachim

*ratione conſanguinitatis, eo quod deſcenderũt de Loth nepote Abrahæ: & Saraceni, qui deſcenderunt ab Iſmael filio Abrahæ, & Idumæi, qui deſcenderunt ab Eſau fratre Iacob, & Philiſthęi & Syri ratione vicinitatis, & tamen magis nocuerunt eis.*
*b* Ad Ægyptum. *Hic incipit narratio, & diuiditur in quinq; partes ſecundum quinq; Gentes contra quas Ieremias prophetizat. partes proſequẽdo patebunt. Incipit autem ab Aegyptijs, & diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur Aegyptiorum deſtructio, ſcđò Iudæorum ſaluatio, ibi: Et tu ne timeas. Prima in duas, quia primò deſcribitur Aegyptiorum debellatio, ſecundò regni eorum deiectio, ibi: verbum quod locutus eſt. Prima adhuc in duas. quia primò deſcribitur Aegyptiorum debellationis generalitas, & ſecundo eiuſdem grauitas, ibi. Aſcen. in Ga. Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur debellatio quantum ad Aegyptios, ſecundò quantũ ad eorum auxiliarios, ibi: Aegyptus. Circa primum primò tãgitur locus belli, cum dicitur: iuxta flumen Euphra. in Char. ſecundo tempus, ibi: quarto anno Ioachim. tertiò belli apparatus, cum dicitur:*
*c* Præparate. *Quod proprie eſt militum.*

CAP. XLVI.

ᵃ Q Vod factũ eſt verbũ dñi ad Ieremiã prophetam contra gentes: Ad Ægyᵇ ptum aduerſum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta flumen Euphraten in Charchamis, quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis in quarto anno Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda. Præparate ſcuᶜ-

¶ Ironice.

NIC. DE LY. CAP. XLVI.

Q Vod factũ eſt ver. do. ad. *Superius Ieremias prophetizauit contra Iudæos principaliter, licèt aliqua immiſcuerit contra Gentiles, hic conſequenter prophetizat contra*
Diuiſio *extraneos. Et diuiditur in duas partes, quia primò præmittitur quædam breuis præfatio, ſecundò ſubditur narratio. ibi: Ad Aegyptũ. Circa primum dicitur:*
*a* Quod factum eſt. *Iſta prophetia erat ad conſolationem Iudęorum, & ideo facta eſt contra illas Gentes, quæ ſpeciali modo eis nocuerunt, & iſtæ Gentes fuerunt Babylonij, qui populũ captiuauerunt, & Aegyptij ex quorum confidentia Iudęi Nabuchodonoſor rebellauerunt, vt patet ex ſupradictis, & Ammonitæ & Moabitæ qui debuiſſent eos iuuare ratione*

¶ a Et

MORALITER.

✠ a *Quod factum eſt verbum.* Sequitur:
c *Præ.* Per hanc præparationẽ ad pugnandũ contra regem Babylonis ſignantur pparationes hoĩs ad pugnandũ cõtra Diabolũ, qui eſt ✠ rex



Ioachim filij Ioſiæ qñ Pharao Nechao rex Aegypti in Charchamis cum Nabuchodonoſor pugnauit, & ſuperatus eſt.
a *Aſcendite equos.* Hæretici & ſchiſmatici ex diuerſis prouincijs orti, fruſtra diſponunt contra ciuitatem Dei bella. Portæ enim inferi non præualebunt aduerſus eam. Sed in die vltionis domini gladius eius deuorabit carnes, de quo dicitur: Inebriabo ſagittas meas ſãguine, & gladiᵘ meus deuorabit carnes. Et erit victima domini in terra aquilonis iuxta flumen Euphraten, id eſt fluxum ſecularis voluptatis, cùm tradũtur in manus eius, q ſoliũ ſuũ poſuit ad aquilonẽ, vt mittat eos in ſtagnum ignis & ſulphuris.
b *Aſcende in Galaad.* Mons eſt ad quẽ ſeptima die venit Iacob, de Charram fugiens: Eſt autem ad tergum Phęnicis & Arabiæ collibus Libani copulatus, extenditurq; per deſertum vſque ad trãs Iordanem, vbi habitauit Seon rex Amorrhęorum. Cecidit autem in ſortem filiorum Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe.
c *Tolle Reſinam.* Græci, rechinã vocant. Rechi enim dicitur quidquid manat. Eſt autem lachryma ſudore lignorum exalata, vt Ceraſi & lentiſci, & huiuſmodi. Prima reſina eſt Terebinthina omnium præſtãtior: hanc gignit Arabia, Iudæa, Syria, Cyprus, & Africa, & inſulæ Ciclades. Secunda eſt Lentiſcina, quæ Mytrix vocatur: hæc ex Chio inſula deportatur. Tertia Pinalis, quarum alia pictines, alia pictinę, alia liquida, alia arida: & afferuntur ex Colophonia: vnde & nomen Colophonia reſina ſumpſit. Reſina autem apta eſt lęſis corporibus, & pro medicina ponitur. vnde: Nũquid reſina non eſt in Galaad? Reſina ergo pro pęnitẽtia ponitur, & medicamine conuerſionis ad Deũ. Inde hortatur propheta Ægyptum & confines prouincias vt agãt pniam, alioquin à falſis dijs fruſtra medicamina expectant: quia non accipient ab eis ſanitatem, ſed cõfuſionẽ.
d *Audierunt Gen.* Quia fruſtrato ſolatio Idolorum, corã hoſtibus corruit, & mutua clade fortis cum forti cecidit. Sic hæretici, quia ſemper diſcordes in vario errore verſantur, alterutrum ſeſe lacerantes, non victoriã veritatis accipiunt, ſed errore captiui pariter in foueam perditionis cadunt.
e *Annunciate Aegy.* Q. Vos qui audiſtis vaticinium meum, nũciate Pharaoni, quia ppe eſt tẽpus & tumultus belli.
a *Quoniam*

NICOLAVS DE LY.

¶ *a* Et clipeum. *Qui proprie eſt peditum, tamen frequenter vnum ponitur pro alio.*
*b* Et procedite &c. *Ordinate per acies diſtinctas.*
*c* Iungite equos. *In Hebræo habetur: Ligate equos, id eſt cingulate, quod ſit ante aſcenſum equitum.*
*f* Polite lanceas. *id eſt forbite ferra lancearum, vt melius penetrent. conſequenter ponitur conflictus, cum dicitur:*
*i* Vidi. *ſ. Aegyptios.*
*K* Et terga ver. &c. *i. fugientes.*
*l* Nec re. &c. *Retro ſe ex feſtinatione fugæ, & adhuc non valebit eis, ideo ſubditur:*
*m* Non fugiet vel. nec ſaluari ſe putet fortis. Ad aqui. iuxta flu. &c. *ideo admirando ſubdit adhuc propheta.*
*n* Quis eſt. *ſ. rex Aegypti.*
*o* Qui quaſi flumen. *i. cum magna pompa & apparatu ad prælium venit, & tamen ſic eſt turpiter debellatus.*
*p* Aegy. *Hic conſequenter deſcribitur debellatio quantum ad auxiliarios, cum dicitur:*
*q* Et.

*q* Et. *Quia plures alias gentes ſecum habebas & fortes, vt poſtea ſubditur, de quorum auxilio nimis confidebat, ideo ſubditur: Et di.* C
*r* Ex. *Quia antiquitus aliqui pugnabant in curribus.*
*s* Æthi. *Bellatores de terra illa.*
*t* Tenen. *i. docti ad prælium.*

tum & clypeum, & procedite adᵃ bellum: iungite equos, & aſcenᵇ ᶜ dite equites, ſtate in galeis, poliᵈ ᵉ te lanceas, induite vos loricis.ᶠ ᵍ

¶ Aegyptios.

Quid igitur? Vidi ipſos pauiʰ ⁱ dos & terga vertentes, fortes eoᵏ rum cęſos, & fugerunt cõciti, necˡ reſpexerunt. Terror vndiq;, ait dominus: non fugiet velox, necᵐ ſaluari ſe putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen Euphraten

¶ Aegyptius.

victi ſunt, & ruerũt. Quis eſt iſteⁿ qui quaſi flumen aſcendit, & veᵒ-

a ¶ Abundantia populorum.
b ¶ Super Ieruſalem vel terrãm Chaldæorum.

luti fluuiorũ intumeſcunt gurgites eius? Aegyptus fluminis inᵖ-

a ¶ Quaſi Iudæam & terram Chaldæorum operire & diſperdere iactaret.

ſtar aſcẽdit, & velut flumina moᵠ uebũtur fluctus eiᵘ, & dicet: Aſcẽ

a ¶ Babylonem vel Ieruſalem.

dẽs operiã terrã, perdam ciuitatẽ

¶ Ironice.

ᵃ & habitatores eius. Aſcendite equos, & exultate in curribus, &ʳ

a ¶ Superbi, qui in potentia propria confidunt, & vicinis prouincijs Aegypto & Aethiopia.

procedãt fortes Aethiopię & Lyˢ byę tenentes ſcutũ, & Lydij arriᵗ ᵘ pientes & iacientes ſagittas. Diesˣ autẽ ille domini Dei exercituũ, dies vltionis, vt ſumat vindictam de inimicis ſuis. Deuorabit glaʸ dius & ſaturabit, & inebriabiturᶻ ſãguine eorũ. Victima. n. dñi exercituũ in terra Aquilonis iuxta fluᵃ mẽ Euphratem. Aſcende in Gaᵇ laad, & tolle Reſinam virgo filia Aegypti. Fruſtra † multiplicas medicamina, ſanitas nõ erit tibi.
ᵈ Audierũt gentes ignominiã tuã,ᶜ & vlulatus tuus repleuit terram:ᵈ quia fortis impegit in fortem, &ᵉ ambo pariter cõciderunt. Verbũᶠ qđ locutus eſt dñs ad Ieremiã prophetã ſup eo, q̃ venturus eſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis, &
ᵉ percuſſurus terram Aegypti. Anᵍ nunciate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & reſonet in

a ¶ Ciuitas magicis artibus dedita. b ¶ Metropolis eſt Aegypti. ¶ Vel thanis.

Mẽmphis & in Taphnis dicite. Sta & ppara te, qa deuorabit glaʰ-

*u* Vt Ly. &c. *Qui erãt edocti ĩ arte ſagittãdi.*
*x* Dies au. &c. *q. d. totum iſtud non valebit Aegyptijs, quia dies ille belli ſtatutus eſt à Deo, vt fiat vindicta de eis.*
*y* Deuorabit gla. *ſ. regis Babylonis Aegyptiorum exercitum.*
*z* Et inebriabitur &c. *id eſt, abſque menſura effundet ſanguinem.*
*a* Aſcende &c. *Hic deſcribitur debellationis grauitas, quia multi fuerunt interfecti & alij vulnerati pro magna parte inſanabiliter. ideo dicitur: Aſcende in Galaad. Vbi abundabant medicinalia.*
*b* Et tolle Reſinam. *i. medicinam: quia tamen hoc dicitur ironicè, ideo ſubditur: Fruſtra multiplicas, &c.*
*c* Audierunt Gentes &c. *Ex fuga & debellatione.*
*d* Vlulatus tuus. *i. ſonus confuſus fugiẽtium & morientium: Repleuit terram. Et ſubditur cauſa.*
*e* Quia for. &c. *Milites enim Pharaonis, qui adhuc non erant vulnerati ex feſtinatione fugiendi, vnus impellebat alium ad terram, & ſic mutuo ſibi nocebant.*
*f* Verbum. *Hic conſequentur deſcribitur reiectio. & ſecundo ſubditur eius reparatio, ibi: Et poſt hæc. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur Aegyptiorum ruina, ſecundò Chaldæorum potentia, ibi: Vox eius. Circa primum dicitur: Verbum quod locutus eſt dominus ad Ieremiam prophetam ſuper eo quod ven. &c. Dicit Ioſephus. x. libro antiquitatis Iudaicæ, quod Nabuchodonoſor. 23. anno regni ſui intrauit Aegyptum, & ſubiecit ſibi. Debellatio autẽ Aegypti prædicta fuit. 4. anno Ioachim filij Ioſiæ, vt dicitur in principio huius cap. & ille fuit primus annus regni Nabuchodonoſor, vt habetur ſupra. 25. & ſic ab illa debellatione Aegypti vſque ad iſtam deſtructionem regni ſui fluxerunt. 22. anni.* D
*g* Annun. *i. in ciuitatibus oĩbus & locis proclamate, q̃ oẽs præparẽt ſe ad bellũ, iõ ſubdit:* Diuiſio
*h* Sta et præpara te. *Quia tamen hoc eis non valuit, ideo ſubditur: Quia deuora. gladius ea quæ per circuitum tuum.*
¶ *a* Quar-

MORALITER.

✠ rex ſup oẽs filios ſuperbiæ. Iob. 41. d. cõtra quẽ accipiendum eſt ſcutũ patiẽtiæ. Qđ ad modum ſcuti militaris debet eſſe triangulũ. ſ. ad portandũ patienter contumelias uerborum, et moleſtias verberum, et dãna temporaliũ rerum, et Clypeum qui pprie loquendo eſt rotundus, propter qđ ſignat munitionem ſacræ ſcripturæ, continẽtem perfectionẽ vitæ, quæ ſignatur per clypeũ circularis figuræ, Prou. 30. a. Oĩs ſermo Dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe. †multiplicaſti
b *Et procedit.* Conſtãter et intrepidè. nam tales timet Diabolus et refugit, Iaco. 4. b. Reſiſtite Diabolo, et fugiet à uo.
c *Iungite.* In Hebræo habetur: Cigulate equos. nam in bello contra Diabolum corpora (quæ ſunt equi animarum) cingulanda ſunt cingulo caſtitatis et munditiæ.
d *Et.* Per dñiũ animæ ſupra corpus ppriũ.
e *State in galeis.* Per rectitudinem intentionis: quia ſicut galea eſt in capite, ſic intentio recta eſſe debet in uoluntate, quæ caput eſt in uiribus animæ:
f *Polite lanceas.* Id eſt forbite ferra lancearum, amouendo inde rubiginem: quod fit moraliter per ueram et perfectam pœnitentiam de peccatis.
d *Et induite vos lo.* Per cuſtodiam iuſtitię et ęquitatis: Ephe. 6. c. Induti lorica iuſtitię. etc. Et quoniam in hoc congreſſu multi ſunt puſillanimes ex humana fragilitate, ſequitur:
h *Quid igitur? Vidi ipſos pauidos & terga vertentes, & fortes eo. cæ.* Et quoniam aliqui ſic lętaliter uulnerantur, quòd de cętero non curantur, ideo ſequitur poſtea. Fruſtra multiplicas.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

E a *Quoniam ſicut Tha.* Hoc eſt ex compa ratione locorum frugiferorum, quaſi in mari ſubmerſorum, grandem Ægy ptiorum poteſtis intelligere ruinam. Thabor terminus eſt Zabulon, mons in medio Galileæ campo, mira rotunditate ſublimis, diſtans à dioceſaria. x. milibus contra orientalem plagã. Qui confinium quoq; inter tribus Iſſachar & Neptalim fuit. Carmelus, vbi Nabal Carmelus fuit & nũc villa eſt, Carmela nomine, in decimo lapide oppidi Chebron, vergens ad orientalẽ plagam, vbi Romanorum præſidium eſt. Myſticè autem, quia Thabor veniens lumen, vel veniat lux, & Carmelus, tenellus aut mollis, ſiue ſcientia circũciſionis interpretantur, ſignificant hereticos in lumine ſecularis ſcientiæ & ſapientiæ ſuperbientes, vel Iudæos molles vel delitioſos in circuncifione carnis glorianteſ, qui ſub vero Pharaone verſantur, & Chriſto ſeruire renuunt, in huius ſeculi mare demerſi, & in dãnationem perpetuam.

† propuſſa tus eſt. † propulſa vit. 1.Reg.15.a. *Myſticè* † illuc Pharaonẽ regem Aegypti, regem multitudinis magne tranſire fecit tẽpus.i. diem pugnæ indictum.

b *Vitu.* Quia Aegyptia plebs in delitijs nutrita indomita laſciua iugũ diſciplinæ recuſauit.

c *Mercenarij.* Principes Aegyptiorum non paſtores ſed mercenarios vocat, qui non curam regis habebãt, ſed auaritiæ & luxuriæ ſtudebant, ideo corã hoſtibus in fugam conuerſi ſunt. Myſticè autem, Mercenarios Aegypti fictos paſtores eccleſiæ in hoc mundo peregrinantes poſſumus intelligere, qui lucrum terrenum quærẽtes, oues ſibi cõmendatas contra vaſtatores defendere non præſumunt.vñ. Mercenarius autẽ, & qui nõ eſt paſtor, videt lupũ veniẽtẽ, & dimittit oues, & fugit.

*Myſticè* *Ioh.10.b*

d *Vox.* Non ſolũ hiſtoriali Aegypto, iuſto Dei iudicio vindicta ſuperuenit, ſed & ſpirituali in die iudicij ſuperuentura eſt, quam nunc ſcriptura in toto orbe clara voce futuram pronunciat: vnde bene vox eius æri ſonanti comparatur, quod cæteris metallis ſonorius tinniat, & dies iudicij cũctis retro conſpicuus fortius ſonabit. Tunc enim Deus manifeſte veniet, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circumitu eius tempeſtas valida. Tunc Angeli properabunt, vt colligat de regno eius omnia ſcãdala, & ligna infructuoſa ſecuribus validi examinis cędant. Tunc ſuccidetur ſaltus inutilis: quia omne lignum nõ faciens fructum bonũ excidetur, & in ignem mittetur. Et multitudo perditorum, qui quaſi locuſtæ breui volatu ſe extollunt, in infernum demergetur, & tunc patebit confuſionum omnium carnaliũ cogitatio, quæ voluptatibus ſeculi innititur, cum Diabolo punienda traditur: vnde ſubditur: Confuſa eſt filia Aegypti.&c.

F *Pſ.49.a* *Matt.13.f* *Matt.3.a* † filios No. vel, faſtũ Alexandriæ

e *Et poſt.* Licèt videatur intimare regnum Aegyptiorum non irreparabiliter à Nabuchodonoſor eſſe deſtructum, cũ poſtea ibi fuerint reges vſque ad Auguſtum: altiori tamẽ ſenſu Chriſtiana deſignat tempora, quando Dei cultus in Aegypto huius mũdi reſtauratus eſt, ad quem exercẽdum homo natus eſt: de quo Iſaias: Percutiet dominus Aegyptum pla. & ſa.eam &c. *Iſa.19.1* ¶ a Et

dius ea quæ per circumitum tuũ ſunt. Quare † computruit fortis tuus? Non ſtetit, quoniam dominus † ſubuertit eum. Multiplicauit ruẽtes, ceciditq; vir ad proximum ſuum. Et dicet: Surge, & b reuertamur ad populũ noſtrum, & ad terram natiuitatis noſtræ a facie gladij columbæ. Vocate c † nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum, adduxit tempus. e Viuo ego, inquit rex, dominus exercituum nomen eius: quoniã ſicut Thabor in montibus, & ſicut carmelus in mari, veniet. Vaſa g tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis i ſolitudine erit, & deſeretur inhabitabilis. Vitula † elegans h atq; formoſa Ægyptus: † ſtimulator ab aquilone veniet ei. Mercenarij quoq; eius, qui verſabantur in medio eius, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt, & fugerunt ſimul: nec ſtare potuerunt, quia dies interfectionis eorũ venit ſuper eos, & tẽpus viſitationis eorũ. Vox eius quaſi æris ſonabit, quoniam cum exercitu properabũt, & cum ſecuribus venient ei, qua ſi ligna cedentes ſuccident ſaltum eius, ait dominus, qui ſupputari non poteſt. Multiplicati r ſunt ſuper locuſtas, & non eſt in eis numerus. Confuſa eſt filia Ægypti, & tradita in manus populi aquilonis, dicit dominus exercituũ Deus Iſrael. Ecce ego viſitabo ſuper † tumultum Alexandriæ, & ſuper Ægyptũ, & ſuper Deos eius, & ſuper reges eius, & u ſuper Pharaonem, & ſuper omnes qui confidunt in eo, & dabo eos in manus quærẽtium animam eorum, & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſeruorũ eius. Et poſt y hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis, ait dominus. Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, & ne z

(Interlinear: a ¶ Idolum vel Pharao. — a ¶ Quia populus eius in manus hoſtium traditus. — a ¶ Sicut hortari ſe debuerunt ad pugnam, ſic hortantur ſe ad fugam. — a ¶ Nabuchodonoſor, qui ſtultus & ſine corde victoriam Deo aſcribendam, aſcribit dijs ſuis. — a ¶ Belli. b ¶ Contra te. — a ¶ Præpara faſciculas ad fugiendum. — a ¶ Nabuchodonoſor qui eam in fugam a facie armorum vertet. — a ¶ Delitijs carnalibus dediti. — a ¶ Quia multiplicati ſunt ſuper numerum. — a ¶ Dæmonum.ſ. b ¶ Tradendo ſcilicet in manus Nabuchodonoſor & Chaldæorum: Hi enim diripuerunt omnia, & ſtatum regni euerterunt.)

b Surge & re.ad po. *Sic dicebant illi qui venerant in auxilium Aegyptiorum.*

c A facie gla. *i. exercitus Chaldæorum ſic nominati, eo quòd in aliquo eius vexillo erat ſignum columbæ, vt expoſitores dicunt. In Hebræo habetur. A facie gladij vinoſi, inebriati ſanguine occiſorum. ſicut ſupra eodem cap. dicitur: Deuorabit gladius, & inebriabitur ſanguine eorum. Ratio diuerſitatis huius literæ eſt, quia dictio Hebraica yonah, hic poſita, æquiuoca eſt ad vinoſitatem & columbam, vt dictum eſt ſupra.25.*

d Vocate no. *Ironicè dicitur hoc.*

e Tumultum adduxit. *id eſt tempus à Deo conſtitutum adduxit multitudinem Chaldæorum ad te deſtruendum. In Hebræo habetur: Vocate ibi. ſ. ad bellum Pharao rex. & vocatiui caſus Tumultus. ſcilicet belli tranſiuit tempus ſtatutum. dicit hic Rab. Sa. quòd die ſtatuta debebat egredi rex Aegypti in campũ contra regem Babylonis. ſed non fuit auſus exire, & ſic ad deriſionem eius dicitur hic, quòd tempus ſtatutum belli tranſijt.*

f Sicut. *i. ſicut verum eſt, quòd Thabor eſt ſitus in monte, & Carmelus prope mare, ſic veniet deſtructio Aegypti, ideo ſubditur:*

g Vaſa tranſmigrationis. *id eſt præpara te ad fugam de terra. Sciendum autem, quòd ſcriptura non loquitur hic de Carmelo, vbi mãſit Nabal, quæ eſt ſatis longè à mari, ſed de Carmelo in quo fuit manſio Eliæ, qui eſt propinquus mari mediterraneo.*

h Vitula ele. &c. *Hoc dicitur, quia populus Aegypti erat petulans & laſciuus.*

i Stimulator ab aquilone. *i. Nabuchodonoſor, qui à parte aquilonis intrauit Aegyptum, & gladio ſuo ſtimulauit eum.*

K Mercenarij quoq;. *Terra Aegypti eſt ſupra mare mediterraneum, propter quod multores de extraneis regionibus venientes ibi morabantur ad tempus.*

l Quaſi vitula ſa. *i. diuitijs pleni.*

m Verſi ſunt &c. *Et fugerunt vnuſquiſque ad terram ſuam, propter guerram imminentem, ideo ſubditur:*

n Quia dies interfe. *ſ. quantum ad remanentes in Aegypto.*

o Vox eius. *Hic conſequenter ponitur Babyloniorum potentia, cum dicitur: Vox eius, ſignificat ſonitum exercitus, & ſtrepitus exercitus.*

p Quaſi æris ſo. *ſ. ſicut tuba æris.*

q Et cum ſecuribus. *quaſi dicat. Sicut ligna non poſſunt reſiſtere ſecuribus ſe cedentium, ſic nec Aegyptus poterit reſiſtere exercitui Babyloniorum.*

r Multiplicati ſunt &c. *In hoc deſignatur magna multitudo exercitus Babylonis.*

ſ Viſitabo ſuper tu. Alexan. *Nomen eſt ciuitatis Aegypti famoſa, in qua erat populus multus. ideo ſignatur hic per tumultum. In hebræo tñ habetur hic: Super tumultum No. Sic enim vocabatur illa ciuitas tpe Ieremiæ: ſed poſtea per magnum tps Alexãder magnus Aegyptum ſibi ſubiecit, & illam ciuitatem in parte deſtructam reædificauit & ampliauit, & ſuo noĩe denominauit. pp quod tranſlator, qui fuit poſt tempus Alexandri tranſtulit nomen vltimum, quod erat & eſt famoſum.*

t Et ſuper Deos eius. *i. ſuper idola argentea & aurea, quæ rapuerunt Chaldæi.*

u Et ſuper. *Quia plures reguli erant ſub rege Aegypti.*

x Et ſ. om. *Qui venerant ad eius auxilium ſperantes ab eo auxiliari in caſu conſimili.*

y Et poſt. *Hic conſequenter ponitur regni Aegypti præparatio, quia licèt tunc Nabuchodonoſor Aegyptum vaſtauerit, & omnem regni Iudæ abſtulerit, tamen poſtea fuit Aegyptijs habitata. ſ. poſt finem quadraginta annorum, ſecundum quòd habetur Ezech. 29. Fuerunt etiam ibi poſtea reges magni & potentes, vt patet in lib. Daniel. & Machab. & hoc eſt quod dicitur: Et poſt hæc habitabitur ſicut in diebus priſtinis & c. & patet litera.*

z Et tu. *Hic conſequenter deſcribitur conſolatio Iudæorũ, quibus prædixit reuerſio à captiuitate Babylonica, cũ dicitur: Et tu. cuius cũ ſubditur:* ¶ a Qui

## NICOLAVS DE LY.

¶ a Quare. *In Hebræo habetur: Quare inclinauit cadens ad terram, non potens ſe ſuſtinere ſicut res putrida, redditur cauſa: Quoniam dominus ſubuertit eum.*

*b Surge*



¶ a *Et tu no. ti. &c.* Hæc promiſſio non bene conuenit Iudæis, qui toto orbe diſperſi conſumuntur, nec regnum habent, nec ſacerdotium. Conuenit autem Chriſtianæ genti, quæ colligitur de omnibus gentibus, & reuertitur de captiuitate erroris ad terram Eccleſiæ, vbi requieſcet in ſpe, & proſperabitur ſucceſſu virtutũ, nec timebit aduerſarium cõfidens in Deo ſuo. Non conſumetur quidẽ, ſed ſicut aurum quod per ignem tranſit, purgabitur atque probabitur. Poſſumus tamẽ dicere, quòd generatio ſua antiqua ante diem iudicij penitus nõ conſumetur. Quia ex parte cęcitas cõtigit in Iſrael, & cum plenitudo gentium ſubintrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.

A

paueas Iſrael. Quia ecce ego ſal- a uum te faciam de longinquo, & ſemen tuũ de terra captiuitatis tuæ. Et reuertetur Iacob, & requieſcet, & proſperabitur, & non erit qui exterreat eũ. Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait dominus, quia ego tecũ ſum: quia con ſumã ego cunctas Gẽtes, ad quas b eieci te. Te verò nõ conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec c quaſi innocenti parcam tibi. d

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quia ecce. *Et dicitur hoc de iuſtis illius populi, quia impij fuerunt deleti. Cætera patent vſque ibi:*

b Te. *Totaliter delendo.*

c Sed. *Pœnis temporalibus ſecundum ordinem iuſtitiæ meæ te affligendo.*

d Nec. *quaſi dicat, quia es innocens ſecundum veritatem. Vel ſic: Ne iudices te innocentem, ſi tibi parcerem.*

*In cap. xlvi. vbi dicitur in poſtilla: Et Ammon & Moabitæ.* C

### ADDITIO I.

De iſtis conſanguinitatibus tam antiquis ſeu beneficijs tam longo tempore ante receptis, quas poſtillator allegat, non fit mentio in hoc loco nec in alijs ſimilibus, quia talia non conſueuerunt in memoriam reduci, niſi apud eos qui ſcripturam ſacram recipiũt: vnde nationes hic expreſſè reprehenduntur propter vicinitatem vel ſaltem humanitatem, quia ſecundum legem naturæ, homo non debet alterum lędere &c.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtilla: Et tolle reſinam.*

### ADDITIO II.

Vbi nos habemus reſinam, in Hebræo habetur צרי Zori: quòd ſignificat Tyriacam, vt dictũ fuit ſuprà in additione ſup ca. 8. † Exciden do excida te.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtilla, A facie gladij columbæ.*

### ADDITIO III.

In Hebræo in hoc loco propriè dicitur: gladij יונה Ionah. i. columbæ &c. non autem à facie gladij vinoſi. qualiter autem intelligatur gladius columbæ: vide ſuprà. xxv. in additione vltima.

## GLOSSA ORDIN. CAP. XLVII.

QVod factum eſt &c. Ieremias ſicut Iſaias & Ezechiel vicinis nationibus plagas venturas prædicit, quia populum Dei infeſtabant, & in illius aduerſitate gaudebant. Paleſtinis ergo ſicut ante Aegyptijs prenunciat captiuitatem venturam.

c *Et diſſi.* Oſtendit Tyrum & Sidonem ad Paleſtinos attinere, licèt Tyrus in ſorte Nephtalim ceciderit, & Sidon terminus Chananęorum in ſortem Aſer: ſed non eam poſſedit, quia hoſtes expellere non valuit.

d *Reli.* In qua habitabant Cappadoces priſtinis cultoribus iterfectis. Hęc eſt terminus Chananęorũ iuxta Ægyptum, ceciditq; in ſortem Iudæ: ſed eã non obtinuit, quia Enachim. i. Gigantes Allophylorũ fortiſſimè reſtiterũt: & eſt vſq; hodie inſignis ciuitas Paleſtinæ, quamuis de ea prophetatũ ſit: Gaza futura eſt in tumulum ſempiternum, ſed vbi prius fuit vix vlla remanent veſtigia, in alio enim loco ædificata eſt.

e *Veni.* Hæreticis & Schiſmaticis & omnibus eccleſiæ hoſtibus plagã venturam ſignificat, quia Chriſti cõfeſſoribus præparauerunt inſidias, intulerunt bella, & incenſore diabolo multa perſecutionum genera. Ad extremum verò ipſi traduntur hoſtibus ſæuiſſimis & pœnis perpetuis. Interpretantur enim Philiſthæi potione cadẽtes, Tyrus anguſtia, Sidon venatio, Aſcalon ignis infamis, Gaza fortitudo eius: Quæ omnia bene conueniũt Antichriſto & membris eius, qui per ſuperbiam in apoſtaſiam cadens anguſtia mentis æſtuando, venationem exercet in mundo, quos poteſt de Eccleſia rapiendo & interficiendo: cuius ¶ fortitudo

## CAP. XLVII.

QVod factum eſt verbum a domini ad Ieremiã prophetam contra Palæſtinos antequàm percuteret Pharao Gazan. Hæc dicit dominus: Ecce aquæ aſcendent ab aquilo- b le, & erunt quaſi torrens inun- c dans, & operient terrã & plenitudinẽ eius, & vrbẽ & habitatores eius. Clamabunt homines, & vlu d labunt omnes habitatores terræ à ſtrepitu † pompę armorũ & bellatorum eius, à cõmotione quadrigarũ eius, & multitudine rotarum illius. Nõ reſpexerunt e patres filios † manibus diſſolutis: pro f aduentu diei in quo vaſtabuntur omnes Philiſtijm, et diſſipabitur Tyrus & Sidon cũ oĩbus reliquis auxilijs ſuis. Depopulatus eſt ẽm dominus Paleſtinos, reliqas inſu g læ Cappadociæ. Venit caluitiũ h ſup Gazã, † cõticuit Aſcalon & re i liquię vallis earũ. Vſq; quo cõci- k deris? O mucro domini, vſq; quo l m

(Interlinear: a ¶ Populi Aſſyriorum. — a ¶ Vt multitudine & violentia cuncta opprimant. — a ¶ Vniuſcuique imminente morte. — a ¶ Quia vocẽ plorantium ſtrepitus hoſtium ſuperabit. — a ¶ Nulli licuit, ſalteriu curam gerere, cum hoſtis in ſingulos graſſaretur. — a ¶ Quia Paleſtini de Cappadocia venerunt. — a ¶ Ablatis opibus & robore virili. — a ¶ Fortitudinem eius. b ¶ A voce gaudij & lætitiæ. c ¶ Vrbs Paleſtinæ in ſorte Iudæ: ſed non eam habuit, quia habitatores eius ſuperare non potuit. — a ¶ Diabolum ſignificat, cui traduntur peccatores in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.)

## NIC. DE LY. CAP. XLVII.

QVod factum eſt &c. *Hic conſequenter Ieremias ꝓphetizat contra Philiſthęos. Et primo ponitur tempus huius reuelationis cum dicitur:*

a Quod factum eſt. *Et vt dicit Rab. Sa. hoc fuit tempus quo Nabuchodonoſor obſidebat Ieruſalem, vt dictum eſt ſuprà. 39. & ab illa obſidione diſceſſerunt Chaldæi, vt obuiarent Aegyptijs venientibus in auxilium Iudæorum, quorum occurſum timens Rex Aegypti, ſpoliauit Gazam, quæ eſt ciuitas in extremitate terræ Philiſthinorum verſus Aegyptum, vt patet in deſcriptione*

ſcriptione illius terræ, & reuerſus eſt in terram ſuam. Conſequenter ponitur vaſtatio Philiſthinorum per regem Babylonis, cùm dicitur:

b Ecce &c. *Quia à parte aquilonis intrauit exercitus Babylonis terrã Philiſthinorum, qui nominatur nomine aquarum inundantium, ad deſignandum fortitudinem exercitus, & eius impetum, ſicut Iſa 8.b. dicitur: Adducet dominus ſuper eos aquas fluminis fortes multas, regem Aſſyriorum & c.*

d Clama. ho. *Eſt.n. vlulatus ſonus confuſus procedens ex magno timore & anxietate.*

e Non re. *Ad adiuuãdum eos ex impotẽtia.*

f. Et diſ. *Iſtę ciuitates erant confœderatæ Philiſthæis, & ideo diſſipatæ fuerunt cum eis.*

g Reli. in. Cappa. *Cappadoces & Philiſthæi exierunt de eadem Gente, ſecundum quod dicitur Gen. x. de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm & Capturim. i. Cappadoces. vnde hic habetur in Hebræo: Inſulæ caphtur. & propter propinquitatem dictam, in auxilium Philiſthinorum venerunt, & cum eis perierunt.*

D

h Ve. cal. &c. *Licèt. n. fuiſſet primò ſpoliata per regem Aegypti, vt dictum eſt, tamen poſteà fuit amplius deſtructa per regem Babylonis.*

i Conticuit Aſcalon. *i. populus Aſcalonis non potens reſiſtere.*

K Vſq; quo con. *Hic eſt finis verſus, & refertur ad terrã Philiſthinorum.*

l O mucro domini. *Dirigitur ad gladium Regis Babylonis, qui dicitur mucro domini, eo quòd erat executor diuinæ iuſtitiæ, vt frequenter dictum eſt ſuprà.*

m Vſquequo &c. *Ingredere in va. Et ſic dicebant Philiſthæi & regiones illæ gladio Babylonis afflictæ. Et reſpondet propheta.* ¶ a Quo.

† Propter debilitatẽ manuum.

## MORALITER.

✱ a *Quod fa. eſt & c. con. Palę.* Qui interpretantur ore contundentes & ore cõtuſi: ideo per ipſos ſignantur detractores, qui ore ſuo maledicto contundunt famam bonorum: & per hoc ipſi ſunt ore contuſi. nã per os ſuum maledictum tradentur dæmonum poteſtati. et de ipſis ſubditur:

b *Ecce aquæ de. ab aqui.* i. turbationes iſtorum, à dæmonum poteſtate, ſecundum qđ dr ſupra primo cap. Ab aquilone panderur omne malum. Quod autẽ per aquas ſignificetur turbatio, patet Iſa. 8, b. Adducet dominus aquas fluminis fortes regem Aſſyriorum etc. Detractores enim per dęmones acriter turbabũtur pœnis inferni, ideo ſubditur:

c *Et erunt quaſi torrens inundãs & c.* De quo dicitur Iſa. 30. g. Præparata eſt Ab heri tophet, à rege præparata profunda et dilatata. Nutrimenta eius ignis et ligna multa, flatus domini ſicut torrens ſulphuris incendens eam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E fortitudo ignis eſt infamis.i.cõcupiſcentia carnalis. Vnde Virtus eius in lumbis eius &c. Per libidinẽ.n. carnaliũ mẽtes exurit: ſed ĩ nouiſſimo pcipitabit. (Iob.40.d)
a *Quo.quie.cum do.&c.* Q. Nõ poteſt gladius quieſcere, niſi dño iubente † cui vindictã exercet. († cuius)
Vel: Quaſi ex perſona afflictorum ad gladium domini locutus erat: ſed hic reſpondet in perſona ſua. (G)

¶Nabuchodonoſor, qui in diuerſis gentibus vindictam domini exercuit. ¶Babylonem.
Non quieſces. Ingredere in vaginam tuam, re-
¶Ab ardore occidendi. ¶Quieſce.
frigerare & ſile. Quõ quieſcet cum dñs præceperit eis aduerſum Aſcalonẽ, & aduerſum maritimas eius regiones, ibiq; condixerit illi.

NIC. DE LYRA.

a Quomodo. *q.d. tales occiſiones & victorias nõ facit virtute propria, ſed diuina. & ſimiliter ceſſabit ab occiſionibus & victorijs, quando ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ punietur & ipſe.*

GLOS. ORDIN. CAP. XLVIII.

AD Moab hæc dicit do.&c. Sicut eſt circũciſio carnalis & ſpiritualis, ſic Moab carnalis & ſpiritualis. Moab interpretatur de patre, vel aqua paterna, tanquã de inceſtu & ebrietate conceptus, quaſi abſente & neſciente patre. Rex Moabitarũ Balaã ariolum ad maledicendũ inuitauit, qui cõtra Moab hæc inter cętera prophetauit: Orietur ſtella ex Iacob, & exurget hõ ex Iſrael, & percutiet principes Moab. Significat aũt Moab ſapientiã ſecularem: de qua dicitur: Perdam ſapientiam ſapientiũ: quę autorẽ ſui ſenſum habet: Quæ ex Dei cognitione gñatur, videtur quidẽ de patre naſci, ſed quia adulter eſt & aduerſarius populo Dei, de inceſtu, & ſpelunca, nocte gñatur: vnde in nocte perijt ſecũdum Iſaiam, in errore.ſ. ſempiterno, ſicut Aegyptij à vigilia matutina.i. nocte fluctibus obruti ſunt. Et Loth de Sodomis nocte pereuntibus venit ĩ Segor, & ortus eſt ei ſol. Hinc: Quia nocte vaſtata eſt Ar, conticuit Moab. Notãdũ aũt, ꝙ Nabo interpretatur ſeſſio, vel prophetia. Cariathiarim, ciuitas vel villa ſiluarum. Eſebon cogitationes, Luith genæ: Oronaim foramẽ męroris. Quia ergo omne dogma contrarium veritati, abſq; inſpiratione Dei de humano ſenſu in erroris tenebris naſcitur, nocte vaſtatur, & argumenta eius.i. muri eccleſiaſtico ſermone deſtruuntur, vt æterno ſilentio conticeſcant. & factio eorum ad penitẽtiã & lachrymas vertatur ſuper Nabo.i. prophetiam, vel ſeſſionem, magiſtros.ſ. eorũ, & ſuper Cariathiarim vbi non ſunt arbores fructuoſę, ſed ſaltus infertilis, erit vlulatus & planctus, & oĩa eloquentię ornamẽta tollentur, vt nudi remaneant & deformes. Et ſi qd vtilitatis habere videbantur, in barba raſa à viro eccleſiaſtico effęminatũ & debile comprobetur. Accingũtur ſacco pniæ: & ſuper tecta & dogmata in quibus ſe ſublimes credebãt & in plateis ſpacioſæ viæ, quæ ducit ad mortẽ, erit vlulatus, nec aſcendent per ſuperbiam, ſed deſcendent in fletum. Tum intelligent omnes cogitationes ſuas vanas, qđ interpretatur Eſebon, & caſum & aſcenſum ſuperbiæ, vt vox eorum audiatur vſq; ad opera mala, quæ fecerunt: & mandatũ quod putabant Dei, propria ſe confeſſione dãnantes. Cũq; egerint pniam, per Luith.i. genarum lachrymas ad altare cõſcendant, & quaſi mœroris foramine in introitu clamorẽ cõtritionis leuẽt ad dñm dicentes: Sacrificiũ Deo ſpũs con.&c.
b *Væ ſuper Na.* Prædicit vaſtationẽ Babyloniorum ſuper Moab venturã, & ſup eius vrbes inclytas, vt qui hoſtes fuerunt populi Dei, & deriſerunt eum, vaſtentur in deriſum cęteris nationibus, vnde in ſequentibus. Fuit enim tibi in deriſum Iſrael, quaſi inter fures reperiſſes eum. Hinc Iſaias: Onus Moab &c. Eſt autem Moab prouincia Arabũ, Nabo ciuitas nobilis, in qua erat Chamos idolum, quod & Beelphegor.
c *Saluate animas veſtras, &c.* qui volunt ſaluare animam ſuã fugiant

(Margin: 1.Cor.1.c; † gloriatio; † Madmen ſucciderís; Iſa.19.c; Exo.14.f; Gen.19.c; Iſa.15.a; † opulo; F; † operibus; Pſ.50.d; Inf.eod.d; Iſa.15.a)

CAP. XLVIII.

¶Aduerſum Moab.
AD Moab hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael. Vę ſuper Nabo, qm̃ vaſtata
¶Seſſio vel prophetia. ¶Ciuitas vel villa ſiluarum.
eſt & cõfuſa. Capta eſt Cariathiarim, confuſa eſt † fortis, & tremuit. Non eſt vltra † exultatio in
¶Ex patre vel aqua paterna. ¶Cogitationes. ¶Ciuitas Seon regis Amorrhæorum. Vnde: Egreſſus eſt ignis de Eſebon, & flamma de medio Seon.
Moab: cõtra Eſebon cogitauerũt malũ. Venite & diſperdamus eã de gente: Ergo † ſilens cõticeſces: ſequeturque te gladius. Vox cla-
¶Foramen mœroris.
mores de Oronaim, vaſtitas &
¶Prouincia Arabum.
cõtritio magna. Cõtrita eſt Moab: annũciate clamorem paruulis eius: Per aſcẽſum enim Luith
¶Genæ interpretatur.
plorans aſcendet in fletu: quoniã
¶Cliui.i. itineris quod ducit ad Aſſyrios.
in deſcenſu Oronaim hoſtes vlulatum cõtritionis audierunt. Fu-
¶Pereunte Moab.
gite, ſaluate animas veſtras: & eritis quaſi Myricę ĩ deſerto. Pro
¶Myrica arbor eſt humilis.
eo enim quòd habuiſti fiduciam
¶Dialecticis diſputationibus.
in † munitionibus tuis, & in the-
¶Sapientiæ ſecularis vel memoriæ. ¶Ab eccleſiaſticis, qui muniuntur ſcuto fidei, & ſcuto pugnãt veritatis.
ſauris tuis, tu quoq; capieris, &
¶Figmenta hæreticorum vel philoſophorum, quæ colunt quaſi idola.
ibit Chamos in tranſmigrationem, ſacerdotes eius & principes eius ſimul. Et veniet prædo
¶Cultores. ¶Miniſtri. ¶Eccleſiaſticus.
¶Secularis ſcientiæ munitionem. ¶Quia omnia prauus intellectus ea priuabitur.
ad omnem vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur. & peribunt valles & diſſipabuntur campeſtria:
¶Falſæ humiliationes. ¶Fictæ virtutes.

*afflictio Moabitarum ab Aſſyrijs. ſecundò à Chaldæis, ibi: Hæc dicit dominus, & hoc modo procedit Iſaias propheta contra eos prophetizãdo. 15.cap. & 16. & in pluribus vtitur ibi verbis hic poſitis. ex quo magis apparet Iſaiam & Ieremiã eodem ſpiritu prophetaſſe. Prima diuiditur in tres: quia primò ponitur Moabitarum vaſtatio, ſecundo vaſtationis ratio, ibi: Pro eo.n. tertiò prophetæ cõpaſſio: ibi: Iõ ſup Moab. Circa primũ nominantur plures ciuitates terrę Moab, p quas intelligit populus ibi habitans, eo modo loquendi quo dicitur aliqua ciuitas affligi vel vaſtari, quãdo populus ciuitatis affligitur vel vaſtatur. Dicit igitur:*
b Væ ſupe. Na. *Nomen eſt ciuitatis notabilis in terra Moab.*
f Confuſa for. *i. Cariathiarim, quæ erat valde fortis ciuitas inter alias.*
h Contra Eſe.co.ma. *ſ. Chaldæi dicentes ad inuicem, Venite diſper.*
l Sequeturq; te. *Quantũ ad fugientes ex te.*
m Vox cla. de Oro. *i. de tali loco egrediens à morientibus & fugientibus.*
n Per aſ. enim Luith &c. *nomẽ eſt montis in Moab, ad quem multi flentes refugerunt.*
o Hoſtes ulu. cõ. *ſ. Chaldæi à longè perceperunt clamorem fugientium:*
p Eritis qua. *i. ſteriles ab oĩ bono. In Hebræo ſic habetur: Eritis quaſi vaſtitas in deſerto.*
q Pro eo enim. *Hic conſequenter ponitur dictæ vaſtationis rõ, quæ eſt duplex: vna ex eius faſtu: alia ex Dei cõtemptu. ſecunda ibi: Abſciſum eſt. Prima adhuc duplex. Prima, quia nimis confidebant in fortalitijs ſuis, & abundabant diuitijs. Secunda, quia habebant plures viros bellatores natiuos de terra Moab: propter quod nimis ſuperbierant, & iuſtũ erat quòd punirentur. Igitur primò ponitur primũ, ſecundò ſecundum, ibi: Quomodo dicitis. Circa primum dicitur: Pro eo &c. reputando eas inexpugnabiles.*
r Et in the. *Eſtimando, ꝙ inde poſſet bellatores conducere ad reſiſtendum omni homini.*
s Tu quoque. *Quia nulla poteſtas humana valet contra iudicium Dei.*
t Et ibit Cha. *Idolum erat Moabitarum.*
u In tran. *Quia Chaldęi portauerunt ipm ad terram ſuam, propter materiæ precioſitatem.*
x Et ue. pre. *i. exercitus Chaldæorum.*
y Et per. ual. &c. *i. habitantes in vallibus & campeſtribus.*

¶ a Date

MORALITER.

a *Ad Moab.* Per Moab, qui interpretatur ex patre, eo ꝙ ex patre & filia fuit natus Gene.xix. ſignatur hõ in peccatis natus & nutritus, et per eius ſubiectionem Aſſyriis qui facturæ vigilantes interpretãtur, ipſius ſubiectio dæmonibus, qui nunquam dormiunt, ſignatur: ideo ſubditur,
b *Væ ſu.* quæ interpretatur conſolatio talis aũt hoĩs cõſolatio nõ eſt niſi in turpib. & pctĩs, q̃ ducit ad væ æternæ maledictionis.
c *Quoniam va.* in morte.
d *Et confuſa.* confuſione gehennæ.
e *Capta eſt Cariathiarim.* quæ interpretatur vrbs ſyluarum, per quã ſignatur congregatio operum inutilium, ſicut ſylua eſt congregatio lignorum infructuoſorum, et ſic moraliter capta eſt Cariathiarim in morte, quia tunc ceſſant operationes inutiles & malæ quantum ad exercitium, ſed non quantum ad ſupplicium.
g *Non vltrà exul.* ſed maxima deſolatio.
h *Contra.* q interpretatr cingulũ triſtitiæ, et ſignat faſciculũ pctõrũ.
i *Cogitauerunt mala.* ſ. dæmones, qui peccatoribus diſponunt pœnas horribiles.
k *Ergo ſilens conticeſ.* in pœnis gehennæ.
l *Sequeturque te gladius.* ſcilicet dęmonum ſine fine. Et quoniam

GLOS. ORDIN. CAP. XLVIII.

AD Moab hæc dicit dom. exer. &c. *Hic in tertio loco prophetizat contra Moabitas, & diuiditur in duas partes: quia primo ponitur affli-*



fugiant verſutam doctrinam Philoſophorum & hæreticorum, vbi certus eſt interitus: & per humilitatẽ confeſſionis agant pęnitentiam erroris in deſerto diſtrictæ abſtinentiæ, maneantq; in ſimplicitate & veritate catholicæ doctrinæ. (A)
a *Date flo.&c.* qui inuentione humana & in ſeculari ſciẽtia florere videbatr, in deſertũ & in ſolitudinẽ redigetr: Quia verè diſplicet Deo oĩs hypocriſis, vt ſequẽs ſnia oſtẽdit.
b *Ma. qui fa.* Neceſſe eſt.n. vt non ſolũ intueamur qđ agimus, ſed ẽt qua diſcretione agimus. Maledictus qui. De ſidia per torporẽ naſcitur, fraus p priuatam delectionẽ. Illam minor amor Dei exaggerat, hanc proprius amor ſui excitat. Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, qui ſe inordinatè diligens, per hoc qđ rectè agit, ad remunerationis tranſitoriæ bona feſtinat. Tribus aũt modis fraus iſta committitur, quia aut tacita cordis humani gratia. aut fauoris aura, aut res quælibet exterior deſideratur. Contra qđ per prophetã dr̃: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. qa.n. nõ ſolũ fraus in acceptione pecuniæ eſt, nec munus vnũ eſt. Tres verò ſunt acceptiones munerũ, ad quas ex fraude feſtinatur. Munus eſt.n. à corde, captata gratia à cogitatione. Munus ab ore, gloria per fauorẽ. Munus ex manu, præmium per dationẽ. Iuſtus verò ab omni munere manus excutit, qa in eo qđ rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriã, nec ab ore laudem, nec à manu q̃rit recipere dationẽ. Solus in Dei opere fraudẽ non facit, qui cũ in ſtudio bonæ actionis vigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humanã iudicij gratiã anhelat. Ipſa igitur bona noſtra, qa inſidiãtis culpæ gladiũ euadere nequeũt, niſi ſollicito timore quotidie muniantur, rectè per Iob dicitur: Verebar opera mea quaſi q̃ apte egerim in Deo: ſed quid in his latenter pertulerim ignoro. Sæpe enim bona noſtra latrocinante fraude pereunt, quia rectis actionibus cõcupiſcentiæ terrenæ ſe † inſerunt: ſæde deſidia interueniẽte deficiunt, & frigeſcente amore tabeſiunt. (B)
c *Et ma.* Põt hæc maledictio omnibus conuenire, qui fluxũ ſeculi ſequũtur, & corpora ſua caſtigare & ſeruituti ſubijcere negligunt, ſecundũ illud: Qui aũt ſunt Chriſti, carnẽ ſuã crucifixerũt &c. Quia ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatorũ. Caro.n. & ſanguis regnum Dei non poſſidebũt. Maledictus ergo qui prohibet gladiũ.i. verbũ Dei a ſanguine: quo.ſ. animatur materia peccatorũ. fundendũ eſt quidquid in membris noſtris carnale & terrenũ inoleuit, & reſecandũ gladio verbi Dei. *Greg.* Gladium a ſanguine prohibere eſt pdicationis verbum a carnalis vitæ interfectione retinere, de quo dicitur: Gladius meus deuorabit carnes. Hinc Paulus ait: Conteſtor hodie quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quo minus annũciarẽ omnẽ conſiliũ Dei vobis.
d *Fertilis.* Oſtenditur Moab ex abundantia in otium & elationem veniſſe, & populum Dei afflictum deſpexiſſe, quia nihil afflictionis vel captiuitatis patiebatur.
e *Mit.ei &c.* Quicunq; in humana philoſophia confidunt deſpicientes eccleſiæ fidẽ & doctrinã ſimplicem, veniẽt illis ordinatores & ſtratores dogmatũ ſuorũ, & diripientes theſauros falſæ ſciẽtiæ, quos in libris quaſi in vaſis habuere, maligni.ſ. ſpiritus: & tunc confundentur in exitu vitæ, probantes nihil ſibi profuiſſe ſtudiũ ſuum & falſorũ deorum ſuorũ culturã. Quia dij Gẽtium dæmonia, tunc ibunt cum diabolo & angelis eius in ignẽ ęternum. Iuſti aũt in vitã ęternam.
f *Con.enim.* Ironice, vel ad pęnitẽtiam prouocat, vt per ſatiſfactionem congruã euadant miſeriam. Myſtice. Sapientes huius

¶Quaſi vſq; adhuc floruit.
quoniam dixit dominus: Date † florem Moab, quia flores egredietur, & ciuitates eius deſertæ erũt, & inhabitabiles. Maledictus q facit opus
¶Vel deſidioſe. ¶Vel pro corporalis rei præmio, vel pro laudis verbo. vel humani iudicij gratia.
† domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium ſuum
¶Verbum Dei. ¶Interfectione carnalis vitæ.
à ſanguine. † Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fecibus ſuis. Nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem
¶Captiuitatis.
non abijt. Idcirco permãſit guſtus
¶Antiqua fœlicitas.
eius in eo, & odor eius non eſt immutatus. Propterea ecce dies ve-
¶Fama.
niunt, dicit dñs, & mittam ei † ordinatores & ſtratores laguncularum, & ſternent eum, & vaſa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur Moab à Chamos, ſicut cõfuſa eſt domus Iſrael
¶Ideſt hoſtibus tradam diripiendam, qui ſcrutentur omnem ſupellectilem eius.
¶Quia non poterit auxiliari.
à Bethel, in qua habebat fiduciam.
¶Vbi colebant vitulos aureos. ¶Libationis.
Quomodo dicitis fortes ſumus, & viri robuſti ad præliandum? Vaſtata eſt Moab, & ciuitates illius
¶Sub nomine Moab ſtultitia ſeculi & ſuperbia confutatur.
† ſuccenderunt, & electi iuuenes
¶Hoſtes. ¶Qui in propria virtute vel ſcientia confidebant.
eius deſcenderunt in occiſionẽ, ait rex, dominus exercituum nomen
¶Damnationem perpetuam.
eius. Prope eſt interitus Moab, vt
¶Aeternus.
veniat, & malum eius velociter † accurret nimis. † Conſolamini eum
¶Non diuturnum eſt quod certo fini obnoxium eſt ¶Ironice.
omnes qui eſtis in circuitu eius, & vniuerſi qui ſcitis nomen eius, dicite: Quõ confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus? Deſcende de gloria, & ſede in ſiti habitatio filiæ Dibon: quoniam vaſta-

NICOLAVS DE LYRA. (C)

¶ a Date florẽ Mo.&c. *ideſt dicite eum ſimilem flori, cuius pulchritudo marceſcit & deficit ſubitò. Tranſlatio Chaldaica habet ſic: Date coronam Moab, quia egrediens egredietur. Et eſt hic Moab genitiui caſus: & eſt ſenſus: Regnum Moab dabitur alteri, & ſic egredietur à dignitate regia.*
b Maledictus qui fa.opus. *opus Dei dicitur deſtructio Moab, eò quòd procedebat ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, cuius exequutor erat exercitus Chaldæorum, ideò ſubditur:*
c Maledi. qui pro.gl. *ſ. Moabitarum. Cõſequenter reuertitur ad deſcribendum eius diuitias, de quibus ſuperbierat dicens:*
d Fertilis. *ſ. diuitijs.*
e Ab adoleſcentia. *ideſt à tempore quo cępit eſſe populus nominatus.*
f Et requie. *ideſt quietè poſſedit diuitias ſuas, quæ feces dicuntur, eò quòd præſtant fomentum omnibus vitijs.*
g Nec transfu. *loquitur de eo ſecundum metaphoram vini, quod non eſt transfuſum de vno vaſe ad aliud, eò quòd non fuerat tranſlatus de terra ſua ad aliam per captiuitatẽ.*
h Idcirco per.gu. *ideſt ſapor eius.*
i In eo. *per quod deſignatur appetitus eius & inclinatio ad vitia quibus diuitiæ præſtant fomentum. 1. Tim.6.b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum & tentationes diaboli, & in deſideria mala, & nociua. &c.*
k Et odor. *ideſt fama.*
l Non eſt im. *Ab antiquo enim erant diffamati de vitijs carnalibus.*
m Propterea ecce di.ve. *de propinquo.*
n Et mittam ei ordi. *litera Hebraica planior eſt quæ eſt talis: Mittam euacuatores, & euacuabunt eum. Iſti enim fuerunt Aſſyrij, qui euacuauerunt eum diuitijs.*
o Et lagunculas eorum collident. *ideſt homines poſſeſſores diuitiarum, vel loca vbi diuitiæ conſeruabantur, hæc omnia deſtruxerunt Aſſyrij.*
p Et confundetur Moab à Cham. *ideſt propter cultum idoli Chamos.*
q Sicut con.eſt do. Iſrael à Bet. *ideſt propter cultum vituli aurei in Bethel, ſecũdum quod habetur 3. Reg.12.* (D)
r Quomodo dicitis fortes ſum. *Hic ponitur ſecunda ratio deſtructionis Moab, quæ eſt iactantia de fortitudine bellatorum ſuorum, cum dicitur: Quomodo dicitis fortes ſumus, & viri robuſti ad præliandum? q.d. per effectum apparebit cõtrarium, ideò ſub.* (Diuiſio.)
s Vaſta. eſt Moab & ci.il.ſuc. *ſ. aduerſarij.*
t Et electi iuuenes eius. *ſ. Moab.*
u Deſcenderunt. *à ſuperbia ſua.*
x In occi. *à ſuis aduerſarijs.*
y Conſo. *Ironicè loquitur. propter quod ſubditur:*
z Dicite: Quo.con. *ideſt poteſtas Moab.*
a Ba.&c. *i. ſceptrum regni eius ſuperbum.*
b Deſcende. *in confuſionem.*
c Sede in ſi. *ideſt in penuria, quæ ſuperbiſti ex nimia abundantia.*
d Habi.ſi.Di. *nomen eſt ciuitatis famoſæ.*

¶ a In

(Margin: † alas ipſi Moab, qa volans egred.; † hoĩes qui inuabunt eũ migrare; † occurret)

MORALITER.

tales frequenter temporaliter proſperantur, ſequitur;
a *Date flo. Moab.* ideſt licèt ad tempus proſperetur, tamen æternaliter punietur, Iob.21.b. Tenent tympanum & citharam, & gaudẽt ad ſonum organi; ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Exemplum de diuite epulone. Luc.16. Et quoniam tales ad palliandum ſuas malitias, aliquando faciunt aliqua bona opera de genere. ſequitur:
b *Male. qui fa. opus Dei frau.* opus Dei fraudulenter facere eſt opere bono de genere magnam malitiam palliare.
c *Et maledi. qui probi. gla. ſu.* ideſt iuſtitiæ exercitium à peccatorum præciſione, cum poſſit & debeat corrigere.
d *Fertilis fuit.* in temporalibus bonis.
f *Et re.* quia diuitiæ fomentum præſtant omnibus peccatis, & per hanc requiem ſignatur perſeuerantia in peccatis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E huius mundi & hæretici, quos Moab ſignificat, ſi ſtultitiā non correxerint ad fidem catholicā conuerſi, veniet illis ruina, & vaſtatio omnibus vrbibus eorum, ideſt diuerſis ſectis. Quæ.n.lōgè vel propè à veritate diſtant, lucente Euangelio ſubuertentur.
a *Abſciſum.* Sicut contra Babylonem & Philiſthijm vaticinatus eſt, quia oppreſſere populū Iudæorum, ita prædicitur vaſtitas Moabitarū.i.Arabiæ ab Aſſyrijs & Babylonijs: Ab vtriſq;.n.vaſtati ſunt, qñ Sennacherib captiuauit Iſrael, & Nabuchodonoſor ſubuertit Ieruſalem. Cornu Moab. quidquid. ſ. in hoc ſeculo dogmatum peruerſorum eſt, quidquid ad terrenā ſciētiam pertinet, & putatur robuſtū, ſubuertit̄, vt nihil probetur qd̄ fortiſſimum putabatur.
b *Audi.* quia in priori comate errantes ad pœnitētiam prouocabat, & ad Chriſtum conuerti monebat, vt in eius fide perpetuò manerent, nunc incorrigibiles plurimos & obſtinatos agnoſcēs, ex perſona eorum qui de Moab ſaluati ſunt, & experimento ſuo eius ſuperbiā didicerunt, ait, Audiuimus ſuperbiam Moab &c. Et Moab ſuperbiæ arguit, quia plus effertur q̄ poſſit, vel poſcat eius fortitudo. Iſa.16.b
c *Ideo.* Potentiam priſtinæ felicitatis & plagam repētinę ſubuerſionis oſtendit.
d *Moab.* quæ interpretatur fortitudo eorum, & ſignificat fortiſſima hæreticorum dialecticè conſtructa, in quibus videbatur eſſe fortitudo erroris.
e *Plorabo.* Tempeſtatem huius ſeculi. Vr̄.n.ſignificare aliquos de Moab ad dominum conuerti velle. Sabama enim conuerſio aliqua interpretatur.
f *Vinea Sabama &c.* Attolens altitudinē, quia ſuperbiæ turrim ad cęlum conatur erigere.
*a A Segor*

†Iſa.16.b †elationē †& nō ſic: i.furori nō reſpondēt vires neq; facta

## NIC. DE LY.

a In via ſta, & proſpice in hab. Aroer. *loquitur de populo Moab per modum hominis in pauore & anguſtia exiſtentis, qui proſpicit hinc & inde ad videndum, ſi veniat aliquis vnde poſſit aliquid conſolabile audire: frequenter tamen audit contrarium, & ſic fuit in propoſito, ideo ſequitur:*
b Confuſus eſt Moab quo.vi.eſt. *reſponſio eſt interrogati.*
c Vlula & clamate, an.in Arnon. *vt omnes pręparēt ſe ad fugam, eò quòd ciuitates fortes ſunt deſtructæ: & nominantur in litera, & patet.*
d Abſciſum eſt. *Hic ponitur ratio deſtructionis Moab, quæ accipitur ex eius contemptu & infidelitate, cum dicitur: Abſciſum eſt cornu Moab, id eſt ſuperbia eius deiecta.*
e Et brachium eius con.eſt. *ideſt fortitudo eius eſt contrita.*
f In ebrieta. *ſ. calice iræ domini. Iſtud tamen in aliquibus libris ponitur in textu: & hoc fuit per ignorantiam ſcriptorum. qui hanc gloſſam interlinearem textui inſeruerunt, ſicut & in multis alijs locis ſcripturæ.*
g Quoniam contra dominum erectus eſt. *præ ſuperbia eum contemnendo.*

†fluctus tuos æſtiuos †cātationē vindemiæ

tor Moab aſcendet ad te, diſſipabit munitiones tuas.
a ¶Stuporem indicat Aroer propter ſubitum caſum.
In via ſta, & proſpice habitatio Aroer. Interroga fugientem, & ei qui
a ¶Reſponſio fugientis.
euaſit dic, quid accidit? Confuſus eſt Moab, quoniam victus eſt. Vlulate & clamate, annunciate in Arnon: quoniam vaſtata eſt Moab, & iudicium venit ad terram campeſtrem ſuper Helon, & ſuper † Iaſa, & ſuper Mephat, & ſuper Dibon, & ſuper Nabo, & ſuper domum Deblathaim, & ſuper Cariathiarim, & ſuper Bethgamul, & ſuper Bethmaon, & ſuper Carioth, & ſuper Boſra, & ſuper omnes ciuitates terræ Moab, quæ lon
a ¶Quidquid in ſeculo dogmatum peruerſorum eſt.
gè & quæ propè ſunt. Abſciſum eſt cornu Moab, & brachium eius contritum eſt, ait
¶Calice iræ Dei.
dominus. Inebriate eum, quoniam contra
a ¶Ideſt in pœna ſua alios punire ceſſabit.
dominum erectus eſt. Et †allidet manum Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum etiā
a ¶Qui alios deriſit, ſic ſtulta ſapientia mundi irridens Chriſtianam ſimplicitatem, in fine erroris ſui ſtultitiam agnoſcet.
ipſe. Fuit enim in deriſum tibi Iſrael, quaſi inter fures reperiſſes eum. Propter verba ergo tua quę aduerſum illum loquutus es, †ca
a ¶Sicut filia Babylonis. b ¶Conſilium prophetæ. ¶O Sapientes ſeculi. c ¶Habitacula errorum. d ¶Tunc.
ptiuus duceris. Relinquite ciuitates, et habitate in petra habitatores Moab, & eſtote
a ¶Chriſto, ſecundum illud: Columba mea in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ.
a ¶Bene operans. ſ. æternam habitaculum præparans. b ¶Ideſt in perfecta confeſſione paſſionis & reſurrectionis Chriſti.
quaſi columba nidificans in †ſummo ore foraminis.
a ¶Idem pene Iſaias ait.
† Audiuimus ſuperbiam Moab.
a ¶Hæretici, ſuperbi ſunt & ſimplicitatem eccleſiæ deſpiciunt.
Superbus eſt valde. † Sublimitatem eius & arrogantiam & ſuperbiam & altitudinem
a ¶Quem nihil latet.
cordis illius egò ſcio, ait dominus. † Iactantiam eius,
a ¶Sed vltra.
† eò quòd non ſit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata ſit facere.
a ¶Dolens miſeriam eius & triſtitiam & ſtultitiam. b ¶Prouinciam vel metropolim. ¶Hæreticorum ſynagogam.
Ideo ſuper Moab eiulabo, & ad Moab
a ¶Munitionis ſophiſticæ. b ¶Fragilis & ſolubilis.
vniuerſam clamabo, ad viros † muri fictilis
a ¶Quæ ſe extollit contra ſcientiam Dei.
lamentantes. De planctu Iazer plorabo tibi
a ¶Aliqui volentes conuerti.
vinea Sabama. Propagines tuæ tranſierunt mare, vſque ad mare Iazer peruenerunt.
a ¶Ne fiat tibi panis, qui conuertitur in fel aſpidum. b ¶Ne fiat inde vinum, quod eſt fel draconum.
Super †meſſem tuam & vindemiam
a ¶Vt conculcet & deſtruat, ne inde comedentes & bibentes moriantur. ¶Euangelicus. b ¶Conuerſis hæreticis. ¶Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
tuam prędo irruit. Ablata eſt lætitia, & exul
a ¶Scientia falſi nominis. b ¶Ideſt de his qui ſe ſcientiam circunciſionis habere iactant. c ¶Draconum.
tatio de Carmelo, & de terra Moab, & uinum de torcularibus ſuſtuli. Nequaquam
a ¶Quia æterno ſilentio opprimentur.
calcator vuæ † ſolitum celeuma canta
a ¶Cogitatio.
bit. De clamore Eſebon vſque Eleale, &

h Et allidet. *ſ. dominus.*
i Manum Moab. *ideſt poteſtatem eius.*
k In vomitu. *In hoc proſequitur metaphoram hominis inebriati, qui reijcit ea, quæ habet interius: ſic ex Dei iuſtitia Moab fuit diuitijs & virtute vacuatus.*
l Et erit in deriſum. *Cuius cauſa ſubditur: Fuit in deriſum tibi, quando captiuatus fuit à rege Salmanaſar, ſecundum illud Iſa.33.a. Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris?*
m Propter verba. *contemptibilia contra Iſrael.*
n Captiuus duce. *ſicut & ipſe. ideò ſubditur.*
o Relinquite ciui. *quod exponens Rab.Sal. dicit quòd in ripis fluuiorum ex cauatione aquæ fiunt foramina, & quando fluuij multum decreſcunt, ſunt ſatis alta ab aqua, & ibi nidificant columbæ, ſed quando creſcit fluuius, intrat aqua, & aufert nidum ſecum: ſic populus Moab per inundantiam exercitus Aſſyriorum de terra ſua fuit translatus. Alij autem exponunt aliter, cum dicitur:*
p Habitate in petra. *ideſt in rupibus altis.*
q Habitatores. *qui ſolebatis habitare in ciuitatibus delicatis.*
r Et eſtote. *ideſt in altiori loco rupis, vbi homines armati non poſſunt aſcendere, & vos ſequi. q.d. non poteſtis aliter euadere. propter quod reuertitur ſcriptura ad increpandum ſuperbiam Moab, cum dicitur: Audiuimus ſuperbiam Moab.*
s Sublimitatem eius. *in ſtatu.*
t Et arrogantiam. *in affatu.*
u Et ſuper. *in effectu.*
x Et al. cordis. *in cogitatu.*
y Iactantiam eius. *eò quòd non ſit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata ſit facere. In Hebræo habetur: Ira eius iniuſta, & fortitudo eius non ſic fecit. quod ſic exponit Ra.Sa. Ira eius, ideſt odium contra populum Iſrael iniuſta, quia magis debuit populum Iſrael diligere tanquam gratus de beneficijs quæ fecit Abraham erga Loth patrem ipſius Moab, quem captum ab hoſtibus eripuit, Gene.14. & de ſubuerſione Sodomæ ſuis precibus liberauit. Gen.19.*
z Ideo ſuper Moab. *Hic ponitur conſequenter compaſſio Ieremiæ, qui Moabitis compatiebatur, eò quòd videbat in ſpiritu Chriſtum deſcenſurum de Ruth Moabitide, de qua genuit Booz Obeth, Et Obeth Ieſſe patrem Dauid, ſicut dictum fuit plenius Iſa.15. & hoc eſt quod dicitur: Ideo ſuper. Ideſt flebiliter clamabo.*
a Ad vir. *ideſt ad Moabitas habitantes ciuitates ædificatas & clauſas de lateribus coctis.*
b De plan.Ia. *nomen eſt loci vbi vinearum abundantia.*
c Propagines tuæ. *ideſt viri tui fortes, quos ſic vocat ex vineis ibi abundantibus.*
d Tranſierunt mare. *in captiuitatem ducti.*
e Et exultatio de Carme. *nomen eſt loci in Moab, alius à Carmelo qui eſt in Iudæa.*
f Nequaquam calcator vuæ ſolitum celeuma. *Eſt autem celeuma canticum vindemiatorum, quando abundant in vino. Et per hoc intelligitur deſtructio vinearum, & captiuatio hominum.*
g De cla.Eſe. *Nomen eſt ciuitatis populoſæ: propter quod clamor populi in eius deſtructione longè fuit diffuſus.*



a A Segor



A a *A Segor.* Vrbs quæ mortuo mari imminet, vbi terminus Moabitarū. Indicat ergo, quia vſq; ad extremos fines prouinciæ vlulatus perſonabit. De quo Iſaias: Vectes eius vſq; Segor. Vitulam conternantem, id eſt perfectę ætatis. Sicut enim in hominibus triceſimus annus, ita in pecudibus & iumentis annus tertius robuſtiſſimus eſt.
b *Aquæ.* Iſaias. Aquæ.n. Nemrim deſertæ erunt &c. Et quæ hic minus dicuntur, in Iſaia plenè exponuntur. Eſt enim Nemrim oppidū ſuper mare mortuum.
c *Et aufe.* Intereunte ſecta humanæ ſapiētiæ, ceſſauit pompa & clamor verborum, vt philoſophi nec hæretici de eccleſia egreſſi aliquid inueniant in doctrina ſua, quod humanæ vitæ vtile ſit.
d *Omne cap.cal.* Apud antiquos barbæ capitiſq; raſura luctus indicium fuit, per hęc ergo magnitudo mœroris oſtenditur. Q. non erunt priuatę lachrymæ, publica lamēta reſonabūt, nec matronæ nec virgines nec ætas puerilis nec ſenilis erit immunis: pudorem & imbecillitatem extrema captiuitas neſcit. Hinc Iſa. In cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba radetur.
e *Quia.* Ois doctrina philoſophorū & hæreticorum, quia fragilis eſt & inutilis, à veritate cōterit̄ & diſſipat̄.
f *Et erit.* Bene cor Moab cordi mulieris parturientis comparat, quia de magna luxuria ad magnam peruenitur triſtitiam.
g *In vm.* Quia in eius munitione ſperabant ſibi ſolatium, ſed fruſtra: quia ignis vindictę verticem tumultus filiorum Moab iuſto iudice retribuente oppreſſit.
h *Væ ti.* Quia nec munitio vrbium, nec virtus idolorum valuit te defendere, ſic erit perpetuum væ his qui confidunt in ſapientia humana, & ſeruiunt erroribus diuerſis.
i *Et con.* Videtur tempus gratiæ ſignificare, in quo quicumq; inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.

## GLOS. ORDIN. CAP. XLIX.

A D *filios.* poſt Moab ad filios Ammon verba vertuntur, & increpantur, quia auſi ſunt terram Iſrael inuadere, vnde & eis vltio digna prænunciatur, & Iſrael poſſeſſores ſuos prædicitur poſſeſſurus.
*a Filiæ*

## NIC. DE LY.

a A Segor. *qui locus eſt in profundo Moab.*
b Vitulam. *hoc dicitur eò quòd Segor fuit ſubuerſa cum Sodoma. Sciendum tamen, quòd Segor non erat in terra Moab, ſed in extremitate Iudææ verſus terram Moab.*
c Aquæ. *propter multitudinem ſanguinis humani ibi currentis.*
d Et au. *ibi enim idola colebantur.*
e Propterea. *per compaſſionem.*
f Quaſi ti. *altè clamando: Et reſumit hic propheta modum ſuæ compaſſionis, ſicut ſolet fieri in carminibus lugubribus, vbi principium in proſequendo reſumitur.*
g Quia plus. *ideſt attentauit aliqua mala quæ perficere non potuit: quia tamen ſibi eſt imputandum, acſi feciſſet, ideo ſubditur,*
h Idcirco perie. *Moabitæ.*



† Iaſa dederunt vocem ſuam, à Segor vſq; ad Oronaim vitulā †cōternantē,
a ¶Amaræ, ſalſæ: ideo ſteriles.
aquæ quoq; Nemrim † peſſimæ erūt.
a ¶Quia cum defecit regnum, ceſſauit vſus ſacrificiorum.
Et auferam de Moab, ait dominus offerentē in excelſis, & ſacrificantē dijs
a ¶Affectus.
eius. Propterea cor meū ad Moab quaſi
a ¶Lugubre carmen cantans. b ¶Affectus.
tibia æris reſonabit, & cor meū ad
a ¶Aſſumptionis fragilis. b ¶Lugubrem. ſ.
viros † muri fictilis dabit ſonitum ti
a ¶Superbiendo.
biarū: quia †plus fecit quàm potuit, idcirco perierūt. †Omne enim caput caluitiū, & omnis barba raſa erit. In cunctis manibus †colligatio, & ſup †omne dorſum ciliciū. Et ſuper omnia tecta Moab, & in plateis eius oīs planctus: quoniā contriui Moab ſicut vas
a ¶Regio Moab.
†inutile, ait dñs. Quomodo victa eſt,
a ¶Habitatores eius. a ¶Superbiæ.
& vlulauerūt? Quomodo deiecit ceruicē Moab, & cōfuſus eſt? Eritq; Mo
a ¶Delectæ ſuperbiæ, ſic humana ſapientia quanto contra Deum ſe erigit, tanto veritate ſuperante coram omnibus erubeſcit.
ab in deriſum, & in † exēplū oībus in circuitu ſuo. Hęc dicit dñs: Ecce quaſi
a ¶Nabuchodonoſor rapax. ſ. & velox. b ¶Tranſiens. ſ. ad Moab.
aquila volabit, & extēdit alas ſuas ad
a ¶Ciuitas famoſa.
Moab. Capta eſt Carioth, & munitiones cōprehenſę ſunt. Et erit cor fortiū Moab ī die illa, ſicut cor mulieris parturientis. Et ceſſabit Moab eſſe populus, quoniā cōtra dñm †gloriatus eſt.
a ¶Mentis b ¶Deceptionis. c ¶Captiuitatis.
†Pauor & fouea et laqueus ſup te ò habitator Moab, ait dñs. Qui fugerit à
a ¶Obſidionis.
facie pauoris, cadet in foueā, & qui cō
a ¶Tentans euadere. ¶Captiuitatis.
ſcenderit de fouea, capietur laqueo.
¶Iuſtæ retributionis.
Adducā enim ſuper Moab annū viſitationis eorū, ait dñs. In vmbra Eſe
a ¶De iniquitate eorum ſ.
bon ſteterūt †de laqueo fugiētes, quia ignis egreſſus eſt de Eſebon, & flāma de medio Seō, & deuorauit partē Moab, & verticē filiorū tumultus. Vę tibi Moab: periſti popule Chamos, quia
a ¶Diſcipuli. ſ. cum magiſtris traduntur æternæ captiuitati.
cōprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatē. Et cōuertā captiuitatem Moab in nouiſſimis diebus, ait dominus. Hucuſque iudicia Moab.

## CAP. XLIX.

A D filios Ammō, hęc dicit dñs: Nunquid non filij ſui Iſrael, aut hæres non eſt ei? Cur
a ¶Idolum eſt Ammonitarum, & interpretatur rex meus.
igitur hæreditate poſſedit † Melchō,

i Omne. *Illi enim qui antiquitus ducebantur captiui, radebantur quantum ad capillos & barbam, ſecūdum quod dicitur Deu.21.b. de captiuitate nudati inimicorum capitis.*
k In cunctis ma.co. *Capti enim in bello ducuntur colligati & cilicio ſeu ſacco induti, ſubtractis eis veſtibus precioſis, cætera patent in litera.*
l Hæc di. *Hic conſequenter ponitur deſtructio Moabitarum per regem Babylonis, quæ fuit magno tempore poſt prædictam, ideo dicitur:*
m Ecce quaſi. *quia exercitus Babylonis velociter & ſine impedimēto contra Moab venit.*
n Et extendit alas. *ideſt acies, quæ ordinatæ vocantur alæ.*
o Et erit cor. *i. valde tumidum & anxiū.*
p Et ceſ.Moab. *q.d. ita pauci remanebūt, quòd dici populus non poterunt.*
q Quoniam contra do. *ex ſuperbia enim procedit blaſphemia.*
r Pauor & fo. *i. tot pericula, & ex diuerſis partibus occurrent Moabitis, quòd ſi euadent aliqua capientur in alijs.*
s Adducam enim ſu.Moab &c. *ideſt punitionis peccatorum ſuorum.*
t In vmbra Eſe.ſte. *Eſebon enim erat ciuitas fortis: propter quod multi ne caperētur à Chaldæis confugerunt ad eam, vt ibi quaſi in vmbra protegerētur: propter quod Nabuchodonoſor iratus illam ſuccendit, & ſimiliter Seon, ad quam ſimiliter aliqui fugerant propter eius fortitudinem.*
u Et deuorabit par.Moab. *ideſt magnā partem populi refugientis, ibi:*
x Et ver. *i. ciuitatem regni capitaneam.*
y Filiorum tu. *ſic nominabatur, eo quod erat ibi populus multus.*
z Periſti po.Cha. *ſic nominatur ab idolo quod colebat.*
a Et con. *hoc additur in fine ad oſtendendum, quòd populus Moab repararetur futuris temporibus. Et ſubditur concluſio huius cap.*
b Hucuſq;. *ideſt illa quæ futura ſunt ſuper eum ex ordinatione diuinæ iuſtitiæ.*

† renū. † n deſolationes † Am.2.c † omnes lūbos ſaccus † formidinem † magnificauit os ſuum

## NICOL. DE LY. CAP. XLIX.

A D filios Am. *Hic in quarto loco ponitur prophetia contra Ammonitas & alias quatuor Gentes: Et ideò diuiditur iſtud cap. in quinq; partes, quæ patebunt proſequendo. In prima autem parte ponitur prophetia contra Ammonitas, qui debuerunt diligere & iuuare populum Iſrael propter beneficia quæ fecit Abraham Loth patri eorum, vt dictum eſt cap. præcedenti. & ipſi magis nocuerunt eis, non ſolum gaudendo de eorum infortunijs, ſed etiam terram eorum in parte occupando. propter quod dicitur hic:* Diuiſio.
c Ad filios Am. *& eſt verbum domini ad aduerſarios eorum diuinam iuſtitiam exequentes.*
d Nun.non fi.ſunt.Iſ.aut hæres. *q.d. imò. ideo ſubditur:*
e Cur igitur. *ideſt rex eorum. ſ. Ammonitarum, Melchom enim interpretatur rex eorum: & aliquādo accipitur pro idolo Ammonitarum, aliquando pro rege ipſorum.*
*a Gad*

## MORALITER.

c *Ad filios.* Secundum ſenſum literalem iſti habitabant iuxta poſſeſſionē filiorum Iſrael, & in parte abſtulerunt eam ſibi, propter quod meruerūt de terra ſua captiuari. per illos igitur ſignificantur cupidi, qui fraudibus & violentijs auferunt aliorum hæreditates: propter quod merentur hęreditate cęleſti priuari: per hoc autem quod ſubditur in fine. †rex eorū



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Filiæ Rabbath.* Metropolis Moabitarum, quæ nunc Ariopolis dicitur, compoſito nomine ex Hebræo & Græco, non ꝙ aries, ideſt Martis ciuitas vocetur.
E

b *Et poſt hæc.* Quia poſt conuerſionem hæreticorum ad fidẽ rectam, captiuitas peccati diſſoluetur, & recipiẽtur in communionem eccleſiæ, vnde exierant.

Gen.19.g c *Et ca.* Poſſumus per filios Ammõ, qui de Loth in ſpelunca & in ebrietate & in inceſtu generati ſunt, hæreticos accipere, ſecũdum illud. Ex nobis exierũt, ſed ex nobis nõ erãt. 1.Ioh.2.e

Tropol. d *Ad Idu. Trop.* Idumæa terrena & carnea delectatio, quæ cõſurgit aduerſus ſpiritum, vt non faciamus ea q̃ ſunt ſpiritus, & animam in meditulio poſitam ad ſe trahere feſtinat: rebellans contra filios Iuda, quibus prius erat ſubdita: & recordatur doloris antiqui contra eos qui à carne recedentes, ſpiritum ſequũtur. Ideò dñs extendit manum ſuã ſuper Idumæam, vt redigat eam in ſolitudinem: & Themã q̃ interpretatur deficiens, & Dedan i. cognationem, vt ſeruiant domui Iudæ. Vnde: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Diligit dñs Iacob, quia carneum & terrenum ſupplantat: & benedictionẽ illius accipit. Primum n. ſecundum carnem viuimus, poſtea ſecundum ſpiritum. Priora n. ſunt vitia, deinde virtutes quibus vitia obruuntur: Appoſitum eſt n. cor hominis ad malitiam à pueritia: errores verò adoleſcentiæ ętas matura cõdamnat. vnde: Delicta iuuentutis meæ & igno. me. ne mem. Sciendum tñ, ꝙ Iacob accepit benedictionẽ primam, Eſau ſecundam, & ad extremum dr̃ ei: Seruus eris fratris tui. Cum n. ſpiritui caro ſubiecta fuerit, Idumæa trãſibit in Iudæã, & caro ſeruiet rõni.

† Ar
†Rex eorũ
Rom.9.c
Pſal.24.b
Gen.27.f
F

e *Si fu.* Hæretici qui furantur ſufficiẽtiam ſibi, & quotidie aliquos de eccleſia rapiunt, ingredientes vineã dñi, quam de Aegypto trãſtulit, cupiunt vniuerſa populari, vt vix racemum in ea relinquãt. Sed dominus econtra omnia ſecreta eorum, & patriarcharum Eſau (qui primi. ſ. hæreſes inuenerunt) viros eccleſiaſticos & doctores profert in mediũ. Et prima illius victoria eſt patefacere quę tegebantur. Tropologicè. Contra Iudæos factus eſt ſermo, qui Chriſtianis inuident, & perſequuntur Iacob fratrem ſuum, qui illis primogenita patris rapuit vel præripuit. Vel cõtra hæreſes & contraria dogmata, quæ videntur eſſe nobis vicina: ſed de paterna hæreditate ſimplicem Iacob & habitatorẽ domus nituntur expellere. Idumæa enim terrena interpretatur. & propter rubrum colorem cruenta intelligi poteſt. vnde: Qui eſt iſte qui venit de Edõ, tinctis veſtibus de Boſra? Sũt q̃ Idumæam

Pſal.79.b
Tropol.
† venerint ſup te, non relinquẽt
Iſa.63.a

Gad, & populus eius in vrbibus eius habitauit? Ideo ecce dies veniunt in te, dicit dominus, & auditum faciam
a ¶Metropolis, quæ poſtea a Ptolemæo Philadelpho qui Arabiam cum Iudæa ennit, Philadelphia vocata eſt.
ſuper Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij. Et erit in tumulũ diſſipata, filiæq; eius igni ſuccendentur: & poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos, dicit dominus. Vlula Eſebon, quoniam vaſtata eſt † Hai. Clamate † filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs, plangite & circuite per ſepes, quo-
a ¶In quo confidebatis.
niam † Melchom in tranſmigrationem ducetur,
a ¶Sicut populus ſic ſacerdotes.
ſacerdotes eius & principes eius ſimul. Quid gloriaris in
a ¶Abundantia frugum, in qua Ammonitæ confidebant. b ¶Abundantia ſuperbiæ & plebis acquiſitæ.
vallibus? Defluxit vallis tua filia † de-
¶Scientiæ.
licata, quæ confidebas in theſauris
a ¶Correctot vel victor.
tuis, & dicebas: Quis veniet ad me?
a ¶Eccleſiaſticorum virorum.
Ecce ego inducam ſuper te terrorem, ait dominus Deus exercituũ, ab om-
a ¶Catholica eccleſia per totum orbem dilatata.
nibus qui ſunt in circuitu tuo, & diſpergemini ſinguli à cõſpectu veſtro, nec erit qui congreget † fugientes. Et poſt hæc reuerti faciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait dominus. Ad Idumæam: Hæc dicit
a ¶Prædicitur Idumææ, quod vltra non ſit ſapientia in Theman.
dominus exercituum. Nunquid non eſt vltrà ſapientia in Theman? Perijt conſilium à filijs, † inutilis facta eſt ſapientia eorum. Fugite & terga vertite, deſcendite in voraginem ha-
a ¶Vrbs eſt Idumææ, & interpretatur cognatio.
bitatores Dedan, quoniam perditionem Eſau adduxi ſuper eum, tempus
a ¶Vaſtatores, qui palam & omnino vaſtant.
viſitationis eius. Si vindemiatores eius † veniſſent † ſuper te, non reliquiſ-
a ¶Qui nocte fodiunt domos.
ſent racemũ: ſi fures in nocte, rapuiſ-
a ¶Aliquid reliquiſſent vel ſatiati vel ignorantes.
ſent, quod ſufficeret ſibi. Ego verò
a ¶Per Babylonios. b ¶Omnia ſcilicet ſecreta cauerna & foramina ſpeluncarum: quia illa regio in ſpeluncis habitatur propter nimium calorem.
diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non poterit. Vaſtatum eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit. Re-
¶Tibi derelictus eſt pauper, orphano &c.
linque pupillos tuos, & ego eos

## NIC. DE LY.

¶ a Gad & populus eius. *ideſt hæreditatem Gad. Accepit enim tribus Gad hæreditatem vltra Iordanem prope Ammonitas. propter quod Ammonitæ illam occupauerunt violenter & iniuſtè, ideò ſequitur pæna cum dicitur,*

b Ideò ecce. *in breui.*

c Et auditum fa. ſu. Rab. *ciuitas erat metropolis in regno Ammon.*

d Fremitum. *quem ſuſtinere non poterit, ideo ſequitur:*

e Et erit in tumu. *ſic enim eſt in Hebræo. Aliqui libri habent tumultum, & malè.*

f Filiæq; eius. *ideſt ciuitates & villæ ſub ea exiſtentes.*

g Igni ſuccen. *Hoc fuit impletum tempore Machabæorum, qui aliquos de Ammonitis ſibi ſubiecerunt,*

h Vlula Eſebon quoniam va. *nomen eſt cuiuſdam fortalitij propinqui ciuitati Eſebon: ideo ex deſtructione eius imminebat deſtructio Eſebon.*

i Circuite. *tanquam vagabundæ & fugitiuæ.*

k Quoniam Melchom. *erat enim idolũ de materia precioſa: propter quod fuit aſportatum ab aduerſarijs.*

l Quid gloriaris. *In terra enim illa erant valles fertiles in bonis de quibus gloriabantur: ſed hoc excluditur cum ſubditur:*

m Defluxit val. *ideſt à bonis ſuis eſt euacuata.*

n Filia delicata. *ideſt Gens Ammonitarum delicijs carnalibus intenta.*

o Quæ confi. in the. *tam de diuitijs naturalibus, ſicut ſunt congregatio bladi & vini & olei, quàm de artificialibus, ſicut ſunt congregatio pecuniæ, auri & argenti.*

p Et dicebas. *præ ſuperbia.*

q Quis ve. *ideſt nullus audebit me inuadere, ſed contrarium inducitur cum dicitur: Ecce ego inducam ſuper te terrorem &c.*

r Diſpergimini, *quòd nullus videat alium de cætero.*

s Et poſt hæc reuerti. *hoc dicitur ad aliquam Ammonitarum conſolationem, reſpectu tamen futuri temporis.*

t Ad Idumæam. *Hæc eſt ſecunda pars in qua ponitur prophetia contra Idumæos, qui debuerũt filios Iſrael diligere, eò quòd deſcenderunt ab Eſau Iſraelis fratre: & ipſi econtrario oderunt eos: propter quod dominus eos infatuauit, vt neſcirent inuenire conſilium contra imminens periculũ: & hoc eſt quod dicitur,*

u Nunquid non eſt vltra ſapientia. *quaſi dicat non: & tamen in illa ciuitate vigebat ſtudium ſapientiæ: Et quia deficiente conſilio contra periculum non reſtat niſi fuga, ideò ſubditur,*

x Fugite &c. Deſcen. in vo. *ideſt in abyſſum malorum. vel ad literam.*

y In vor. *ideſt in loca ſubterranea vos abſcondendo.*

z Si vindemiatores eius &c. *quaſi dicat ſi vindemiatores, vel fures introiſſent ad te, aliquid tibi reliquiſſent: ſed hoſtes tui ita ſcrutabuntur omnia occulta tua, quòd nihil remanebit ibi, nec etiã homines: ideò ſubditur: Vaſtatum eſt ſemen eius.*

a Relinque pupillos. *Quando enim viri occiduntur ſeu in captiuitatem ducuntur, & paruuli & mulieres relinquuntur ſecundum modum bellandi rationabilem: vnde in hiſtoria ſancti Syluestri dicitur, quòd hoc erat ſtatutum in bellis Romanorum, vt quicunque aliquem occidiſſet infantem capitali ſententia puniretur. per hoc ergo quod dicitur. Relinque. datur intelligi, quòd omnes viri ſunt occidendi vel captiuandi, ita quòd ſolum remaneant mulieres & paruuli.*

b Et ego eos faciam viuere. *proprium eſt enim ipſius Dei innocentibus in neceſſitatis tempore prouidere & ſubditur ratio talis punitionis, cum dicitur:*

¶ a Ecce

## MORALITER.

✱ s *Poſt hæc re.* ſignificatur quòd illi qui veraciter pęnitent à talibus maleficijs, reducũtur ad poſſeſſionem cęleſtis hæreditatis.

t *Ad Idu.* quæ interpretatur ſanguinea. propter quod per Idumæos ſignantur homicidæ, qui ſanguinem innocentum fundere delectantur. & raptores, qui ſudoribus eorum & ſanguine paſcuntur, propter quod ſicut Idumæi promeruerunt partim occidi & partim captiuari, ſic iſti merentur in inferno puniri, ideò ſequitur poſtea.

y *Deſcendite in voragi.* quaſi dicat raptores huius mundi aliqua relinquunt illis quos ſpoliant, ſed dæmones in peccatis obſtinatos omnibus bonis priuant.

✱ c *Ad*



Idumæam ad carnẽ referant, & aduerſus eam extimant animam prouocari: vt mortificantes mẽbra noſtra, fornicationẽ. ſ. immũditiam & huiuſmodi, æternã in Chriſto victoriam cõſequamur.
A

a *Audi.* Hæc ſententia in Abdia penè eiſdem verbis continetur, & multa huius capituli.

b *Ecce enim.* Q. Edom qui minor es inter oẽs in circuitu nationes, & ad comparationẽ cæterarum Gentium paruulus merito & numero: ſed vltra vires erigeris ſuperbia. Cumq; habitas in ſpeluncis & in cauernis petrarum humilis & pauper, quaſi aquila extolleris: & intantum cogitatione intumeſcis, vt inter ſydera habitare te credas: ſed ſi vltra naturam poſſes cęli altitudinẽ penetrare, inde te detraherẽ, & ad terrã reducerem cęterarum Gentiũ.

c *Paruulum.* O hæretice, licèt magnus tibi videaris, & contemnas paruitatem eccleſiæ, paruus tamen es & contemptibilis.

d *Cum exal.* Quia hæretici altitudinem & ſimilitudinem aquilarum pollicentur ſibi, quę ad cadauer dominicum congregantur, hæc quoq; contra carnem dicuntur. q. imminutæ ſunt vires eius in aduentu Chriſti, & contẽptibilis facta eſt animæ ſubiecta imperio, & fruſtra erigitur, cum habitet in cauernis petræ vel ſenſibus vel cogitationibus, & vult dominari animæ exaltans ſoliũ ſuũ, nec opera ſua poſſe credit ſuperari. Cui dicitur ꝙ quamuis ſe erigat & aquilæ imitetur excelſa, multoſq; ſanctorum decipiat, à domino tamen ſuperetur. Quod autem contra hæreticos & carnem dictum eſt, contra Iudæos quoq; intelligi poteſt.
B

e *Ecce.* Sicut dominus caſtigauit ſuperbiam Iudæorum, quos per Iordanem ſignificat: Ita Idumæorum perfidiam & inuidiam, quã contra fratres ſuos exercuerant, per miniſtros iræ ſuæ plene caſtigabit, nulluſq; conſilio & voluntati eius reſiſtet: hæretici quoq; & hoſtes eccleſiæ tormenta ſibi condigna non euadent, ſed leo ſęuiſſimus in tartarum eos perpetuò cruciandos detrudet.

f *A vo. rui. &c.* Veniente vaſtatore ſtrepitus ruinæ eorum longè lateq; reſonabit, terrorem incutiens vicinis prouincijs.

☞ a *Confuſa*

a ¶Viduam eius benedicens benedicam.
faciam viuere, & viduæ tuæ in me ſpera-
a ¶Q. Vix iuſtus ſaluabitur, impij & peccatores vbi apparebunt?
bunt: quia hæc dicit dominus: Ecce quibus non erat iudiciũ, vt biberent calicẽ, bibentes bibent, & tu † quaſi innocens relinqueris? Non eris innocens, ſed bibens bibes: Quia per memetipſum iuraui, dicit dominus, quòd in ſolitudinem & in opprobrium & in deſertum & maledictio-
a ¶Ciuitas in Moab, quæ interpretatur firma vel robuſta vel munita.
nem erit Boſrã, & omnes ciuitates eius
a ¶Spiritualiter.
erunt in ſolitudines ſempiternas. † Audi-
a ¶Aure ſpirituali. b ¶Chriſtus. ¶Deſideratus cunctis Gentibus. ipſe eſt enim angelus magni conſilij.
tum audiui à domino, & legatus ad Gen-
a ¶Mecum. ¶Exhortatio legati.
tes miſſus † ſum. Congregamini, & veni-
a ¶Idumæam. b ¶Et ego ero dux & primus in acie.
te contra eam, & conſurgamus in præ-
a ¶Comparatione cæterarum Gentium.
lium. Ecce enim † paruulũ dedi te in Gen-
a ¶Rationales, ſapientes.
tibus, contemptibilem inter homines.
a ¶Omnis hæreticus arrogans. b ¶Quia ſuperbia facit hæreticum non ignorantia.
† Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia
a ¶In ſciſſuris ſchiſmatis & hæreſis, quæ ſcinduntur a petra Chriſti & ab vnitate fidei.
cordis tui, qui habitas in † cauernis pe-
a ¶Cogitatione intumeſcens.
træ, & apprehendere niteris altitudinem
a ¶Ideſt ſi exaltare poſſis vltra naturam. b ¶Quæ cunctis auibus altius volat.
collis. † Cum exaltaueris quaſi aquila ni-
a ¶Promittens tibi regnum cælorum.
dum tuum, inde detraham te, dicit domi-
a ¶Synagoga hæreticorum vel Iudæorum.
nus. Et erit Idumæa deſerta. † Omnis
a ¶Intuendo. ſ. b ¶Magnitudine tormentorum.
qui trãſibit per eam, ſtupebit, & ſibila-
a ¶Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis & ſulphur.
bit ſuper omnes plagas eius: ſicut ſubuerſa eſt Sodoma, & Gomorra & vicinæ eius ait dominus: Non habitabit ibi
a ¶Viriliter agens. b ¶Rationalis, ſapientis.
uir, & non incolet eam filius hominis.
a ¶Diabolus.
Ecce quaſi leo aſcendet † de ſuperbia Ior-
a ¶Iudæorum. b ¶Contra Idumæam. ſ. quæ pulchra ſibi & robuſta videtur.
danis ad † pulchritudinem robuſtam, quia ſubitò currere faciam eum ad illam. Et quis erit electus, quem præponam ei?
a ¶Q. Quis reſiſtet voci meæ.
Quis enim ſimilis mei, & quis † ſuſtinebit me? Et quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Propterea audite conſilium domini, quod inijt de Edom: & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatori-
a ¶Recta fide & vero dogmate.
bus Theman. Si non deiecerint eos par-
a ¶Humiles. b ¶Eccleſiaſtici. c ¶Apoſiopeſis.
uuli gregis, niſi diſſipauerint cum eis ha-
a ¶Praua dogmata.
bitaculũ eorũ. A voce ruinę eorũ commota eſt terra, clamor in mari rubro auditus eſt vocis eius. Ecce quaſi aquila † aſcen-
a ¶Ad rapiendum.
det, & euolabit & expãdet alas ſuas ſuper
a ¶Factus. ſ. hæreticorum conteretur.
Boſrã. Et erit cor fortiũ Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis. Ad Da-

† Abd.1.a
† turribus ædificatis ſup petrã
† ſup.18.c. & 29.c. & inf.50.c.
† à tumore faciet me; vel conſtituet mihi tempus.
† deſcẽdat

## NIC. DE LY.

¶ a Ecce qui. *ideſt non meruerant mortis ſeu captiuitatis pęnam, ſicut Ieremias innocens fuit incarceratus, & Baruch cum ipſo ad mortem quæſitus, vt dictum eſt ſupra cap.36.*

b Et tu quaſi. *cum tamen multa iniqua feceris. Cætera patent vſq; ibi:*

c Et maledictionem. *ideſt in exemplum maledictionis, vt cum aliquis maledicet alicui ciuitati, dicet: Sic fiat de ea ſicut de Boſra. Dicit autem hic Ra. Sa. quòd Boſra eſt ciuitas in Moab, ſed ponitur hic in punitione Idumæa, quia de ea fuit natus vnus rex Edom, ſecundum quod dicitur Gen.36.d. Et regnauit pro eo Iobab de Boſra. poteſt tamen dici quòd eſt alia ciuitas Idumææ eiuſdem tamen nominis, in diuerſis enim terris bene ſunt ciuitates eiuſdem nominis.*

d Auditum audi. *verbum eſt Ieremiæ.*
C

e Et legatus. *denunciando ex parte Dei, vt veniant ad deſtructionem Idumææ, ideò ſubditur:*

f Ecce enim paruulum. *qui ſolebas eſſe maximus.*

g Contemptibilem. *qui eras honoratus. Cuius cauſa ſubditur:*

h Arrogantia tua dece. *quia excæcat intellectum.*

i Qui habitas in cauernis petræ. *ideſt in locis inacceſſibilibus & inexpugnabilibus.*

k Et apprehendere niteris al. *Ideſt indebiti tibi honoris: ſed magis deijcieris, ideo ſubditur: Cum exalta. &c. & patet litera vſq; ibi.*

l Ecce quaſi leo. *ideſt rex Babylonis, qui deſignatur nomine leonis, eò quòd habebat ſignum leonis in vexillo, vt dictum eſt ſupra 4.cap.*

m De ſuperbia Iordanis. *ideſt ad ſimilitudinem Iordanis intumeſcentis, qui tunc operit terram iuxta poſitam: & per hoc deſignatur quòd rex Babylonis venturus ſit cum tanta multitudine & poteſtate, quòd abſorbeat Idumæã, quod notatur cum dicitur:*

n Ad pulchritudinem. *eò quòd ibi erant ciuitates pulchræ & fortes.*

o Et quis erit electus? *ideſt princeps in Idumæa.*

p Quem præponam ei. *vt ei reſiſtat, & præualeat. q. d. nullus, eò quòd iſte eſt exequutor meæ iuſtitiæ, & præcedens mea virtute, ideo ſubditur,*

q Quis enim ſi. *quaſi diceret, nullus.*

r Et quis eſt iſte paſtor? *ideſt Idumææ rector.*

s Qui reſiſtat vultui meo. *quaſi dicat nullus, ideò ſequitur:*

t Si non deiecerint. *ſ. Idumæos.*
D

u Paruuli gregis. *ideſt minimi de exercitu meæ virtute procedentes.*

x Niſi diſſipauerint cum eis. *ideſt ciuitates & fortalitia Idumæorum. quaſi dicat, niſi fiat ita non credatur mihi, qui tamen ſum veritas ipſa.*

y A voce ruinæ eorum com. eſt terra. *quia rumor huius ſtatim fuit diffuſus ad habitantes in terra, & nauigantes in mari.*

z Ecce quaſi aqui. aſcen. & euola. *id eſt rex Babylonis fortiter & celeriter veniet contra Idumæam.*

a Et expandet alas. *ideſt acies ſuas.*

b Super Boſ. *ciuitatem regiam.*

c Et erit cor. *in die illa ſcilicet, quando debebunt reſiſtere & bellare.*

d Quaſi cor mulie. parturien. *ideſt pauidum & anxium nimis.*

e Ad Damaſcum &c. *Hic conſequenter ponitur prophetia contra Syros, qui multa mala intulerunt Iudæis, vt patet 3. Reg. & 4. in pluribus locis, & hoc eſt quod dicitur: Ad Damaſcũ &c. erat enim ciuitas metropolis Syriæ, ſecundum quod dicitur Iſaiæ 7.b. Caput Syriæ Damaſcus. & ideò prophetando contra Damaſcum prophetizat contra totam Syriam.*

¶ a Confuſa

## MORALITER.

✱ e *Ad Damaſcum &c.* quæ interpretatur ſanguinem propinans. Ideò ſignat illos qui ſuis malis perſuaſionibus, & conſilijs incitant alios ad contentiones, diſcordias, lites & guerras: ex quibus ſequitur ſanguinis effuſio: & ſic alijs ſanguinem propinant, & ſicut Damaſcus fuit igne combuſta, ſicut dicitur infra.

d Auditum



✱ x Succen-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E a *Confuſa eſt.* Poſt Philiſthæos,Moabitas,Ammonitas quoque & Idumæos ad Damaſcum.i.Abrahã verba conuertit. *Damaſcus* Damaſcus verò regalis quondã ciuitas fuit, & in omni Syria primatum tenuit,necdum florebat Antiochia,Laodicia & Appamia, quas poſt Alexandrum auctas eſſe nouimus: quia ergo decem tribubus contra Iudã præbebat auxilium,ipſi vaſtitatem à Babylonijs imminere ſignificat.

b *Auditum.* Captiuitatis.ſ.à Babylonijs imminet, vel à Romanis ſecundũ alios. Cum enim captus eſt populus Iudæorum,Damaſcus cui imperabat Aretha, ſimiliter capta eſt.

c *Diſſoluta.* Damaſcus interpretatur poculum ſanguinis aut ſanguinem bibẽs, aut ſanguis cilicij:quæ omnia Ethnicis conueniũt,qui ante fidem Chriſti amicierãt ſanguinis & crudelitatis,& opera agebant digna planctu & ſacco. *Par.24.f* In libro dierum narrat hiſtoria, ꝙ impleto anno aſcenderit contra Ioas regem Iudæorum exercitus Syriæ, & venit Ieruſalem,& oẽs principes eius interfecerit, cunctamq; prædam miſerit regi Damaſci,qui cum paucis venerat: & Deus tradidit in manus eorum multitudinẽ magnam nimis, eò ꝙ dereliquiſſent dñm Deum patrum ſuorũ.Poſt finem.n.anni acceptabilis,in quo Chriſti Euangelium prędicatum eſt,aſcendit de Damaſco Gentium exercitus in paucis viris contra Iudam & Ieruſalem qui dereliquerũt dñm,& oẽs eorum leges,& prophetarum abſtulerunt diuitias, & miſerunt regi Damaſci viri eccleſiaſtici, qa ad comparationem totius mundi fideles adhuc pauci erant,& tamen dñs tradidit Ieruſalem in manus eorum: quia dereliquerunt Dei filiũ,qui per prophetas antè prædictus eſt.Per Damaſcũ ergo vocatio Gentium ſignificatur, qui prius amantes ſanguinẽ, poſtq̃ in Chri- F ſtum crediderunt priſtinæ conuerſationis ciuitas eſſe deſierunt.vnde Iſaias: *Iſa.17.a* Et erũt ſicut aceruus lapidũ in ruina.Qũo enim aceruus lapidum de diſperſis lapidibus cumulatur,ſic de omnibus nationibus aceruus credẽtium congregat in ruina Iudęorũ cadẽtiũ,dũ Gẽtes ſurgũt.

d *An Cedar.* Hi Agareni ſunt,ſed vſurpato nomine Saraceni vocantur, & habitant per ſolitudinem totã. de quibus poeta dicit: Lateq; vagãtes Argæi. *Myſticè.* Myſticè. Cedar quod interpretatur tenebræ,& Aſor,ideſt ſagitta luminis, hæreticos ſignificant mente tenebroſos, & tamen ſententias dogmatis ſui ſagittas luminis fingentes,qui ſe ſimulant filios orientis,cum ſint tenebrarum filij.

e *Tabernacula.* Hæc omnia Saracenorũ propriè gentem ſignificant,qui in tentorijs manent, & vbi nox coegerit ſedes habent,& armenta multa & pecora camelorũq; greges: ſed non habent oſtia nec vectes: non enim verſantur in vrbibus,ſed in ſolitudine. Hi omnes à Babylonijs ſunt deleti.

a *Ecce*

a ¶Vrbes ſunt Damaſci & Arabiæ.
a maſcum. Confuſa eſt Emath a
b & Arphad, quia auditum peſ- b
ſimum audierũt. Turbati ſunt c
in mari,præ ſolicitudine quie- d
e ſcere non potuit. Diſſoluta eſt e
Damaſcus, verſa eſt in fugam:
a ¶Pro peccatis eorum pęnitentem.
tremor apprehendit eam. Angustia, & dolores tenuerunt f
a ¶Vt parturiat ſpiritum ſalutis & bonorum operum fructum pareret.
eam quaſi parturiẽtium. Quo- g
modo dereliquerũt ciuitatem
laudabilem, vrbem lætitiæ?
Ideo cadẽt iuuenes eius in pla- h
teis eius, & omnes viri prælij i
conticeſcent in die illa, ait do-
minus exercituum. Et ſuccen- k
dam ignem in muro Damaſci,
& deuorabit mœnia Bena- l
d dab. Ad Cedar & ad regna A- m n
ſor, quæ percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis: Hæc
dicit dominus:Surgite & aſcẽ-
dite ad Cedar, & vaſtate filios o
a ¶Synagogas.
e orientis. Tabernacula eorum p
a ¶Diſcipulos. b ¶Morticina peccatorum.
& greges eorum capient:pelles
a ¶Nequitiæ. ¶Iræ.
eorum & omnia vaſa eorum,
a ¶Brutos gibbo peccatorum deformatos.
& camelos eorum tollent ſibi:
& vocabunt ſuper eos formi-
a ¶Irruentibus ſpiritualibus Chaldæis.
dinem in circuitu eius. Fugi-
a ¶Peccatorum.
te, abite vehementer, in vora- q
a ¶Latitantes.
ginibus ſedete qui habitatis
a ¶Sagittam illius luminis. ¶Metropolis illius Gentis.
Aſor,ait dominus. Inijt enim r
a ¶Diabolus.
contra vos Nabuchodonoſor
a ¶Confuſionis terræ. b ¶Doli aſtutiæq;.
rex Babylonis conſilium, &
a ¶Diabolus vel Nabuchodonoſor.
cogitauit aduerſum vos cogi-
tationes. Conſurgite & aſcen- s
dite ad Gentem quietam & ha
bitantem confidenter, ait do-
a ¶Continentiæ. b ¶Veræ defenſionis.
minus. Non oſtia nec vectes t
a ¶Abſque Deo.
eis, ſoli habitant. Et erunt ca- u x
a ¶Dæmonibus.
meli eorum in direptionem,
a ¶Stultorum.
& multitudo iumẽtorũ in præ
dam, & diſpergã eos†in omnẽ y
a ¶Doctrinæ. b ¶Quamuis.ſ.ſe priuatos crinibus vitiorum arbitrentur.
ventum, qui ſunt attonſi in co z
a ¶Quia dæmones vicini nobis,& in hoc proximo aere volitantes.
mã:& ex omni cõfinio eorũ ad

e Diſ.

e Diſ.eſt,*præ timore qui diſſoluit virtutem animi & corporis,ideò ſubditur: Verſa eſt in fu.* G

f Dol.te.eam quaſi par.*quæ patitur dolorem maximum & anguſtiã.*

g Quo.dereli.ciui.lau.*ideſt Damaſcum metropolim,vbi habitauerunt abundanter & iocosè.In Hebræo habetur: Quomodo non eſt fortificata ciuitas laudabilis? &c.quia non fuit ſufficienter munita à ciuibus contra hoſtes. & ſic intelligitur quod dicitur hic: Quomodo dereliquerunt ciuita. ſcilicet ſic immunitam. vnde ſubditur.*

h Ideo cadent iuue.eius.*eò quòd hoſtes de facili introibunt.*

i Et om.viri præ.con. *non potentes reſiſtere.*

k Et ſuccen.ign.in mu.Dama. *ideſt in domibus muro adhærentibus.*

l Et duo mœnia Bena. *Fuit enim Benadab rex Syriæ magnus & potens: vt habetur.3.Reg.20. & fecit magna ædificia in Damaſco, quæ tunc fuerunt combuſta.*

m Ad Cedar.*Hæc eſt quarta pars huius cap. in qua prophetizat contra Saracenos, qui melius dicerentur Agareni, quia deſcenderunt ab Abraham per Iſmaelem filium Agar ancillæ: ſed ipſi vſurpauerunt ſibi nomen à Sara libera. Cedar autem fuit filius Iſmaelis, vt habetur Gen.25.& quia fuit potens & famoſus,per ipſum intelliguntur hic Agareni.*

n Et ad regna Aſor.*nomen eſt ciuitatis metropolis: quamuis enim Agareni habitarent in tabernaculis & non in ciuitatibus, vt poſtea dicetur, tamen habebant aliquas ciuitates in quibus manebant artifices ad faciendum multa hominibus neceſſaria, quæ non poſſunt fieri in tentorijs competenter: ſicut modo in dominio Tartarorum ſunt aliquæ ciuitates pro mercatoribus & artificibus: ſed nobiles & homines armorum habitant in campis & in tentorijs. Quod autem dicitur hic: Ad regna,ponitur plurale pro ſingulari,ſicut Exo.32.a. Iſti ſunt dij tui Iſrael: & tamen ibi erat vnicum idolum. Vel dicitur regna in plurali.quia ſub vno principali rege erant plures reguli.* H

o Et vaſta.*ſic enim nominantur Agareni,qui habitant in parte orientali reſpectu Iudeæ.*

p Taber. *quia ſicut dictum eſt habitabant in tabernaculis cum gregibus ſuis,& depaſta vna regione tranſferebant tentoria ſua ad aliam.*

q In voragini. *i.in locis occultis ſubterraneis, vbi Chaldæi non poſſunt vos inuenire.*

r Inijt enim. *cuius diffinitio fuit vos debellare,dicens bellatoribus ſuis.*

s Conſur. *quaſi dicat de facili poterit debellari,quia non cauet ſibi.*

t Non oſtia. *ideſt non habitant in fortalitijs. ſed in campis.*

u Soli.*i.non habent cum alijs Gentibus confœderationem,à quibus auxilientur.ideo ſubditur,*

x Et erunt. *& quia non reſtat eis niſi fuga, ſubditur:*

y Et diſpergam. *quia homines fugientes vadunt ad diuerſas partes.*

z Qui ſunt at. *Agareni enim tunc habebant capillos reciſos ad modum pugilum, vt dicunt expoſitores noſtri. In Hebræo habetur ſic: Et diſpergam eos in omnem ventum angulatos angulos,ideſt fugatos vſq; ad terræ angulos,vt exponit Rab.Salomon.*

a Et

## NIC. DE LY.

a Confuſa eſt Emath & Ar. *nomina ſunt ciuitatum Syriæ.*

b Quia auditum. *ſ.captionem Damaſci, quæ erat metropolis.*

c Turbati ſunt.*ideſt habitantes in quibuſdam inſulis maris Syriæ propinquis,& ſub eius dominio exiſtentibus: propter quod audita vaſtatione Syriæ turbati fuerunt.*

d Præ ſoli.*ſ.populus ibi habitans,timens ne ad ipſum perueniret gladius.In Hebræo aũt habetur: Sicut mare turbatum quieſcere non potuit .ſ.populus exiſtẽs in Emath & Arphath:& eſt litera plana: quia non leguntur tales inſulæ fuiſſe ſub dominio Syriæ.*

## MORALITER.

K *Succendam ignem in muro Da.* ſic illi ſuccendentur igne infernali,vt pęna reſpondeat culpæ, quoniam ſuccenderunt in alijs ignem furoris & iræ.

m *Ad Ce.*qui interpretatur męrens & tenebroſus.ideo per ipſum ſignantur inuidi, męrentes de proſperitatibus aliorum, & ſic inuoluti ſunt tenebris peccatorum: nã odium ex inuidia procedens aufert lumen gratiæ, & obfuſcat lumen naturæ.Hos deſtruxit rex Babylonis, ideſt diabolus, auferens omnia bona eorum,ideò ſubditur;

o *Vaſta.*ſequitur.

t *Non oſtia.*ideſt deſtituti ſunt cuſtodia angelica diuina.

*Quod*



a *Ecce ego con.&c.*Elam regio Per- A ſidis vnde Elamitę.Prędicit.n.propheta Perſis & Mędis, licèt Babyloniã vaſtauerint,regnumq; Chaldæorum deſtruxerint,ꝙ per Macedones deſtruendi ſunt.Qui.n,cætera regna pro iniquitatibus corripuit, hoc regnum impunitum nõ reliquit.Elamitæ quoq; deſpicientes vel tentantes interpretãtur,& ſignificant perſequutores eccleſię.

b *Et indu.*Mittet enim filius hominis angelos ſuos à quatuor ventis cæli, vt colligant omnia ſcandala de regno eius.

## NIC. DE LY.

a Et erit.*ciuitas ſupra dicta.*

b In habita.*tanquam deſtructa ſine reparatione.*

c Quod fa. *Hæc eſt quinta pars huius cap.in qua prophetizat contra Elamitas, & ponitur primò tempus huius reuelationis factæ Ieremiæ, cum dicit: In princip. Et ſubditur prophetia,cum dicitur,*

d Ecce ego con. *i. eius poteſtatem, quæ deſignatur per arcum, eò quòd erant optimi ſagittarij.*

e Et indu.*i.aduerſarios à quatuor vẽtis.*

f Et ven.*eijciendo eos longè à terra ſua. Cætera patent vſq; ibi.*

g Et po.ſo.*i.dabo dominium eius alteri, cuius ſolium erit meum,inquantum poteſtate & autoritate mea obtinebit.In Heb. habetur: Et ponam ſedem meam,ideſt obſidionem meam in Elam, vt exponit Ra. Sa.& dicitur illa obſidio domini,eò quòd dominus inſtigauit eam fieri.*

h In

¶Aeternum.
ducam interitũ ſuper eos, ait dominus.
a ¶Dæmonum.
Et erit Aſor in habitaculum draconum a b
¶A Deo.
deſerta vſq; in æternum. Non manebit
a ¶Eccleſiaſticus. b ¶Vere rationalis.
ibi uir, nec incolet eam filius hominis.
Quod factũ eſt verbum domini ad Ie- c
remiam prophetam aduerſus Elam in
principio regni Sedeciæ regis Iuda di-
a cens: Hæc dicit dominus exercituum:
Ecce ego confringam arcum Elam,†ſu d
b mam fortitudinem eorum, & inducam e
ſuper Elam quatuor ventos à quatuor
plagis cæli, & ventilabo eos in omnes f
ventos iſtos, & non erit Gens ad quam
non perueniant profugi Elam. Et paue-
¶Dæmonibus.
re faciam Elã coram inimicis ſuis, & in
conſpectu quærentiũ animam eorum.
a ¶De quo dicitur: Domine ne in furore tuo arguas me &c.
Et adducam ſuper eos malum, irãm fu
roris mei, dicit dominus: Et mittã poſt
eos gladium, donec conſumam eos, & g
ponam ſolium meum in Elam, & per-
dam inde reges & principes, ait domi-
a ¶Quia perſequutoribus mortuis multi conuertentur ad fidem. b ¶Ad dominum.
nus. In nouiſſimis autem diebus reuerti h
¶A peccantis.
faciam captiuos Elam, dicit dominus.

h In no.au.die. *Illud enim regnum fuit poſtea reparatum per magnum tempus.* C

## MORALITER.

c *Quod fa.eſt.* qui deſpiciens interpretatur: ideo per ipſum ſuperbus qui contemnit alios ſignatur.

d *Confringam.* i.os eius loquens verba iactatiua ſui,& deſpectiua proximi, & blaſphematoria Dei, quæ tanquam ſagittæ diaboli procedunt de ore ſuperbi; ſed arcus iſte confringitur quando verè humiliatur, ideo ſubditur.

e *Et indu.*per quos ſignatur vtilitas originis ab oriente, & propinquitas mortis ab occidente, & crudelitas dęmonis ab aquilone, & Dei bonitas à meridie. Conſideratio nanq; iſtorum quatuor diligens, facit ſuperbum humiliari, & ad bonum reduci. ideo ſequitur in fine. In nouiſſimis autem diebus &c.

†principiũ fortitudinis eorum vel præcipuã fortitudinẽ eorum

*In cap.49.vbi dicitur in poſt. ideo ſubditur:Cur igitur hęreditatem &c.*

ADDITIO I.

¶ Melchom in Hebręo ſignificat ſemper idolum Ammonitarum, ſed Malcham alias Melchor ſignificat regem eorum,& aliorum quorumcunque de quibus agit.

*In eo.cap. vbi dicitur in poſtil. Dicit autem hic Ra.Sa.quòd Boſra.*

ADDITIO II.

¶ Quod autem Boſra ſit ciuitas in Idumæa de principibus, patet Iſa.63.a.vbi dicitur: Quis eſt iſte qui venit de Edõ tinctis veſtibus de Boſra? & ſic in alijs multis locis.

## GLO. ORD. CAP. L.

B a VErbum. Expleto vaticinio cõtra Aegyptum,Paleſtinos, Moab,filios Ammon,Damaſcum quoq; & Cedar,cõtra Babylonem & Chaldæos ſermo dirigitur, vt quos ante latenter arguit,nũc palam ſcelera eorum manifeſtãdo, vaſtationem & deſolationem ſubſequi apertè pronunciet. Iſaias quoq; & Ezechiel ſimilia contra Babylonios & Chaldæos prophetauerunt.

b *Con.ſunt.* Similia dicit Iſaias: Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Mœdos, qui argentum non quærant, neq; aurum velint.

c *Venient filij Iſ.* Hæc promiſſio reuerſionem populi Dei de captiuitate ſignificat,quam ſub Aſſyrijs, vel Chaldæis ſuſtinuit, vel magis Chriſtiana tempora,quando de diuerſis Gentibus filij Dei conuenerunt ad eccleſiam catholicam, vbi quærerent Deum ſuũ,interrogantes & diſcentes viam veritatis, vultumq; cordis ſui ad faciendam voluntatem Dei conuertentes,vt iũgantur illi fœdere ſempiterno.

a *Grex*

## CAP. L.

a VErbum quod loquutus eſt dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu
Ieremiæ prophetæ. Annunciate in Gen b
tibus, & auditum facite. Leuate ſignũ, c
prædicate & nolite celare. Dicite: Ca- d e
pta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, victus f
a ¶Idola.ſ.quæ pro dijs colebant.
b eſt Merodach. Confuſa ſunt omnia g h
ſculptilia eorum, ſuperata ſunt idola eo
rum. Quoniam aſcendet contra eam i
¶Perſarum & Mœdorum.
Gens ab aquilone, quæ ponet terrã eius k
in ſolitudinẽ, & nõ erit qui habitet in ea
ab homine vſq; ad pecus. Et moti ſũt &
abierunt. In diebus illis & in tẽpore illo l
a ¶Ad eccleſiam. b ¶Deum videntes. c ¶Viri.ſ.confeſſores.
c ait dñs, veniẽt filij Iſrael, & ipſi filij Iuda

## NIC. DE LYRA. CAP. L.

a VErbum. *Ieremias ſuperius prophetauit contra Gentiles, hic vlterius prophetat contra Babylonios. Tum quia magis circa eos immoratur. Tum,quia per hoc hęc prophetia ſequenti literæ magis continuatur, vt videbitur: Et diuiditur in duas partes,quia primò ponitur deſtructio Chaldæorum verbis planis, ſecundò magis parabolicis.cap.ſeq.Prima in tres,quia primò ponitur deſtructio Chaldæorum, ſecundò deſtructionis ratio,ibi: Quoniam exultatis. Tertio deſtruentium conditio, ibi: Ecce populus. Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur Chaldæorum interitus, ſecundo Iudæorum reditus,ibi: In diebus illis. Circa primum dicitur,*

b Annunciate.*tanquam mirabile factum omnibus.*

c Leua.ſig.*ideſt ponite vexillum aduerſariorum ſuper portas Babylonis in ſignum captionis.ideò ſubditur;*

d Dicite

d Dicite ca.&c.*Dicunt expoſitores aliqui,quòd per Merodach intelligitur Balthaſar,quem interfecerunt Perſæ & Mędi,Danie.5. & dicitur Merodach,quia fuit filius Euilmerodach: talia enim nomina aliquando variantur in medio: ſic Guilhelmus & Guillotus ſunt idem nomen. Ra.Sa.dicit quòd Merodach eſt hic nomen idoli ſicut & Bel, quia dicuntur hic confuſa & deuicta, quia manifeſtè apparuit,quòd non habebant poteſtatem ſaluandi ſuos cultores.* D

i Quo.aſcen.*ideſt à Mędia & Perſide, quæ vergunt ab aquilone reſpectu Babyloniæ.*

k Quæ po.&c. *quia Babylonia tunc deſtructa,non fuit poſtea reædificata, ſicut habetur infra eo.cap. & Iſa.13.*

l In die.il. *Hic conſequenter deſcribitur Iudæorum reditus, quia poſt deſtructionem Babyloniæ Cyrus primo anno regni ſui dedit Iudæis licentiam reuertendi in Iudæam. 1.Eſd.1. & hoc eſt quod dicitur: In diebus illis &c. Regno enim Iſrael captiuato per Salmanaſar aliqui euaſerunt,qui poſtea in regno Iudæ habitauerunt,& ſic cum filijs Iuda ducti fuerunt in Babyl.& cum eis redierunt.*

a Et

## MORALITER.

a *Verbum.*quæ confuſio interpretatur. ideò per ipſam Iudæorum ſuperbia per Romanos confuſa ſignatur: ideò ſubditur,

b *Annunciate.*ideſt Romanis,qui Gẽtiles erant.

c *Leuate ſi.*i.vexillum belli contra Iudæos in vindictam mortis Chriſti,ſicut expreſsè dicitur Luc.19.

e *Capta eſt.* ideſt Iudæa.

f *Con.* qui interpretatur vetuſtas,ꝑ hoc deſignatur legaliũ ceſſatio.

g *Vi.eſt.*qui interpretatur amaritudinẽ immittens,ꝑꝑ quod ſignat legalium onus graue, quod eſt deiectum per gratiam legis nouæ.

h *Confuſa ſunt ſcul.eius.* i.ſacerdotes Iudææ, qui dicuntur hic ſculptilia,eò ꝙ populus maiorem eis reuerentiam faciebat q̃ Deo,mandata ipſius ꝑꝑ traditiones eorum dimittendo, vt dicitur Mar.7.

i *Quoniam aſcendet.* Veſpaſianus enim dux exercitus Romanorum venit de Tracia contra Ieruſalem, quæ eſt à parte aquilonari reſpectu Iudæorum.

l *In diebus illis.* Sequitur,

 a *Ambu-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Grex per.* Hac ſententia notantur reges Iſraelitarum, qui errare fecerũt populũ & declinare ad idololatriã, quorum fuit primus Ieroboam filius Nabath, qui fecit adorari vitulos aureos, deinde cæteri præuaricatores legis.

3.Reg 12.g

b *Recedite.* Secundum hiſtoriam monet Iſraelitas qui captiuandi erant in Babylonem, vt non ſtabilem poſſeſſionem arbitrentur ſe ibi habituros, ſed ſpem reuertendi haberent: & cũ captiuitas laxaretur, fugerent inde: quia venturum erat vt à Mœdis, & Perſis vaſtaretur. Orig. Quõ corpus noſtrum in aliquo terræ loco conſiſtit, ſic anima ſecundum ſtatũ ſuum in aliquo terræ loco nũcupatiuè eſt. Corpus noſtrũ aut in Aegypto aut in Babylone aut in Paleſtina eſt, aut in Syria aut vbicunq;: & ſimiliter anima: & pro qualitate vitæ locorum diuerſitas diſtinguitur. In Babylone.n. eſt, quando cõfunditur & turbatur, & pace deſerta bella ſuſtinet paſſionum. Talibus animabus dr̃: Fugite de medio Babylonis, & ſaluet vnuſquiſq; animã ſuam: dum.n. in Babylone eſt ſaluari non poteſt. Qui autẽ ibi recordatur Ieruſalem, ingemiſcit & dicit: Quõ cantabimus canticum dñi in terra aliena? Impoſſibile.n.eſt in Babylone conſtitutum, Deo organis canere: ocioſa.n. ſunt ibi organa hymnorum Dei. vnde: In ſalicibus in me.eius.ſ.o.n. Suſpenſa ſunt organa noſtra, dũ in Babylone ſumus in ſalicibus fluminum eius. Si aũt venerimus in Ieruſalẽ in locum viſionis, & pacis, organizabimus, pſallemus, citharizabimus, & ſemp laudabimus Deum. Sicut aũt anima peccatoris in Babylone, ſic iuſti in Iudęa eſt, ſed iuxta † æqualitatem fidei & vitæ: in ipſa Iudæa, locis inter ſe varijs ſeparãtur. Eſt aũt in Dan, quæ extremæ partes Iudææ ſunt, vel in ſuperioribus locis paulò melioribus, vel in medijs finibus Iudææ, vel circa Ieruſalẽ. Eſt aũt omniũ beatiſſima, quæ in medio Ieruſalem cõſiſtit. Qui aũt peccator eſt & nimijs ſceleribus oppreſſus, in Babylone eſt Qui nõdum ad ſummum peccatorum culmen aſcendit: in Aegypto eſt, & in partibus eius moratur: Et ſic qui in Iudæa ſunt, non æqualia poſſident loca: alius in Neptalim, alius in finibus Gad: ſic in Aegypto, alius eſt in Taphnis, alius eſt in Memphis, alius in Sienni, alius in Bubaſtis habitat.

Pſal. 136.a
Pſal. 136.a
†qualitatẽ
† inde
†lęti fuiſtis quoniã exultatis

c *Confuſa.* Iſaias dicit ſimilia: Et erit Babylon illa glorioſa in regnis incly ta, in ſuperbia Chaldæorum ſubuertetur, ſicut dominus ſubuertit Sodomam & Gomorram.

Iſa 13.d
†multiplicati eſtis, ſicut vitula herbæ
Tropol.

d *Ec.no.Trop.* In fine mũdi vel ĩ morte cuiuſq;

†' erubuit quæ gen.

## NIC. DE LY.

a Et flentes, *præ gaudio ſeu ex contritione præcedẽtium peccatorum, propter quæ fuerant captiuati.*

b Properabunt. *per debitum cultum. vnde. 1.Eſd.3.d. dicitur, quod venientes in Ieruſalem erexerunt ibi altare domini offerentes ſuper illud holocauſtum domino mane, & veſpere.*

† ſupra 18. c. & 19.c. 49.d

d Et appo. *quia poſtea non leguntur Iudæi à Deo per idololatriam declinaſſe, niſi aliqui pauci tempore Machabæorum, & magis violentia quàm voluntate. Sciendum tamen, quòd in Hebræo hic habetur, fędere in ſeculum: quod non ſemper importat perpetuitatem, ſed durationem notabilem.*

e Quod

a ¶De virtute in virtutem. b ¶Pro peccatis.
ſimul: ambulantes & flentes properabunt, et dominum Deum
a ¶Eccleſia.
ſuum quærent. In Sion interroga-
a ¶Veritatis. ¶Cordium.
bunt viam: huc facies eorum, †venient et apponentur ad dominum
a ¶Quia neq; mors neq; vita poterit ſeparare.
fœdere ſempiterno, quod nulla obliuione delebitur. Grex perditus factus eſt populus meus, pa-
a ¶Scribæ & Phariſæi vel hæretici. b ¶A cultu Dei.
ſtores eorum ſeduxerunt eos, fe-
a ¶Diuerſis hæreticorum ſectis. b ¶Superbiæ.
ceruntq; vagari in montibus. De
a ¶Legis. b ¶Humilitatem hæreſis, quæ tamen putatur habere aliquam altitudinem.
monte in collem tranſierunt, ob-
a ¶Eccleſiæ, vbi ſponſa cum ſponſo delectatur. b ¶Viſibiles & inuiſibiles hoſtes.
liti ſunt cubilis ſui. Omnes qui in-
a ¶Vrgantes
uenerunt comederunt eos, et ho-
a ¶Peccatum lacerati gregis pro nihilo duxerunt.
ſtes eorum dixerunt: Non pecca-
a ¶Contra præceptum ſcilicet iuſtitiæ & ſpem remunerationis futuræ oues Chriſti luporum morſibus tradentes.
uimus, pro eo ꝙ peccauerunt domino decori iuſtitiæ et expectatio-
a ¶Captiui in peccatis. ¶Pœnitendo.
ni patrum eorũ domino. Recedi-
a ¶Confuſionis.
te de medio Babylonis, et de ter-
a ¶Captiuantium, ideſt dęmonum, audita deſtructione Babylonis. b ¶In Ieruſalem, quæ eſt locus viſionis & pacis.
ra Chaldæorũ egredimini, et eſto-
a ¶Pœnitentes. b ¶Catholicæ eccleſiæ.
te quaſi hœdi ante gregem. Quoniam ecce ego ſuſcitabo et adducam in Babylonẽ cõgregationem
a ¶Dæmonum. b ¶Ab aquilone enim omne malum veniet.
Gentiũ magnarũ de terra aquilonis, et præparabuntur aduerſus eã,
a ¶Manifeſte, quia tunc manifeſtæ erunt abſcondita cordium. b ¶Pœna ſubita & improuiſa.
et † in die capietur. Sagitta eius quaſi viri fortis interfectoris non reuertetur vacua. Et erit Chaldæa in prædã, omnes vaſtantes eam re-
a ¶Cauſa quare hæc patiantur.
plebuntur, ait dominus. Quoniam
a ¶In interitu Iudæorum.
† exultatis, et magna loquimini
a ¶Iſrael.
diripientes hæreditatem meam,
a ¶Laſciuientes. ſ. in deuoratione eius, ſicut vitulus ſuper herbam, quaſi taurino mugitu captiuis inſultantes.
quoniam † effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tau-
¶Q. Non diu lætabimini.
ri. Confuſa eſt mater veſtra nimis, & † adæquata pulueri quæ genuit vos. Ecce nouiſſima erit in Gentibus, & deſerta inuia & arens. Ab ira domini non habitabi-
a ¶Quia pro ea Seleuciam & Theſphonitem inclytas vrbes Perſarum fecerunt,
tur, ſed redigetur tota in ſolitudinẽ. †Omnis qui tranſibit per Baby-
a ¶Quia tanta potentia eſt nihilum redacta.
lonem, ſtupebit & ſibilabit ſuper

e Quod nul.obl.deleb. *in Hebræo habetur: Quod obliuioni non dabitur, quod eſt intelligendum vſq; ad Chriſti aduentum, quo tempore fuerunt à Deo ſeparati propter ſuam incredulitatem. & ſic intelligitur, quòd obliuioni non dabitur vſq; ad magnum tempus. A reditu enim captiuitatis Babylonicæ vſq; ad Chriſtum fluxerunt anni circiter.cccc.*

f Grex. *in captiuitate Babylonica. ſubditur cauſa.*

g Pa.eo. *ſ. reges, ſacerdotes, & falſi ꝓphetę.*

h Seduxerunt. *vt patet ex prædictis in hoc lib. in pluribus locis.*

i Feceruntq;. *in cultu idolorum quæ in talibus locis ponebantur.*

k Obliti ſunt. *i. templi domini, quod dicebatur caula ſiue cubile fidelium. Et quia propter hoc frequenter traditi fuerunt Iudæi in manibus hoſtium, ideò ſubditur.*

l Omnes qui inue. *Ex hoc enim quòd Iudæi propter offenſam Dei tradebantur in manibus hoſtium, dicebant hoſtes ſe non peccare, tractando eos cum nimia crudelitate. Sed hoc non eſt verum, quia Deus actibus malorum bene vtitur in bonũ: ſicut per dæmones exercet ſuam iuſtitiam in damnatos.*

m Reced. *vos Iudæi per Cyrum licẽtiandi.*

n Et eſto. *ideſt lætanter redite in Iudæam.*

o Quo.ecce. *per aduentum enim Perſarum & Mędorum fuit capta Babylonia, & ex conſequenti data Iudæis licentia. Cætera patent in litera.*

p Quoniam exul. *Hic conſequenter ponitur deſtructionis Babylonicæ ratio: Et eſt duplex. vna propter crudelitatem erga populum Iudaicum, alia propter impietatem erga dominum. ſecunda ponitur ibi: Vox fugientium. Prima adhuc diuiditur in duas, quia ad deſtructionem Chaldæorum ſequuta eſt liberatio Iudæorum. ideò primò ponitur primum, ſecundò ſecundum, ibi: Grex diſperſus. Circa primum dicitur: Quoniam exultastis in debellatione populi mei.*

q Et ma. *attribuentes hoc veſtræ virtuti.*

r Diripientes. *ideſt Iudæam, eò quòd ibi viguit diuinus cultus.*

s Quo.ef. *ad lacerandum populum meum.*

t Sicut uituli ſuper her. *ad eum deglutiendum. In Hebræo habetur: Vt vitula triturãs, quæ pedibus ſuis meſſem conterit, & ore ſuo comedit.*

u Et mugiſtis ſicut tauri. *ad ipſum amplius terrendum.*

x Confuſa eſt ma. ue. *ideſt Babylon metropolis in regno Chaldæorum.*

y Et adæqua. *ideſt deiecta in terram.*

z Ecce no. *quæ ſolebat eſſe prima inter omnes ciuitates.*

a Et deſer. *ab hominibus.*

b Inuia. *quia nullus audebit trãſire propter ſerpentes, & dracones ibi habitantes.*

c Et arens. *quia Euphrates tranſiens per eam fuit deuiatus ab alueo ſuo per Perſas & Męđos eam obſidẽtes, ita quòd per alueũ ſiccum intrauerunt ciuitatem.*

d Ab ira. *ideſt à vindicta Dei factum eſt, quòd de cætero nõ habitetur, vt prædictũ eſt.*

e Omnis qui tranſibit per &c. *de deſtructione tantæ ciuitatis.*

f Et ſibilabit &c. *deridendo ſuperbiam eius præcedentem.*

a Præpa-

## MORALITER.

* a *Ambu.* nam illo tempore multi de Iudæis conuerſi fuerunt ad Chriſtum.

c *Interro.* ſ. conſiliorum Euangeliorum a credentibus in Chriſtum.

d *Et ap.* per gloriæ conſequutionem.

f *Grex.* per falſam doctrinam Scribarum & ſacerdotum, docentium eos dimittere Dei præcepta pro traditionibus ſuis, ut dicitur Mar.7. ideo concluditur poſtea.

m *Recedite.* ideſt de Iudaica perfidia. Cætera de facili poſſunt ad dictam ſententiam applicari; propter quod, & propter prolixitatem uitandam hanc applicationem omitto.



cuiuſq; omnis gloria & ſuperbia Chaldæorum, & cõfuſio mũdi recedet à nobis: & ita omnia ſubuertentur, ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorram, nec vltrà voluptatis vel mundi futurus eſt ſtatus.

a *Sicut fecit, facite.* i. ſicut illa per Nabuchodonoſor Gentes circumquaque vaſtauit, & retributionem reddite ei.

b *A facie gladij col.* Columba ſtulta dicitur, quia nutrit pullos alienos, ita Nabuchodonoſor alios opprimendo & fouẽdo. Etiam Nabuchodonoſor columbam vocat, non pro ſimplicitate, ſed pro ſtultitia ſuperbiæ.

c *Leones eiecerunt &c.* Teglathphalaſar qui partẽ magnã Iudæorum in Aſſyrios tranſtulit, & Sennacherib qui decem tribus in montes Mœdorum traduxit, hi leones appellantur.

d *Ecce ego viſitabo.* Viſitat dñs regẽ Babylonis.i.cõfuſionis, ſicut viſitauit regẽ Aſſur, q interpretaĩ gradiens vel dirigens, cũ diabolũ confuſionis regẽ & tenebrarũ harũ rectorẽ deſtruit.ſ. Antichriſtũ & oẽs eccleſiæ ꝑſequutores, q dirigũt arma nequitię cõtra ſanctos Dei, & effundunt ſanguinẽ innocẽtẽ: & hæreticos q dirigunt iacula prauæ doctrinę, vt aĩas ſimpliciũ interficiãt. In fine.n. mũdi diabolus q ſeducebat Gẽtes, mitteĩ ĩ ſtagnũ ignis & ſulphuris: & beſtia.i. Antichriſtus & pſeudoprophetę.i.hęretici. Sancti verò cum Chriſto regnabũt in æternũ, & ſatiabit aĩa eorũ oĩbus bonis. Tunc q̃retur iniquitas Iſrael, & non erit; & peccatũ Iuda, & nõ inuenieĩ: qa tunc alligabit dñs vulnus populi ſui, & ſanabit cõtritiones eius. Et abſterget oẽm lachrymã ab oculis ſanctorũ: & mors vltrà nõ erit neq; luctus, ſed nouus populus in noua ciuitate in ꝑpetuũ exultabit.

e *Super terram domi.* Miſticè prædicatoribus Chriſti ꝑcipitur, vt regnũ diaboli ſtudeãt euertere: & opa eius maligna & conſilia peſſima, vt interficiant oẽs peccatores terrę, & diſperdãt de ciuitate dñi oẽs operantes iniquitatem.

f *Quomodo confra.&c.* Malleus vniuerſę terræ diabolus eſt: Sed eſt q non curat de malleo vniuerſæ terræ, vir.ſ. ſtãs ſup muros Adamãtinos, & in manu eius Adamas. (Refert hiſtoria ꝙ fortior ſit Adamas oĩ cedenti malleo, incõtritus & inuincibilis pſeuerans) licèt ſuperſtet malleus diabolus, & ſuperpoſitus ſit draco quaſi incus indomabilis, nihil tñ in manu dñi, & in cõſpectu eius cõſiſtens pfectus Adamas patiĩ. Duo ergo cõtraria ſunt Adamãti iuſto, malleus & incus. vñ in ꝓuerbio dr̃ de his q anxietatibus prẽmunĩ: Inter malleũ ſunt & incudẽ. Iuſtus aũt nõ curat de malleo & de incude, q quãtò cędiĩ, tãto iplẽdeſcit virtus eius. Malleũ autem vniuerſę terrę nõ potuit confringere Moyſes, nec ante eũ Abrahã, nec poſt eũ Ioſue, nec qſquã prophetarũ: Chriſtus aũt cõfregit. qđ admirãs ꝓpheta, ait: Quõ cõfra.eſt & cõtri.mal. Primò cõfractus, deinde cõtritus. qñ dixit diabolus: Hęc oĩa tibi dabo, ſi procidens ador.me &c. Nõ cõtriuit, ſed cõfregit tñ. Cũ verò receſſit ab eo vſq; ad tp̃s, & poſt venit, tunc ẽt contritus eſt. Per vnumquẽq; nr̃m confringitur, qñ introducimur à dño in eccleſiã, & proficimus in fide. Conteritur aũt & cõminuitur, cũ ad perfectionẽ venerimus.

g *Quomodo verſa eſt.* Captiuitas Babylonis intelligiĩ, cũ nihil in nobis cõfuſionis remaneat. Inuenta es & cõprehenſa: quia dño reſtitiſti. An aũt ſola Babylon reſtitit, & nõ potius oẽs Gentes, dum creatore deſerto idola coluerunt? An figuraliter dicit oẽm animam contrariã Ieruſalem.ſ. viſioni pacis eſſe Babylonẽ? vnde ſancti in Ieruſalem, peccatores in Babylone erant: & ſi peccabant Ieroſolimitę, mittebantur in Babylonem, & pęnitentes redibant in Ieruſalem. Capitur ergo Babylon, & nõ agnoſcit: legi.n. Dei nõ ſubijcitur, neq;.n. põt. & inuẽta eſt Babylon, & cõprehenſa: qa dño reſtitit.

a *Aperuit*

a ¶O Perſæ & Mœdi.
vniuerſis plagis eius. Præparamini contra Babylonem per circuitum. Omnes qui intenditis arcum, † debellate eam: non parcatis iaculis, quia domino peccauit. Clamate aduerſus eã.
a ¶Ad occidendum eam.
Vbique dedit manum. Ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius: quoniã vltio domini eſt. Vltionẽ accipite de ea. Sicut fecit, facite ei. Diſperdite ſatorẽ de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis à facie
a ¶Auxiliator.ſ.
gladij † colũbæ. Vnuſquiſq; ad
a ¶Iſaias & eiſdem verbis. b ¶Capta Babylone.
populũ ſuũ conuertetur, & ſinguli ad terram ſuã fugient. Grex diſperſus Iſrael, leones eiecerunt eum. Primus comedit eum rex
a ¶Qui Ieruſalem ſubuertit, & templum ſuccendit.
Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis. Propteræa hæc dicit dominus exercituũ Deus Iſrael:
a ¶Per Cyrum & Darium b ¶Balthaſar qui nouiſſimus in Babylone regnauit.
Ecce ego viſitabo regẽ Babylonis & terram eius, ſicut viſitaui
a ¶Sennacherib, quando. ſ. angelus domini percuſſit Aſſyriorum 185 milia. b ¶Permittẽte Cyro quinquaginta ferè milia regreſſi ſunt in Iudæam.
regẽ Aſſur, & reducã Iſrael ad habitaculum ſuum. Et paſcetur Carmelus & Baſan, & in
a ¶Vt vltra neq; mors, neque luctus, ſed nouus populus ſit.
monte Ephraim, & in Galaad ſaturabitur anima eius. In diebus illis & in tempore illo, ait dominus, quæretur iniquitas Iſrael, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur:
a ¶Vnde: Gratia autem Dei vita æterna.
quoniam † propitius ero eis quos
a ¶Alijs abiectis. b ¶Babyloniam.
reliquero. Super terram † domi-
a ¶Chaldæorum. b ¶O exercitus Mœdorum & Perſarum.
nantium aſcende, & ſuper ha-
a ¶Vt poſteritas Babylonis funditus intereat.
bitatores eius viſita. Diſſipa & interfice quæ poſt eos ſunt, ait dominus: & fac iuxta om-
a ¶In interitu Babylonis gaudium & exultatio multorum.
nia quæ præcepi tibi. Vox belli in terra & contritio magna. Quomodo confractus eſt &
a ¶Babylon & reges eius, qui plures Gentes contriuerat.
cõtritus malleus vniuerſæ terræ? Quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus? Illaqueaui te, & capta es Babylon, & neſciebas: inuenta es, & apprehenſa,

## NIC. DE LY.

a Præparamini &c. *Ita ꝙ nullus poſſit ſtare ad propugnacula ad eius defenſionem.*

b Clamate aduerſus eam. *Exhortando bellatores contra eam.*

c Vbiq; dedit manum. *i. vbiq; quæſiuit auxilium, & non inuenit, ſicut infrà dicitur in fine libri: Aegypto dedimus manum &c.*

d Sicut fecit. *Deſtruendo crudeliter alia regna.*

e Facite ei. *Eam deſtruendo.*

f Diſperdite ſatorem &c. *i. reddite terram in circuitu eius deſertam & incultam.*

g A facie gladij columbæ. *i. propter crudelitatem regis Babylonis, qui dicitur columba, non à carentia fellis, ſed ſagacitatis, ſecundum illud Hoſee: Ephraim columba ſeducta &c. In Hebræo habetur: A facie gladij vinoſi.i. ſanguine Babyloniorum inebriati. Et per hoc intelligitur gladius Mœdorum & Perſarum. dictio enim Hebraica hic poſita. ſ. יוֹנָה Ionah, æquiuoca eſt ad columbam & vinoſitatem, vt dictum eſt ſup.25.& 46.*

h Vnuſquiſque. *ſ. alienigenarum in Babylone exiſtentium.*

i Ad populum ſuum. *De Babylone recedendo.*

k Grex diſperſus. *Hic conſequenter deſcribitur liberatio Iudæorum, quæ ſequuta eſt ad deſtructionem Chaldæorum: præmittitur tamen eius captiuatio, cum dicitur: Grex didiſperſus Iſrael. i. ductus ad diuerſa loca extra terram ſuam.* Diuiſio.

l Leones. *i. reges crudeles.*

m Eiecerunt eum. *Et qui fuerint illi, ſubditur:*

n Primus comedit eum rex Aſſur. *qui captiuauit decem tribus. 4.Reg.18.*

o Iſte nouiſſi. exoſſa. eum Nabucho. *Qui deſtruxit Ieruſalem & templum, vbi erat fortitudo populi temporaliter & ſpiritualiter: ſicut fortitudo corporis eſt in oſſibus.*

p Propterea &c. Ecce ego viſi. regem Baby. *Debitam pœnam inferendo.*

q Et paſcetur Carmelus & Baſan. *i. viuent abundanter de bonis terræ ſuæ.*

r In diebus illis &c. quæretur iniquitas Iſrael. *idololatria propter quam fuerat captiuatus.*

s Et erit. *Quia poſt reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus ad idololatriam declinaſſe, vt dictum eſt ſuprà. Conſequenter reuertitur ad deſtructionem Babylonis, cum dicitur:* †rebellantium.

t Super terram dominantium. *ideſt Babyloniorum, qui multis regnis dominabantur. In Hebræo habetur: Rebellantium. Rebellauerunt enim domino, templum eius deſtruendo.*

u Aſcende. *tu Cyre.*

x Et ſuper habitatores eius viſita. *In malum, ideò ſubditur:*

y Diſſipa & interfice quę poſt eos ſũt &c. contritus eſt malleus terrę. *ideſt rex Babylonis, qui cotriuerat multas Gentes, ſicut malleus lapides.*

z Quomodo verſa eſt in deſertum? *Et ſubdit modum:*

a Illaqueaui te. *Te capiendo modo à te improuiſo, ſicut auis laqueo capitur. Mœdi enim & Perſæ longè à Babylone fecerunt fluuium Euphratem, qui currebat per ciuitatem, alibi diuertere. & ſic per alueum, vbi non erat murus, intrauerunt repente.*

b Inuenta es &c. *ab aduerſarijs tuis.*

a Quo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Aperuit do.* Orige. Alia editio. Aperite apothecas eius, & E ſcrutamini eā quaſi ſpeluncā, & diſperdite eā, vt nō ſint eius reliquię: exiccate oēs fructus eius, vt deſcendāt in occiſionē. Væ eis, qm̄ veniet dies eorū, tp̄s vindictæ eorū, vt ait Apoſt. Pertulit in multa patientia vaſa irę p̄parata in pditionē ſup vaſa miſericordię &c. Alij ergo vaſa miſericordię, alij vaſa iræ. Pharao, Ægyptij vaſa iræ. Paulus qui primus miſericordiā cōſequutus eſt, & de Iudæis ac de Gentibus credentes, vaſa miſericordiæ. Sunt ergo in theſauris Dei vaſa iræ. Scriptum eſt.n. Aperuit dn̄s theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ. Theſaurus dn̄i eccleſia eſt, in qua ſæpe latent hoīes, qui ſunt vaſa irę. Veniet ergo tempus qn̄ aperiet dn̄s theſaurum eccleſiæ. Nūc.n. clauſa eſt, & vaſa irę cum vaſis miſericordiæ inhabitant, paleæ cum frumēto, & piſces mali cum bonis, qui in rete ceciderunt, qn̄ aperuerit in iudicio & protulerit vaſa irę, dicent forſitan vaſa miſericordiæ, egredientibus vaſis iræ. Exierunt à nobis: non.n. erāt ex nobis. Idē. Aperuit dn̄s. In theſauris dn̄i ſunt vaſa irę, extra theſaurum vaſa peccantia, quæ nō ſunt vaſa iræ, ſed miſericordiæ, ſed minora. Serui .n. ſunt ignorantes voluntatem dn̄i, & non facientes. Qui autem ingreditur eccleſiam, aut vas iræ eſt, aut miſericordiæ, qui foris eſt neq; miſericordiæ neq; iræ. Aliud ego nomen eius inquiro. Opus inquit dn̄o virtutum in terra Chaldæorum eſt. Secūdum diuerſos intellectus, terrenus locus multipliciter dicitur vel nominatur: & qūo differēti ratione Chriſtus plura habet vocabula, cū in ſubiacēti ſit vnus, varius autē in virtutibus: Sic pro malitia generis humani terrena negocia, cū vnū ſint in ſubiacēti, tn̄ intellectus diuerſitate ſunt plurima. Vnum.n. ſubiacēs eſt Chriſtus, F ſed alio intellectu medicus. Vn̄: Non neceſſe habent ſani medico &c. Alio paſtor, quia irrationabilibus præeſt. Alio rex, qa rōnabilibus principat. Alio, vitis vera: qa in eū inſerti hoīes vberes fructus afferūt. & ſimilia. Qūo ergo in Chriſto plurimi intellectus ſunt diuerſorū nominū, & ſubiacēs vnū, ſic terrena negocia in ſubiacēti vnū, ſed iuxta intellectū plurima. Sæpe ēt allegorizātes Babylonē diximꝰ eſſe terrena negocia, quæ ſp confuſa ſunt vitijs, Ægyptū affligētia & Chaldeā: qa multi q̄ gerūtur in terris ſtellis conſecrant, & ex earum nutibus fieri aſſeuerant. Oīs ergo q putat ꝙ ſtellæ faciūt hoīes luxurioſos, adulteros, caſtos, vel hmōi, in terra Chaldęorum eſt. Cōminatur ergo Deus ſpecialiter his q in terra Chaldæorū ſunt. Abrahā verò promouēs ad meliora, ait: Ego ſum q te educo de terra Chaldæorū. Potēs eſt.n. Deus educere nos de terra Chaldæorū, vt nullū aliū credamus vitā nr̄am diſpenſare pro qualitatibus meritorū. Opus dn̄o ergo virtutū in terra Chaldæorum eſt, qa venerūt tp̄a eius, aperite apothecas eius, doctrinas.ſ.natiuitatū: ſcrutamini ea quaſi ſpelunca, & diſperdite eā. Qui reſpuit ſupputationes natalium, qui veritatis ſermone vtitur aduerſum eas, q oſtendit falſa eſſe quæ mathematici dicunt, qui docet inſcrutabilia Dei iudicia: nec ab oībus poſſe comprehendi, qui aſſerit ſidera non eſſe cauſas eorum quæ fiunt ſuper terrā, præcipuè eorum quæ Chriſtianis accidunt: præceptū dn̄i exequitur.

*Rom.6.c* — *Iere.50.d* — *Iohan.2.c* — † Congregate cōtra Babel ſagittarios — *Terrenus locus.* — *Mar.2.c* — *Allegoricè.* — *Gen.15.b* — *Contra Mathematicos.*

b *Vox fu.* Orig. Vtinam hæc eſſet nr̄a vox ò cathecumeni fugientiū de Babylone, & fugientium.ſ. vitia & peccata. Vox .n. fugientium & reſaluatorum non ſufficit fugere de terra Babylonis, ſed reſaluari de terra Babylonis ad annunciandum in Sion vindictā à dn̄o Deo nr̄o, vt fugientes de terra Babylonis venientis ad Sion ſpeculatorum eccleſiam Dei G ad annunciandum in Sion.i. eccleſia vindictam à dn̄o Deo noſtro. Vindictam populi eius denunciate in Babylonem multis, omni tendenti arcum. Multi.n. in Babylone ſunt, in Ieruſalem pauci. Non.n. ait, dilexit vos pater veſter, qa multi eratis, vos.n. pauci eſtis ab omnibus Gentibus. Annunciate in Babylonem multis, omni tēdenti arcum, vt non ſit ex ea qui ſaluetur. Diſperdite, interficite omnia, vt non ſit qui ſaluetur ex Babylonio ſemine. Iuxta ea quæ fecit, facite ei. Dum habes in te prauas cogitationes pietati & fidei reſiſtentes. Babylonios in te habes, ſed fac vindictam: interfice omnes peccatores terræ, qui in te ſunt, & omnes Babylonios, vt poſſis mundatus in Ieruſalem tranſgredi ciuitatem Dei.

c *Ecce ego ad te.* Myſticè prænunciat Antichriſto, qui extolletur ſuper oē id quod dicitur Deus, & membris eius.i. iniquis omnibus futurā damnationem, & omnes munitiones ſapientiæ ſecularis & cōcilia malignātium, quibus homines decipiebat, futuro incendio concremanda, vt vniuerſæ machinationes eius & arma quibus orbem eccleſiaſticum impugnabat, ęterno interitu deuorentur: quia non timuerunt calumniam & captiuitatē populo Dei inferre. Vnde ſequitur: Calumniā ſuſtinēt filij.

☞ a *Et erunt*

a quoniam dominū prouocaſti. Ape-
¶Eccleſiam.
ruit dominus theſaurū ſuū, & pro-
¶Peccatores.
tulit vaſa iræ ſuæ: quoniā † opus eſt
¶Eorum.ſ. qui ſtellis adſcribunt quæ in terris fiunt.
dn̄o Deo exercituum in terra Chal-
¶Diſſipatores ſpiritualis Babylonis.
dæorum. Venite ad eam † ab extre- c
¶Prædicatores.
mis finibus, aperite † vt exeant q cō- d
¶Babylonis.
culcent eā. Tollite de via lapides, & e
¶Vitia.ſ. confuſionis.
redigite in aceruos, & interficite eā,
¶Vitiorum.
nec ſit quidq̄ reliquū. Diſſipate vni-
¶Subtiliora & fortiora vitia.
uerſos fortes eius, deſcēdant in occi-
ſionē. Væ eis, quia venit dies eorū,
¶De his prophetat, qui mores patrios reliquerunt, & leges Gentilium.
b tempus viſitationis eorum. Vox fu- f
¶Saluatorem.
gientium, & eorū qui euaſerunt de
terra Babylonis, ut annūciēt ī Sion
vltionem dn̄i Dei noſtri, vltionem
templi eius. † Annūciate in Babylo-
nem plurimis, omnibus qui tēdunt
arcum. Cōſiſtite aduerſus eam per
gyrū, & nullus euadat. Reddite ei g
ſecundū opus ſuū, iuxta omnia quę
fecit facite illi, quia contra dominū h
erecta eſt, aduerſum ſanctū Iſrael. i
¶Fortes. b ¶Quæ ducunt ad mortem. non enim arripiunt anguſtam viam, quæ ducit ad vitam.
Idcirco cadēt iuuenes eiꝰ in plateis
¶Robuſti. b ¶Contra eccleſiam pugnantes.
eius, & oēs uiri bellatores eius, con-
¶Viſitationis domini, quia poſt iudicium nulla erit ei poteſtas pręliandi & nocendi.
c ticeſcēt in diē illa, ait dn̄s. Ecce ego k
¶Rex Babylonis.
ad te ſuperbē, dicit dominus Deus
exercituū: quia venit dies tuus, tem-
¶Captiuitatis.ſ. tuæ & tuorum. ¶Antichriſtus.
pus viſitationis tuę. Et cadet ſupbꝰ,
& corruet, & nō erit qui ſuſcitet eū.
¶In munitionibus ſecularis ſapientiæ.
Et ſuccēdam ignē in vrbibus eius,
& deuorabit omnia in circuitu eiꝰ. l
Hæc dicit dominus exercituū. † Ca- m n
lumniam ſuſtinēt filij Iſrael, & filij
Iuda ſimul. Omnes qui cęperunt
eos tenent: nolūt dimittere eos. Re-
demptor eorum fortis, dominus
exercituū nomen eius. Iudicio de- o p
fendet cauſam eorum, vt † exterreat

## NIC. DE LYR.

¶ a Quoniam do. *q. d. non eſt operatio humana, ſed vindicta diuina. Ideo ſubditur:*

b Aperuit do. *i. mala pœnæ in ſua præſentia nobis occulta præparata tibi protulit in effectu.*

c Venite ad. *i. à longinquis valde partibus: vnde collectus fuit exercitus Cyri & Darij.*

d Aperite ut exeant qui con. *i. remouete impedimenta exercitui Mædorum & Perſarum. Ideo ſubditur:*

e Tollite de via la. & re. in acer. *Litera Hebraica ad alium ſenſum reducitur, qui talis eſt: Aperite portas.ſ. Babylonis eas frangendo. Conculcate ſicut aceruos.ſ. frugum qui extenduntur in area, & teruntur pedibus animalium in terra illa ad granum excutiendum. q. d. ſic conculcate Babylonis populum. Et iſte ſenſus magis conſonat literæ præcedenti & ſubſequenti, vt patet de ſe.*

f Vox fugi. *Hic ponitur ſecunda cauſa deſtructionis Babylonicæ, quæ eſt impietas ſua contra Deum deſtruendo eius templum: ſi enim verum Deum ipſum reputaſſent, eius templum non combuſſiſſent. Et hoc eſt quod dicitur: Vox fug. q. d. ad hoc diuinitus fuerunt aliqui in Babylone à morte præſeruati, vt agnoſcerent & confiterentur Babylonem deſtructam in vltionem deſtructionis templi domini. Cætera patent vſq; ibi:*

g Et nul. *ſ. de illis quos Deus præordinauit interfici, quia plures mortem euaſerunt, vt prædictum eſt immediatè.*

h Quia con. *deſtructionem Ieruſalem ſuæ virtuti imputando, templum domini concremando.*

i Aduerſum. *i. aduerſus Deum qui colitur ab Iſrael, ſicut ſanctuſſanctorum. Cætera patent vſque ibi:*

k Ecce e. *Tu rex Babylonis qui faciebas te adorari ſicut Deū, Dan.3.*

l Et deuo. om. &c. *quia Mædi & Perſę non ſolum deſtruxerunt vrbes, ſed alia quæ erant in circuitu vrbium.*

m Hæc di. *Hic conſequenter ponitur liberatio Iudæorum cōſequuta ad deſtructionem Chaldæorum, à quibus durè tractabantur. Ideo ſubditur:*

n Calumniam ſu. *ſubditur eorum liberatio virtute diuina: Redem. eorum for. do.*

o Iudicio. *i. ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ.*

p Defendet cauſam eo. *Eos liberando, & Chaldæos puniendo. Sequitur:*

¶ a Gladius



a *Et erunt quaſi.* Imbelles quaſi mulieres per Mœdos & Per- A ſas deſtruxit eos, oēs quoq; qui in cōfuſione mundi verſantur, & qui ſapientiæ ſeculari innitentes erroris ſimulacra pro veritate colunt, cum theſauris doctrinarum & operum ſuorum in iudicio damnabit, & areſcet doctrina hæreticorum & ſiccabitur: quia ſinagoga eorum terra ſculptiliū eſt, & in portentis.i. falſis figmentis gloriantur.

b *Ecce po.* Manifeſta eſt hiſtoria, ꝙ Gens innumerabilis Mœdorum & Perſarum, & reges multi cum Cyro & Dario conuenerunt ad deſtructionem Babylonis, vbi Balthaſar conuiuio præparato vaſa templi, quæ Nabuchodonoſor de Ieroſolymis aſportauerat, cōcubinis ad potādum propinauit. Ideo manum in pariete ſcribentē vidit deſtructionē ſui & regni ſui: quam cum Daniel expoſuiſſet, mœrore & triſtitia fatigatus, nequaquam reſiſtere parauit: quia eadē nocte interfectus fuit, & Darius in regnum ſucceſſit.

c *Ecce quaſi.* Ra. Videtur ſignificare ꝙ Nabuchodonoſor poſtquam regnū Iudæorum tanquā leo ſubuertit, Iudæā vaſtauit & Ieruſalem, & templum ſuccēdit, ad ſedē ſuam in Babylonem victor & ſecurus reuerſus ſit: & poſteris ſuis regnum incolume reliquerit. Sed dn̄o diſpenſante & vlciſcēte ad Cyrum tranſlatum eſt, de quo dicit:

d *Quis erit.* Et vt demonſtret non Cyri potētia, ſed dn̄i iu- B dicio factum eſſe, ſubditur: Quis enim ſimilis mei?

☞ a *Quo-*

l Vox eorum qua.ma.ſo. *ex multitudine hominū & fremitu armorū.* C

m Audiuit rex. *in prædictis conditionibus.*

n Et diſſu.ſunt. *præ timore.*

o Anguſtia ap.eum. *in animo interius.*

p Dolor. *in ſenſibus exterius.*

terram & commoueat habitatores Babylonis.
¶Domini, de quo dicitur: Si acuero vt fulgur gladium.
Gladius ad Chaldęos, ait dominus: & ad habita- a b
tores Babylonis, & ad principes, & ad ſapientes
eius. Gladius ad diuinos eius, qui ſtulti erunt. c d
Gladius ad fortes illius, qui timebunt. Gladius
ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vul-
a gus quod eſt in medio eius, & erunt quaſi mu-
lieres. Gladius ad theſauros eius, qui diripiētur.
Siccitas ſuper aquas eius erit, & areſcent, quia e f
terra ſculptilium eſt, & in portentis gloriantur. g
¶Hæc in Iſaia, hiſtoricè & tropologicè ſecundum Hieronymum plenè expoſita ſunt. b ¶Syluanis hominibus.
Propterea habitabunt † dracones cum fatuis h i
ſiccarijs, & habitabunt in ea ſtruthiones. Et non
inhabitabitur vltrà vſque in ſempiternum, nec
extruetur vſque ad generationem & generatio-
nem. † Sicut ſubuertit dominus Sodomam &
Gomorram & vicinas eius, ait dominus. Non
habitabit ibi vir, neque incolet eam filius homi-
¶Perſarum & Mœdorum. b ¶Vbi habitat.
b nis. Ecce populus veniet ab aquilone, & Gens k
¶Cum Cyro & Dario.
magna & reges multi cōſurgent à finibus terræ.
Arcum & ſcutum apprehendent, crudeles ſunt
¶Sonitu multo & fragore.
& immiſericordes. Vox eorū quaſi mare ſōna- l
bit, & ſuper equos aſcendent ſicut vir paratus
¶Rex Balthaſar.
ad prælium contra te filia Babylon. Audiuit rex m
¶Mœrore & triſtitia.
Babylonis famam eorum, & diſſolutę ſunt ma- n
¶Timoris.
nus eius. Anguſtia apprehēdit eum, dolor qua- o p
¶Nabuchodonoſor.
c ſi parturientem. Ecce quaſi leo aſcendet de † ſu- q r
perbia Iordanis ad † pulchritudinem robuſtā,
d quia ſubitò currere faciā eum ad illam. Et quis
¶Q. potentia mea & iudicio meo factum eſt hoc.
erit electus, quem prępon am ei? Quis enim ſi-
milis mei? & quis † ſuſtinebit me? † Et quis eſt
¶Hinc Iſaias: Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram &c.
iſte paſtor qui reſiſtat vultui meo? Propterea au-
dite conſilium domini, quod mente concepit
aduerſum Babylonē, & cogitationes eius quas
cogitauit ſuper terram Chaldæorum. Niſi de-
¶Babylonis. b ¶Mœdi & Perſæ qui videbantur paruuli & contemptibiles.
traxerint eōs paruuli gregum, niſi diſſipatum
¶Habitantibus. ¶Babylon. ¶Apoſiopeſis. q. d. non credatis mihi.
fuerit cum ipſis habitaculum eorum. A voce
captiuitatis Babylonis commota eſt terra, &
clamor inter Gentes auditus eſt.

## CAP. LI.

HÆc dicit dominus: Ecce ego ſuſcitabo s
ſuper Babylonem & ſuper habitatores
eius, qui cor ſuum leuauerunt cōtra me,
quaſi ventū † peſtilentem, & mittam in Babylo- t u
¶Mœdos & Perſas.
nem ventilatores & vētilabunt eā. Et demolien- x
tur terrā eius, quoniā venerunt ſuper eā vndique
¶Et quia non potuerunt arcitenentes vel loricati Babyloniæ reſiſtere.
in die afflictionis eius. Nōn † tendat qui tēdit ar- y z

## NIC. DE LY.

¶ a Gladius. *ſ. Mædorum & Perſarum.*

b Ad Chaldæos. *deſtruendos.*

c Gladi. ad di. *qui deluſi à dæmonibus falſa Babylonijs diuinabant eis ſecuritatem promittendo. ideò ſequitur:*

d Qui ſtulti. *quia contrarium apparuit per defectum. Cætera patēt vſque ibi:*

e Siccitas ſuper aquas. *quia Mædi & Perſæ ſiccauerunt alueū Euphratis modo prædicto.*

f Quia terra ſcul. *i. diuerſis idololatrijs dedicata.*

g Et in portentis gloria. *i. in falſis figmentis, vt dicit glo. In Hebræo habetur: In* אבים *enim gloriantur. i. Deo vel idolo gigantum, vt dicit Ra. Sa.*

h Propterea habita. dra. *qui habitant in locis ruinoſis & deſertis.*

i Cum fatuis ſiccar. *i. Faunis & Satyris, vt dicit Huguitio, qui ſunt homines ſyluestres: vel ſecundum alios dęmones in tali effigie apparētes. Cętera patēt ex ſupradictis.*

k Ecce populus. *Hic ponitur deſtruentium conditio. Et primò ex regione, cum dicitur: Ecce populus venit ab aquilone. Secundò à ſtatura, cum dicitur: Et Gēs magna. Homines.n. aquilonares ſunt maioris corporis quam auſtrales. Tertiò à multitudine, ibi: Et reges multi conſurgent. Quartò ab animoſitate & crudelitate, cum dicitur: Arcum & ſcutum apprehendent &c. Quantò.n. homines ſunt magis aquilonares, tantò plus habent de ſanguine: & ſunt magis animoſi & iracundi.*

l Vox

q Ecce quaſi. *iſte populus contra Babylonem.*

r De ſuperbia. *Exponatur ſicut ſup.49. hoc excepto ꝙ ibi dicitur contra Idumęā. hic autem contra Babylonē vſq; ad finem huius cap.*

*In cap.50. vbi dicitur in Poſtilla: A facie gladij columbæ.*

### ADDITIO.

¶ In Hebræo non habetur hic aliqua dictio æquiuoca ad colūbā & ad vinoſitatē, ſed ſolū ſignificat colūbam ad literā. Et exponatur ſicut ſup.25. in additione.

## NIC. DE LY. CAP. LI.

HÆc dicit do. *Deſcripta Babylonis deſtructione modo plano, hic deſcribitur modo magis parobolico. Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur ſub parabola verbi. Secundò ſub parabola facti, ibi: Verbū qd̄ p̄cepit. Prima in in duas, quia primò ponitur parabolica deſcriptio. ſecundò ponitur explanatio, ibi: Acuite ſagittas. Prima in duas ſecundū duas parabolas. ſecūda ibi: Calix aureus. Prima parabola eſt de vēto peſtilēte, p quē intelligitur exercitus Mædorū & Perſarū veniens ad deſtructionem Babylonis, cum dicitur:* *Diuiſio.*

s Ecce &c. leuaue. con. *templum meum comburendo tempore Nabuchodonoſor, & vaſa mei cultus humanis vſibus applicando tempore Balthaſar, Dan.5.* D

t Quaſi ven. pe. *ſ. exercitum Mædorum & Perſarum.*

u Et mi. in Ba. *ſ. Cyrum & Dariū exercitus rectores.* †tumore.

x Et ven. eam &c. *bona eius rapiendo, & eam deſtruendo.*

y Nō tend. *ſic habēt libri correcti.*

z Qui ten. ar. ſuum &c. *q. d. pedites ſagittarij & equites loricati, nō poterunt defendere Babylonem. Secundū Hebræos litera talis eſt: Attendat tendens arcum ſuū, & non valebit lorica. Et eſi modus loquēdi decurtatus, vbi oportet aliquid ſupplere, ſicut 2. Reg.5.b. propoſuerat in die illa, qui percuſſiſſet Iebuſæum, ſubintelligendū eſt, fiet magiſter militiæ. & hoc modo cū dr̄ hic: Attēdat ſubintelligit bellatorē Babylonicū. Tēdens arcū ſuū.ſ. quilibet ſagittarius de exercitu Cyri & Darij: & nō valebit lorica.ſ. Babyloniorū ad ſuſtinendū ictū. & huic ſenſui magis cōſonat litera ſequēs, cū dicit: Nolite per &c. Huius deſtructionis ſubdit vna cauſa, cū dr̄:* † Iob.41.a

¶ a Quo-

### MORALITER.

✻ s *Hæc dicit &c.* In hoc cap. deſcribitur deſtructio Babylonis metaphoricè: per quā myſticè ſignificatur deſtructio Iudææ. & ponitur hic triplex parabola. Prima eſt de vēto peſtilēte, cū dr̄: t *Quaſi ven.* per quem ſignificatur exercitus Romanorum, quia ſicut vētus peſtilens deſtruit domos & frangit arbores & eradicat, ſic exercitus Romanorum deſtruxit Iudææ ciuitates & caſtra, & ſuccidit arbores ad faciendum machinas et implendū foſſata, et homines partim occiſi et partim captiuati fuerunt in illa guerra. †habitabit

✻ Fugite

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *Quoniam non fuit vidua*. Quia dominus miſit eos in vindictam populi ſui, quem non corripiendo caſtigauit, ſed ſæuiendo contriuit, vnde: Væ Aſſur, virga furoris mei.

Iſa.10.b

b *Fugite de me. Baby.* Poſt plagas Babylonis ad Iudęos hiſtoricè, ad fideles myſticè exhortationē conuertit, vt fugiāt de medio Babylonis .i. mundanæ cōfuſionis. Orig. Non gradatim .ſ. nō pedetētim, ſed velociter exite qcūq; cōfuſam habetis aīam variorū paſſione vitiorū, ad vos ſermo dirigit. Pōt euenire, vt qs in Babylone ſit: ſed cū in extremis finibus eſt, quodā modo extra Babylonē eſſe videatur. Aliud aūt eſt in medietate Babylonis eſſe, vt vndiq; ęqualε ſit ſpaciū: & in vmbilico eius quaſi in medio cordis aīalis habitet. Sicut .n. aīalis medietas eſt cor: & Lucas cor terrę noīat medietatē terræ. Sicut in Ezechiele dici vr̄: In corde maris poſita Tyrus, & nūc peccatores de medio Babylonis .i. de corde eius fugere debere dicit. Fugite ergo de medio Babylonis: vt medietatē deſerentes, in finibus incipiatis eſſe, nō in medio. Qui .n. valde merſus eſt vitijs, medius Babylonis habitator eſt, q paulatim malū relinquit, & naturā ad meliora conuertit, & incipit nō tā virtutes poſſidere, quā cupere, de medio Babylonis fugit, nō tñ diſcedit. Taliter exponēdo credendū eſt, ſacras literas nec vnū quidē apicē habere vacuū à ſapientia Dei. Qui .n. ait: Nō apparebis in cōſpectu meo vacuus, multò plus vacuū ipſe nihil loquitur. De plenitudine eius accipientes prophetæ, q̄ erant de plenitudine ſumpta cecinerunt. Ideo ſp̄ ſacra volumina ſpiritū plenitudinis ſpirant. Nihilq; eſt qđ nō à plenitudine maieſtatis deſcendat. Spirant aūt his q habēt oculos ad vidēda cęleſtia, & aures ad audiēda diuina, & nares ad ea q̄ ſunt plenitudinis odoranda. Primū ergo oportet fugere de medio Babylonis, deinde ſingulas aīas reſaluare. Nec tñ dixit ſaluare, ſed ſ̄m aliā editionē reſaluare. Quia quōdā guſtātes ſalutē, & de ea p peccatū corruētes, venim⁹ in Babylonē. Iō oportet vnumquēq; reſaluare animā ſuā, vt incipiat recuperare qđ perdidit. vnde Pet. Reportabimus finem fidei, ſalutem animarum &c. Sed in nobis eſt fugere de Babylone, & in noſtra poteſtate, ſi velimus reſuſcitare quod corruit.

Moraliter. | † confeſſio in plateis. | Ezech.27.a | † ob ea quę fecit in sāctū Iſraelis. | Exo.23.b | † Iſa.21.c. Apoc.24.b | F | 1 Pet.1.b

c *Nolite.* Orige. Alia editio: Ne proijciamini iniquitatibus eius. Qui in iniuſtitia Babylonis eſt, & pęnitentiā nō egerit, conſequens eſt vt proijciatur. Alibi dr̄: Elegi abiectus eſſe in domo Dei nr̄i, nō proiectus. Hic aūt non poſuit, ne abijciamini, ſed ne proijciamini. Aliud eſt .n. proijci, aliud abijci. Qđ .n. deſpicitur, abijcitur: qđ penitus à ſalute alienum eſt, proijcitur. vnde: Duces populi mei proijcientur ex domo deliciarū ſuarū pp̄ peſſimas voluntates ſuas. Cleri eorū non proderunt eis, qa tp̄s vindictę eius eſt à dn̄o. Miro ſenſu dicit ſupplicia irrogari pp̄ eius vltionē qui ea patitur. Cum .n. quis non vindicatur, impunitus relinquitur. vnde: Non viſitabo ſuper filias veſtras qñ fornicabuntur. Non ergo Deus iratus peccatores punit: ſed ſic expedit loqui. Magna ira eſt a Deo tormenta non perpeti. Qui .n. punitur, ad hoc punitur, vt emendetur: ēt ſi ab ea q̄ vocatur ira Dei corripitur. Chriſti quoq; filijs peccantibus pęna promittitur, ne venia denegetur. vnde: Si dereliquerint filij eius legem meā, & in iudicijs meis nō ambulauerint &c. vide ergo qūo nōdum pœna dignus ſit, qui adhuc criminalia ſcelera cōmittit, nec luit. Viſitatio .n. Dei per vſitata tormenta demōſtratur. Qui autem peccans corripitur, neſcio quid ei excurrat de pęna.

Pſal.83.c | Mich.2.c. ſecundū LXX. | Hoſee.4.c | Pſal.88.c | G

d *Viciſſitu. ipſe retri. &c.* Idem &c. Non oībus ipſe Deus retribuit. Sunt qbus p alios retribuit, vel puniens vel medicans p dolorē. vnde: Miſit in eos furorē iræ ſuæ. Furorē & irā, & anguſtiā, immiſſionē p angelos peſſimos: alijs forſitā p bonos angelos retribuit, vt eis q pro ſceleribus puniunt, eſt qñ miniſtrorū officio refutato ipſe retribuit, vt nūc Babyloni. Qñ verò ſūt vulnera facilia, prompta curatio, mittit medicus ſeruū, mittit diſcipulū, & p eū medicat. Aliqñ ſectionis & ferri indiget q ſanatur, nō tñ ipſe venit, ſed vno ex diſcipulis q curare valeat, vtit miniſtro. Qñ verò inſanabiles plagæ & alta putredo in emortua carne, qñ nec ſerui, nec diſcipuli, ſed ipſius magiſtri manibus indiget: tūc ipſe manibus p̄cinctus lūbos, ad ſectionē vulneris concitatur. Similiter quando ſunt minora peccata miniſtris vtit Deus: qñ verò grauiora, tunc ad retributionē ipſe feſtinat.

e *Calix au. &c.* Non eſt ſp̄ calix aureus Babylonis vel ī manu dn̄i, cū .n. ad vindictā venerit, & ī manu dn̄i poſita fuerit, efficiet terra, q̄ tacta eſt in Iob. Nec iugiter in manu dn̄i cōtinet: ſed tunc tm̄ cū reſtituet ei dn̄s qđ meret. Orige. Calix au. Baby. Nabuchodonoſor volēs decipere hoīes p calicē Babylonis, nō miſcuit in vaſe fictili, ferreo, æneo, ſtanneo: & qđ iſta p̄cellit, argēteo. In vaſe aureo poculū tēperauit, vt vidēs decorē radiantis auri, totis oculis hæreas in ſpecie, nec cōſideres qđ intus hēt: ſed arripias & neſciēs bibas. Calicē Nabuchodonoſor, intellige prauorū peſtifera verba dogmatū, qualē habeāt ſermonū cōpoſitionē, qualē eloquētiæ decorē, & cognoſces qualiter qſq; poeta calicē aureū tēperauit, & iniecit venenū idololatrię & turpiloquij & eorū dogmatū q̄ aīam occidūt, & falſi noīs ſciæ: Ieſus aūt cōtra fecit. Sciēs .n. aureū calicē diaboli, ne qs ad fidē veniens putaret ēt talē Chriſti calicem eſſe qualē reliquerat, & pro ſimilitudine materię formidaret errorem, curauit vt haberetur theſaurus iſte in vaſis fictilibus. Sæpe vidi aureum calicem pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum venena cōſiderans, deprehendi calicem Babylonis.

H

f *Inebria. om.* Vide oēs hoīes ebrios. inebriamur ira & triſtitia, inebriamur & mēte, excedimus amore, cōcupiſcētia, vana gloria. Aīaduerte oēm terrā plenā eſſe peccatis, & nō q̄ras qūo Babylon oēm terrā inebriauerit. Iuſtus .n. nō eſt in terra, ſed ſup terrā, cōuerſationem habens in cęlis, nec cōuenit ei dici: Terra es, & in terrā ibis: ſed cęlū es, & in cęlum ibis: portat .n. imaginem cęleſtium. Inebriat ergo calix aureus oēm terrā .i. ab eo oēs inebriamur quādiu terra ſumus.

g *De vino.* Idē &c. Sicut in his q vinū corporalē bibunt ſup mēſurā, videm⁹ ebrij corporis motū, vacillātes pedes, caput & tp̄a grauata, os diſſolutū & hęrētibus labijs verba p̄ciſa. Sic q de calice aureo Babylonis biberūt, inſtabiles greſſu, debilitati mēte, fluctuāte conatu, nihil firmū tenēt: ſed ſp̄ī turbatione agunt incerti: biberunt Gentes, ideò cōmotæ ſunt.

h *Subito ceci.* Significat cōſummationē mūdi ſubitò futurā, q̄ nō p partes ſed repēte fiet, ſicut Iericho corruens citò vel ſubitò perijt. Si aūt veneris ad aduētū Chriſti, & videris magnum

cum ſuum, & non aſcendet loricatus.
a ¶ O Mœdi & Perſæ nec ætati .ſ. parcent nec ſexui.
Nolite parcere iuuenibus eius: interficite omnē militiam eius. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & † vulnerati in
a regionibus eius, quoniam non fuit viduatus Iſrael & Iuda à Deo
a ¶ Carnalis vita.
ſuo domino exercituum: terra autem eorum repleta eſt delicto
b † à ſancto Iſrael. Fugite de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſquiſ-
a ¶ Nondum pœna .ſ. digna eſt.
c que animam ſuam. Nolite † tacere ſuper iniquitatem eius: quo-
¶ Qui enim tacendo aſſentit, particeps fit pœnæ & culpę, dum adhuc ſcelera committit nec luit.
niam tempus vltionis eius eſt do
a ¶ Non per miniſtros, ſed per ſemetipſum.
d mino: viciſſitudinem ipſe retri-
a ¶ Ornatus ſermonis.
e buet ei. Calix aureus Babylon
a ¶ Poteſtate. b ¶ Vitijs.
f in manu domini, inebrians om
a ¶ Omnes .ſ. qui terra ſunt. b ¶ In quo ſunt luxuria.
g nem terram. De vino eius biberunt Gentes, & ideo commo-
a ¶ Nihil certi tenentes.
a ¶ Non paulatim, non per partes. Quia dies domini ſicut fur veniet.
h tæ ſunt. † Subitò cecidit Baby-

## NICOL. DE LYRA.

a Quoniam non. *i. derelictus ab eo totaliter, quia licèt permiſerit populum ſuum affligi & captiuari à Chaldęis, tamen poſtea vindictam accepit. Ideò ſubditur:*

b Fugite de medio Ba. &c. *Et patet litera.*

c Calix. *Hic ponitur ſecunda parabola .ſ. calicis aurei inebriantis Gentes, per quem deſignatur rex Babylonis, qui potum doloribus multis Gentibus propinauit. Et quia hoc fecit crudeliter & ſuperbè, attribuēs ſuæ virtuti quod fiebat virtute Dei, ideo factum eſt ſibi ſimile ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ. Et ſecundum hoc patet litera vſque ibi:*

a Tollite

## MORALITER.

a *Fugite de me. Ba.* p hoc ſignat ſalus Chriſtianorū, q imminēte Romanorū aduētu p monitionē angeli receſſerūt de Iudæa trāſeūtes in regnū Agrippę, q cōfederat⁹ erat Romanis: & ſic fuerūt ibi ſaluati. Moraliter aūt p ventū peſtilentē, ſignat ſupbia, q̄ vētus eſt ſubuertēs oīa bona. vnde verſus: Si tibi copia, ſi ſapiētia formaq; detur. Sola ſuperbia deſtruit oīa ſi comitetur. Secūda parabola ponit hic

c *Calix au. Ba.* per calicē in ſacra ſcriptura frequenter ſignificatur dolor pęnalis & anguſtia, pp qđ p calicē illū ſignificat paſſio Chriſti & diſcipulorū eius, quem calicem Iudæa propinauit eis, vt patet ex textu Euangeliorū & Actuū Apoſtolorū. pp qđ Chriſtus dixit diſcipulis, Matt. 20. c. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſū? &c. Et iō iuſto Dei iudicio in vltionē mortis Chriſti & diſcipulorū eius Iudæi calice doloris & anguſtiæ fuerunt inebriati: & hæc eorū tribulatio ſignificatur hic diffuſè per tribulationem Babyloniorum, quæ fuit valde magna. Ideò concluditur inferius.

B



gnum eius opus qūo ſubuertit oīa dogmata Gentiū, vt credentes de erroris iugo eximeret, videbis: qa in paſſione eius Babylon ſubitò corruit & cōtrita eſt, videat quiſq; Babylonem in pectore ſuo corruiſſe. In cuius .n. corde nō cecidit, Chriſtus ei nondum aduenit: Babylon ruit, & ædificatur Ieruſalem ciuitas ſancta Dei.

A

a *Vlulate ſuper eam &c.* Hiero. Quia nulla aīa apud Deum inſanabilis, conſiliū dat eis qui p̄nt tranſmigrationis in Ieruſalē & teſtimonij habere reſinam ad emplaſtra facienda, vt aſſumant medicamina, & quāto p̄nt ſtudio ſanitati reſtituāt Babylonē. Rogemus ergo dn̄m, vt det nobis reſinā rōnabilē, de qua dicamus: Eſt malagma imponere & oleū & alligaturas, & imponentes ligemus vulnera Babylonis vt ſanet, vt curata deſinat eſſe qđ fuerat. Hoc eſt qđ ait: Accipite reſinā & correctionem eius ſi quo modo ſanabit. Vbi ſunt hæretici q naturas quaſdā itroducētes, aſſerūt eſſe materiā deſperabilē, q̄ penitus nō recipiat ſalutem? Deus aūt nec deſpicit Babylonem: præcipit .n. medicis, vt accipiāt reſinā ſi quo modo ſanet. Quidam ergo eorū accipientes reſinā correctionis Babylonis, fecerunt qđ fuerat imperatū, eā audientes poſſe recipere ſanitatē: ſed qa noluit curari, ſatisfaciunt boni medici & dicunt: Cura. & nō eſt ſa.

b *Curauimus.* Vide ne qñ angelis præcipiat Deus languenti aīæ tuę medicamina cōficere, ſi quo modo poſſit ſanari. & reſpondeat ei: Curauimus Babylonē. oſtendentes aīam tuā paſſione confuſam, & nō eſt ſanata. Nō ſciam artis, nec vim reſinę criminanī, ſed te qui noluſti eis obedire. Sunt medici ſub magno medico angeli Dei volētes aīas noſtras à vitijs curare, quos ipſi repellimus dū cōſilijs eorū non acquieſcimus: qui vidētes ſe pdere operā, adinuicē dicūt: Relinquamus eā &c. Q tradita eſt nobis medicina à Deo, vt aīam curemus humanā: adiutoria & medicamina adhibuimus: cōtumax eſt, nō vult obſeruare qđ dicimus, ſtudiū nr̄m nō ſequitur effectus: abeamus vnuſquiſq; in terrā ſuā .i. ad domeſticū & proximū negocii. Caue ne qñ relinquat te medicus vel angelus Dei, vel cui credita eſt cura ſermonis ad medicamina ſalutis: ſi .n. dereliquerint te, & dixerint: Abeamus qſq; in terrā ſuā, qa appropinquauit in cęlū iudiciū eius: patet ꝙ abſceſſio medici cōdemnatio tua ſit, vt irremediabilis nolentiſq; curari. Accidet ergo tibi qđ accidit his q deſperantur à medicis, & vtentes voluptate morbi ad peiora mergunt. Sępe prudēs medicus accedit ad lāguentē, & quantū ars patit & induſtria medicinæ, non ceſſat: ſed ſi ęgritudo tanta ſit, vt repugnet curationi, aut æger per impatientiam doloris cōtra faciat qđ iubetur, relinquit eum deſperans medicus ne expiret inter manus eius, & mortis videatur reus. Ne ergo inter ſanctorū angelorum manus moriamur, relinquunt nos deſperātes & dicentes: Non eſt malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturam: quia appropinquauit iudicium eius cœlo, eleuauit vſq; ad aſtra. Qui paruū peccatum habet, non vſq; ad cœlum & ſidera iudicium ſuū affert: puſillum enim & humile eſt. Qui verò creſcit in ſcelere, creſcit & in iudicio: ſimulq; cum vitijs augetur & pęna. Et quia tantū delinquit, vt iudicium eius vſq; ad cęlum ſubleuetur: & per impietatem ſuā reſiſtens Deo ad ſuperiora aſcendat, profert Deus iudicium ſuum ad humiliandum quod exaltatum eſt.

B

c *Qui leuat nubes.* Ideſt prædicatores, & prophetas, qui nos à calore futuri iudicij defendunt imbre eloquij ſui, cum futura depromunt.

C

d *Fulgura in.* Prædicatores, prophetarum fulgura ſunt, cum inimicos percutiunt: Pluuię, cū deuotos à peccatis abluūt & imbrem

a ¶ In corde eius, cui aduenit Chriſtus. b ¶ Plāgite.
a lon & contrita eſt. † Vlulate ſu-
a ¶ Angeli .ſ. animarum medici.
per eam, tollite reſinam ad do- a
a ¶ Quia nulla anima Deo inſanabilis.
b ¶ Q. Poteſt ſanari ſi vult.
b lorem eius, ſi fortè ſanetur. Cu b
a ¶ Vox medicorum domino reſpondentium.
¶ Q. Non eſt vitium artis reſinæ.
rauimus Babylonem, & nō eſt
a ¶ Qui non vult nobis obedire. ¶ Quia .ſ. perijt opera & impenſa. b ¶ In infirmitate deſperatam.
ſanata. Delinquamus eam, &
a ¶ Proprium negotium.
eamus vnuſquiſque in terram
ſuam. Quoniam peruenit vſq; c
a ¶ Creſcente culpa creſcit & damnatio.
ad cœlos iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes. Pro- d
a ¶ Contra Babylonem.
tulit dominus iuſtitias noſtras:
a ¶ Vox angelorum vel prædicatorum, qui videntes plagam Babylonis incurabilem, hortantur ſeſe di. venite & nar. b ¶ Virtutes .ſ. & miracula. c ¶ Eccleſia, quæ ſola peruenit ad Dei contemplationem cum angelis.
venite & narremus in Sion o-
¶ O Mœdi & Perſæ.
pus domini Dei noſtri. † Acui- e
te ſagittas, & † implete pharetras. Suſcitauit dn̄s ſpiritum regum Mœdorum: & contra Babylonem mens eius eſt, vt
a ¶ Pro populo ſ̄ o.
perdat eā. Quoniam vltio do- f
a ¶ Quod ſuccenderunt Babylonij.
mini eſt, vltio templi ſui. Super g h
muros Babylonis † leuate ſi-
a ¶ Vt nemo effugiat.
gnum, augete cuſtodiam. Leuate cuſtodes, præparate inſidias, quia cogitauit dominus, & fe-
¶ Per prophetas.
cit quæcunq; loquutus eſt con-
a ¶ O Babylon.
tra habitatores Babylonis. Quę i
a ¶ Quia per medium eius effluit Euphrates. vel typice ſignificat multitudinem populorum.
habitas ſuper aquas multas lo- k
cuples in theſauris: venit finis l
¶ Aliàs munitionis.
tuus † pedalis præciſionis tuæ.
a ¶ Firmiter ſtatuit.
† Iurauit dominus exercituum m
a ¶ Toto affectu. b ¶ Quia ad deſtructionem eius innumeræ Gentes conuenerunt.
per animam ſuam, quoniā re- n o
plebo te hominibus quaſi bru p q
a ¶ Triumphale carmen.
b ¶ Ab hoſtibus pro adepta victoria.
cho, & ſuper te celeuma cantabitur. † Qui fecit terram in for r s t
a ¶ Filio, qui virtus & ſapientia patris. Omnia enim per ipſum facta ſunt.
titudine ſua, & præparauit or- u
bem in ſapientia ſua, & pruden x
a ¶ Quia omnia cœleſtia fecit.
tia ſua extēdit cęlos. Dāte eo vo y
a ¶ Prædicationis doctrinæ.
b ¶ Cœleſtibus.
cē multiplicātur aquæ in cęlo. z
a ¶ Ad prædicationis faſtigia.
b ¶ Ab humili propoſito.
c Qui leuat nubes ab extremo a
d terrę, fulgura in pluuiam fecit, b

## NIC. DE LY.

a Tollite reſi. *i. medicinam ad dolorem eius ſanandum ſeu mitigandum. Et loquitur ironicè. vnde ſubditur:*

b Curauimus Baby. &c. *Et loquitur ſcriptura ad modum medici totaliter deſperantis de ſanatione infirmi: quia tunc dimittit. dicit tamen glo. quòd verbum eſt angelorum ad cuſtodiam Babyloniæ deputatorum, dimittentium eam temporaliter affligi, ex quo viderunt ſuper hoc voluntatem Dei. Ideo ſubditur:*

c Quoniam perue. vſq; ad cœ. iu. eius. *ideſt coram Deo.*

d Protulit do. iu. no. *verbum eſt prophetæ in perſona redeuntium de Babylonica captiuitate, confitentium ſe liberatos per meritum Ieremiæ, Ezechielis, & Danielis & aliorum ſanctorum illius temporis, & etiam patrum antiquorum.*

e Acuite. *Hic conſequenter ponitur dictarum parabolarum explanatio. & primò primæ, ſecundò ſecundæ, ibi: Collidis. Prima in duas, quia primo ponitur explanatio, ſecundò dicti confirmatio, ibi: Iurauit. Prima parabola ſignificabat exercitum Mœdorum & Perſarum Babyloniam deſtruentem: hoc autem fuit maximè per artem ſagittandi. Et ideo explanans modū deſtructionis dicit: Acuite ſagittas &c.*

f Quoniam vltio do. *in cuius contemptum Balthaſar vaſa diuino cultui deputata communibus vſibus applicauit.*

g Vltio tem. *quod Nabuchodonoſor combuſſit.*

h Super mu. Ba. le. *q. d. quantumcunq; Babylonij ſe diſponant ad defendendum, tamen nihil eis valebit. ideo ſequitur: Quia cogitauit dominus & fecit &c.*

D

i Quæ ha. ſuper. *hoc dicitur, quia Euphrates fluuius magnus tranſibat per ciuitatem ante eius deſtructionem.*

x Locuples in. *de diuerſis prouincijs crudeliter congregatis.*

l Venit fi. tuus pe. præciſio. *q. d. tu es prope caſum, ſicut arbor cui eſt ſola menſura pedis præſcindenda. In Hebræo habetur: Venit finis tuus menſura rapinæ tuæ. i. ſecundum menſuram peccati tui rapiendo crudeliter bona aliorum. Et iſte ſenſus magis conſonat literæ præce. vbi dicitur: Locuples in theſa.*

m Iurauit do. *Hic conſequenter ponitur confirmatio dicti: & hoc diuino iuramento, cum dicitur: Iurauit do. exe. i. angelorum.*

n Per animam. *i. per ſeipſum, quia ſpiritus eſt Deus, Iohan. 4. d. non enim habet maiorem per quem iuret, ideo iurat per ſeipſum, Gene. 22. c. Per memetipſum iuraui dicit dominus.*

o Quoniam reple. *Babylonem.*

p Hominibus. *tibi aduerſantibus.*

q Quaſi brucho. *qui incedit cum magna multitudine:*

r Super te celeu. canta. *Eſt autem celeuma canticum vindemiatorum. Et per hoc deſignatur gaudiū Mœdorum & Perſarū in effuſione ſanguinis Chaldęorū & deprædatione eorum.*

s Qui fecit. *hoc refertur ad illud quod prædictum eſt: Iura. do.*

t In forti. ſua. *i. potentia infinita quæ requiritur ad creationem.*

u Et præpar. or. *i. gubernauit.*

x Prudentia ſua exten. cœ. *qui ad modum tentorij videntur extendi ſuper terram.*

y Dante eo. *i. præcipiente.*

z Multipli. aquæ in cœlo. *ſ. aereo in quo generantur.*

a Qui eleuat nubes ad extre. *i. ab oceano terram habitabilem terminante. inde enim pro maiori parte eleuantur exhalationes humidæ quæ condenſantur in nubes.*

b Fulgu. in plu. *Pluuia enim abundans facit ceſſare fulgura.*

a Et

† Iſa 21. c Apoc. 14. b | Diuiſio. | † Expolite | † ſtatuite | Celeuma

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

E & imbrem ſalutis infundunt: vnde ſpirituales germinent fructus, & in maturam meſſem coaleſcãt.

a *Et producit.* venti ſunt Apoſtoli, quorũ prædicatio percurrit mundum tanquam ventus celerrimus.
Pſal.7.d de quibus alibi dicitur: Sagittas ſuas ardentibus effecit. Ipſis enim ventis pennæ propter diſcurſus ce-
2. Reg.22.b leritatem tribuuntur. vnde: Volauit ſuper pennas ventorum.

b *Stultus factus.* Bene poſt ſubuerſionem Babylonis reprehendit fa-
†opera errorum. bricatores idolorum, quia per ſtultitiam humanæ mentis facta ſunt opera vana & riſu digna: quia nec ſpiritus in eis, nec vox, nec vlla efficacia: vnde nec ſe, nec cultores ſuos in die viſitationis liberare poſſunt.

c *Confuſus eſt.* Raba. Demonſtrata ſubuerſione Babylonis, redit propheta ad autorem tanti iudicij: quia non eſt poteſtas niſi a Deo, qui dominatur in regno homi-
Rom 13.a num, & cui voluerit dabit illud.

d *Ecce ego ad &c.* Mõs peſtifer Nabuchodonoſor, & regnum Chaldæorum, vel diabolus qui alibi
Iſa.13.a mons caliginoſus propter tenebras erroris dicitur.

e *Et dabo te in mon. &c.* Ad hũc mõtem pertinẽt Iudæi, hæretici, blaſphemi, & omnes impij qui perdurant in malitia, nec cõuertuntur, vt fiant lapides viui in ædificio Dei.

f *Ceſſauerunt fortes &c.* Veniẽte Cyro & Dario ceſſauit robur Babylonis & principum eius.

a *Filia*

F

## NIC. DE LY.

a Et producit ventos de theſauris ſuis. *i. de locis hominibus occultis.*

b Stultus factus eſt omnis homo à
† tollent ſcientia. *Et loquitur hic de ſcientia ſuperſtitioſa, cuiuſmodi eſt Necromantia & eius partes. Ideo ſubditur:*

c Confuſus eſt oĩs conflator in ſculptili. *Et loquitur de imaginibus per Aſtronomiam factis, & per alios modos ſuperſtitioſos.*

d Quia mendax eſt conflatio eius. *Quod probat dicens:*

e Nec eſt ſpiritus in eis. *Si n. aliquando dentur in eis reſponſa, hoc eſt à dæmonibus.*

† horripilantem f Vana ſunt opera. *i. nullam virtutem de ſe habentia.*

g Et riſu digna. *ideſt deriſibilia ſapientibus.*

h In tempore viſitationis ſuę peribũt. *Deſtructa enim Babylone, deſtructa fuerunt idola quæ ibi erant.*

i Non ſicut hæc. *ſ. vana.*

† firmata eſt k Pars Iacob. *ſupple eſt.*

l Quia qui facit omnia. *ſcilicet Deus verus.*

m Ipſe eſt &c. *ſ. pars Iacob.*

n Et Iſrael ſceptrum hæreditatis eius. *Fideles enim poſſident dominum per fi-*
† defecit *dem & dilectionem, & Deus poſſidet eos per gratiam. Et ideo ſicut fideles ſunt pars Dei, ita & Deus eſt pars eorũ: quia præelecti ſunt à Deo, & ipſi præeligunt eum alijs contemptis.*

o Collidis &c. *Hic ponitur explanatio*
Diuiſio. *ſecundæ parabolæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur parabolę ſententia.*

---

a ¶Scilicet vnde ſpirituales poſſunt prodire diuitiæ.
a & producit ventos de theſauris ſuis. a
a ¶Idololatra, vel hæreticus, vel ſchiſmaticus.
b Stultus factus eſt omnis homo à ſcien- b
a ¶Figmenti. b ¶Idolorum vel errorum & prauorum dogmatum.
c tiã, cõfuſus eſt omnis conflator in ſcul- c
a ¶Hoc eſt, non eſt talis Iſrael vnius Dei cultor. Licèt enim plurimi errauerunt, multi tamen in fide permanſerunt, & ideo liberati ſunt.
b ¶Figmenti.
ptili: quia mendax eſt cõflatio eius, nec d e
eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt opera, & f
a ¶Iudicij generalis.
† riſu digna, in tẽpore viſitationis ſuæ g h
a ¶Cum autoribus ſuis. b ¶Doctrina vel prophetica vel apoſtolica.
peribunt. Nõ ſicut hęc pars Iacob, quia i k l
a ¶Solus immutabilis omnium creator.
b ¶Eccleſia.
qui fecit oĩa ipſe eſt, & Iſrael ſceptrum m n
hæreditatis eius: dñs exercituũ nomen
a ¶Arma bellica vel bellatores.
eius. Collidis tu mihi vaſa belli, & ego o p q
a Iuſto iudice retribuente vnicuiq; ſecundum opus quod fecit, ſicut in futuro recipiet vnuſquiſq; ſecundum opera ſua.
collidã in te Gẽtes, & diſperdã in te re- r
gna. Collidã in te equũ & equitem eius, s
& collidã in te currũ & aſcẽſorem eius,
¶Vtrumq; ſexum.
& collidã in te virũ & mulierẽ. Et col-
¶Quamlibet ætatem.
lidã in te ſenẽ & puerũ, & collidã in te
iuuenem & virginẽ, & collidã in te paſtorẽ & gregẽ eius, & collidã ĩ te agricolã & iugales eius. Et collidã in te duces
& magiſtratꝰ, & reddã Babyloni & cũ-
ctis habitatoribꝰ Chaldęę oẽ malũ ſuũ, t
qđ fecerunt in Sion in oculis veſtris, ait u
a ¶Superbiæ.
d dñs: Ecce ego ad te mons † peſtifer, ait x
a ¶Terrenos vniuerſis vitijs dedito.
dñs: q corrũpis vniuerſã terrã, & exten-
a ¶Vindicta.
b ¶Separabo.
dam manũ meã ſup te, & euoluã te de y
a ¶In fide firmis.
b ¶Aeternæ. vbi luas pœnas ſuperbiæ.
e petris, & dabo te in mõtẽ cõbuſtiõis: & z a
a ¶Angularem. ſ. ædificij cœleſtis fundamentum.
nõ † tollã de te lapidẽ in angulũ, & lapidem in fundamẽto: ſed † pditus in æter-
a ¶Vox prophetæ.
b ¶Vexilla, arma bellica.
num eris, ait dñs. Leuate ſignum in ter- b
ra, clãgite buccina in mõtibus: † ſanctifi c
cate ſuper eã Gẽtes, annũciate cõtra illã d
a ¶Armeniæ.
regibꝰ Ararath, Mẽni & Aſcenez, † nu- e f
merate contra eam Thapſar, adducite g
equũ quaſi bruchũ † aculeatũ. Sanctifi- h
a ¶Quia expletura ſunt ſanctam Dei voluntatem, iuſtam retributionem retribuentem.
cate contra eam Gentes, reges Mœdiæ duces eius, & vniuerſos magiſtratus eius, cunctamq; terram poteſtatis eius.
Et cõmouebitur terra & cõturbabitur,
quia † euigilabit contra Babilonẽ cogi- i
tatio dñi, vt ponat terrã Babylonis de-
f ſertã & inhabitabilẽ. Ceſſauerunt for- k
tes Babylonis à prelio, habitauerunt in
præſidijs. † Deuoratũ eſt robur eorum,
¶Imbelles.
& facti ſunt quaſi mulieres. Incẽſa ſunt l m
¶Munitiones.
tabernacula eius, contriti ſunt vectes n
¶Captæ ciuitati.
eius. Currens obuiam currẽti veniet, & o

---

*tentia. Secundò, Ieruſalem querimonia, ibi: Comedit me. Sententia verò parabolæ conſiſtit in hoc, quòd per eam deſignatur rex Babylonis propinans alijs potum mæroris, & ſic factum eſt ſibi & ſuis: quia victorias factas virtute Dei adſcribebat ſibi. Ideò ſibi dicitur in perſona domini: Collidis tu mihi, i. vt inſtrumentum iuſtitiæ meæ.* G

p Vaſa belli. *i. apparatum bellorũ aliarum Gentium.*

q Et ego collidam te in Gentes. *Quia iuſtitiam meam voluntate iniqua exequutus es.*

r Et diſperdam in te regna. *Tibi ſubiecta & te auxiliantia.*

s Collidam in te equũ & equitẽ &c. *ideſt equos & equites, quia ponitur hic ſingulare pro plurali. Et ſimiliter in ſequentibus. Et patet litera vſque ibi:*

t Omne malũ quod fecerunt in Sion. *Templum concremando.*

u In oculis veſtris. *In hoc alloquitur Iudæos, qui hoc viderunt, quorum plures erant in Babylone.*

x Ecce ego ad te mons peſtifer. *i. Babylon, quæ es mons altus per potentiam & ſuperbiã. Et peſtifer, occidendo Gentes alias crudeliter.*

y Euoluam te de petris. *i. de fortalitijs tuis, in quibus confidis.*

z Dabo te in montem combuſtionis. *Quia Babylon fuit combuſta à Mœdis & Perſis.*

a Et non tollam de te lapidem in angulum &c. *id eſt non reædificaberis vltrà.*

b Leuate ſignum. *i. vexillum ad congregandum bellatores contra Babylonem.*

c Sanctificate. *i. confirmate ad bellandum. Sanctum enim in vna ſignificatione idem eſt quod firmum.* H

d Annunciate contra illam regibus Ararath. *i. Armeniæ regibus.*

e Menni & Aſcenez. *Nomina ſunt regnorum.*

f Numerate contra eam Thapſar. *Nomen eſt Hebraicum, & ſignificat exercitum, qui numeratur in expeditione.*

g Adducite equum. *i. equos.*

h Quaſi bruchum aculeatum. *i. agiles & præparatos ad bellum. Cætera patent vſque ibi:*

i Quia euigilabit contra Babylonem cogitatio domini. *Videbatur enim quaſi dormiens permittendo crudelitates Chaldæorum, & euigilans in punitione eorum.*

k Ceſſauerunt fortes Babylonis. *Victorias enim fecerant virtute diuina. Et ideo ipſa retracta non ſolum ceſſauerunt à victorijs, ſed etiam fuerunt deuicti ab alijs. Ideo ſubditur:*

l Et facti ſunt quaſi mulieres. *quę ſunt imbelles.*

m Incenſa ſunt tabernacula eius. *i. habitatores Babylonis.*

n Contriti ſunt vectes eius. *Per fractionem portarum.*

o Currens obuiam currenti veniet, & nuncius obuius nuncianti, vt an. &c. *Babylon enim erat ciuitas valde magna. Dicit enim Hieronymus ſuper Pſalmos, quòd erat ædificata in quadro, & quodlibet latus habebat in longitudine ſedecim miliaria, quæ faciunt octo leucas: Propter quod dicit Philoſophus in libris Politicorum, quod magis erat dicenda regio clauſa muris quam ciuitas. Et ideo de domo regia frequenter currebant nuncij ad portas ciuitatis, & econuerſò ad denunciandum ſtatum: & ideo ingreſſus aduerſariorum citò fuit regi nunciatus. ideo ſubditur:*

a *Capta*



A a *Filia Babylonis quaſi area.* Fuit plebs Babylonis quando per potentiam regni & diuitiarum abundantiam triturabat & conterebat Gentes: ſed tempus meſſionis eius venit, cũ cogitur recipere quod geſſit, de qua ex perſona Iudaicæ plebis conſequenter dicitur: Comedit me & deuorauit me.

b *Et deſertum faciam mare.* Myſticè. Mare huius ſeculi ſignificat turbulentiam, quod dominus deſertum ponit. Faciet enim ceſſare luxum eius, & diſſipabuntur iniqui, qui confuſioni errorum vitiorumq; deſeruiebant.

c *Quomodo capta eſt Seſach.* Seſach, byſſus ſacci vel manus ſacci interpretatur, ſicut Babylon confuſio. Capta eſt ergo Seſach, & in ſtuporem facta eſt Babylon, quia idololatræ & diuerſis vitijs ſeruientes, fluctibus futuri iudicij ſubuertentur: & ſero pœnitẽtes, cum Bel qui interpretatur vetuſtas. i. cum antiquo hoſte confuſionem in inferno patientur perpetuam: vnde fideles ammonentur vt egrediantur de ſocietate eorum, ne cum illis pereant. Egredimini &c.

d *Egredimini de medio eius.* Qui vult animam ſuam ſaluam facere, fugiat perditorum conſortia: vereatur ſermonẽ domini vindictam peccatorum prædicentis in eccleſia, & auditur in ſcripturis ſãctis, de anno in annum atteſtãtibus, quia iudex dicturus ſit his qui à ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ &c. Non enim debemus in deſiderijs carnis moleſcere, & ſegnes in bono eſſe, ſed in meditatione eius legis & exercitio virtutũ ſtrenui.

a *Propterea*

## NIC. DE LY.

a Capta eſt ciuitas eius à ſummo vſq; ad ſummum. *i. à prima porta vſq; ad vltimam.*

b Et vada præoccupata ſunt. *Quia Mœdi & Perſæ per alueum fluminis intrauerunt, vt dictum eſt.*

c Et paludes incenſæ. *i. fortalitia quędam in paludibus ſita.*

d Et viri bel. contur. ſunt. *ex ſubito ingreſſu hoſtium.*

e Filia Babylonis. *Gens Babylonica.*

f Quaſi area. *i. Meſſis extenſa in area.*

g Tempus trituræ eius. *i. ſuæ cõtritionis, ſicut bladum teritur in area.*

h Comedit me. *Hic ponitur contra Babylonem querimonia de malo quod fecit in Ieruſalem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur querimonia. Secundò circa eam diuina iuſtitia, ibi: Propterea. Tertiò ſequens laus diuina, ibi: Et laudabunt. Circa primum dicitur in perſona Ieruſalem: Comedit me. populum meum occidendo, & bona rapiendo.*

i Deuorauit me Nabucho. *crudeliter hoc agendo.*

k Reddidit me quaſi vas inane. *Qđ non eſt aptum ad ſuum officium, quia ſic Ieruſalem deſtruxit quòd non erat apta habitationi hominum.*

l Repleuit ventrem ſuum teneritudine mea. *i. eo quod tenerrimè diligebam rapiendo ſibi vaſa aurea & argentea conſecrata diuino cultui.*

m Et eiecit me. *populum meum captiuando.*

n *Iniqui-*

---

nuncius obuius nuncianti, vt annũcient
¶Balthaſar.
regi Babylonis, quia capta eſt ciuitas eius a
a ¶Euphratis. ¶Ab hoſtibus.
à ſummo vſq; ad ſummum, & vada præ- b
occupata ſunt, & † paludes incenſæ ſunt c
¶Viri Babylonis. ¶Stupefacti.
igni, & viri bellatores conturbati ſunt. d
Quia hæc dicit dominus exercituũ Deus e
a Iſrael: Filia Babylonis quaſi area, tempus f g
† trituræ eius. Adhuc modicum, & veniet
tempus meſſionis eius. Comedit me, de- h i
uorauit me Nabuchodonoſor rex Babylonis. Reddidit me quaſi vas inane. k
Abſorbuit me quaſi draco, repleuit ven- l
trem ſuum † teneritudine mea, & eiecit m n
me. † Iniquitas aduerſum me, & caro o p
mea ſuper Babylonem dicit habitatio
Sion, & ſanguis meus ſuper habitatores
Chaldææ, dicit Ieruſalem. Propterea hęc q
dicit dominus: Ecce ego iudicabo cau- r
b ſam tuam, & vlciſcar vltionem tuam. Et s
a ¶Multitudinem. ſ. habitantium, ſuperius enim multitudo Aegypti mari comparata eſt.
deſertum faciam mare eius, & ſiccabo ve t
a ¶Luxus. ſ. b ¶Arenarum.
nam eius. Et erit Babylon in tumulos, u
a ¶Dæmonum.
b ¶Mirantium & videntium interitum eius.
habitatio draconum, ſtupor & ſibilus, x
a ¶Maiores dæmones.
† eò quòd non ſit habitator. Simul vt leo- y
a ¶Duces Chaldæorum.
nes rugiẽnt, † & excutiẽt comas veluti ca- z
a ¶Minores.
b ¶Aeſtu tribulationum.
tuli leonum. In calore eorum ponã † po- a
a ¶Calice iræ. b Sopore mortis æternæ.
tus eorum, & inebriabo eos vt ſopiantur
& dormiant ſomnum ſempiternum, & b
non † conſurgant, dicit dominus. Dedu- c
a ¶Gladio domini occidendos.
cam eos quaſi agnos ad victimam, & d
a ¶Duces Babylonis.
b ¶Populis peccatoribus.
c quaſi arietes cum hœdis. Quomodo ca-
a Babyloni.
pta eſt Seſach, & comprehenſa eſt † inclyta vniuerſæ terræ? Quomodo facta eſt
in ſtuporẽ Babylon inter Gentes? Aſcen- e
dit ſuper Babylonem mare, multitudine f
fluctuum eius operta eſt. Factæ ſunt ciui- g
tates eius in ſtuporem, terra inhabitabilis & deſerta, terra in qua nullus habitet, nec tranſiet per eam filius hominis.
Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & h i
eijciam quod abſorbuerat de ore eius,
& non confluent ad eam vltrà Gen- k
tes. Siquidem & murus Babylonis
a ¶Fideles.
d corruet. Egredimini de medio eius po- l
pulus meus, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam ab ira furoris domini. Et
a ¶Ventura.
a ¶Deſiderijs carnalibus.
ne fortè molleſcat cor veſtrum, & timea- m
a ¶Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.
tis auditũ qui audietur in terra. Et veniet n

---

n Iniquitas aduerſum me. *i. facta mihi à Chaldæis.* C

o Et caro mea. *lacerata ab eis.*

p Super Babylonem. *ſupple veniat vltio eius.*

q Propterea. *Hic conſequenter ponitur diuina iuſtitia, cum in perſona domini reſpondetur Ieruſalem conquerenti.*

r Ecce ego iudicabo cauſam. *dando pro te ſententiam contra Babylonem.*

s Et deſertum faciam mare. *ideſt congregationem aquarum ex curſu Euphratis, ſecundum modum loquendi Hebraicum, quo omnis aquarum congregatio vocatur mare. ſecundum illud Ge. 1. a. congregationeſque aquarum appellauit maria.*

t Et ſiccabo venam. *i. curſum Euphratis modo ſupradicto.*

u Et erit Baby. in tumu. *ex ruinis domorum & murorum.*

x Stupor & ſibilus. *præ admiratione tantæ ruinæ.*

y Simul vt leones rug. *ſ. Chaldæi. Leones enim horribiliter rugiunt, quando ſunt deuicti.*

z Et excutient comas ſuas. *detrahendo capillos ſuos præ dolore & indignatione, ſicut faciunt leones quando ſunt deuicti. In Hebræo tamen habetur ſic: Recanabunt vt catuli leonum. i. extraneè rugient præ dolore, quia recanare propriè eſt aſinorum.*

a In calore eorum ponam potus eorum &c. *i. calefaciam eos per potum & dormire faciam: & non ſolum dormitione ſoporis, ſed etiam mortis. Ideò ſubditur:*

b Et dormiant ſomnum ſempiternum. *dicitur enim Dan. 5. quòd Balthaſar fecit grande conuiuium principibus ſuis, & calefactus vino fecit apportari vaſa Dei vt biberent in eis. Et ibidem ſequitur, quòd eadem nocte interfectus eſt Balthaſar, & regnum eius accepit Darius Mœdus. Et quia fatigati à vino fuerunt interfecti. Ideo ſequitur:* D

c Deducam eos. *i. ſine defenſione.*

d Ad victimam &c. Quomodo capta eſt Seſach. *i. Babylon ſic nominata propter correſpondentiam literarum, vt dictum eſt ſup. 25. ſecundum Ra. Sa.* † conuiuia

e Aſcendit ſuper Babylonem ma. *i. exercitus magnus valde & fortis.*

f Multitudine. *i. bellatorum.*

g Operta eſt. *i. abſorpta & deſtructa. Cætera patent vſq; ibi:*

h Et viſitabo ſuper Bel. *Idolum erat in Babylonia. per quod deſignatur populus colens eum.*

i Et eijciam quod abſorbuerat de ore. *Diuitiæ enim aliarum Gentium quas Babylonij abſorbuerant, ſibi rapiendo, ex diuina ſententia datę fuerunt Mœdis & Perſis.* † laus, gloria.

k Et nõ confluent ad eam vltrà. *quæ erant ſubditæ dominio eorum.*

l Egredimini de medio eius populus meus. *Licèt enim Iudęi eſſent ſerui in terra Babylonis, ita quòd non poterant exire regnum: tamen poterant de vna ciuitate tranſire ad aliam reddendo regi de bonis ſuis pro tributo magnam portionem, ſicut eſt de Iudæis manentibus ſub principibus Chriſtianis, & multi ex diuina admonitione ſic exiuerunt ante deſtructionem Babylonis. Hoc modo Tobias preuidens interitum Niniue dixit filijs ſuis, quòd eo ſepulto inde exirent, Tob. 14. c.*

m Ne forte moleſcat cor veſtrum, & timeatis auditum qui audietur in terra. *i. nimio timore reſoluatur ex auditu appropinquationis exercituum contra Babylonem.*

n Et veniet in anno auditio. *ſ. rumoris de occiſione Balthaſar, & deſtructione Babylonis.*

a *Poſt*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Propterea ecce &c.* Enumerat plagas Babyloni ſuperuenturas & optimatibus eius, ducibus & magiſtratibus & omni populo: quia.ſ.diuerſis ſupplicijs interempti dormient ſomno æternæ mortis. Miſticè hic ruinam perfidæ ciuitatis annunciant, quã diabolus ab initio conſtruxit, per quam contra ciuitatem Dei ſedulò pugnauit: quia liberatis electis Dei impia ciuitas in æternum ſupplicium demergetur. vnde Iohannes in apocalypſi: Cecidit, cecidit Babylõ magna &c. Et poſt pauca: Exite de illa populus meus, ne participes ſitis delictorũ eius, & de plagis eius non accipiatis &c.

Myſtice. Apoc.18.a

a *Sic*

## NIC. DE LY.

a Poſt hunc. *ſ.de veſtra reuerſione in Ieruſalem, vt exponit Ra. Sa. Occiſo enim Balthaſar Darius Mœdus ſuſcepit regnum eius, vt dictum eſt: & regnauit per annum integrum & partem ſecundi: & ſic ille ſecundus pro parte eius fuit primus annus Cyri qui ſucceſſit Dario: & primò anno Cyri fuit data dicta licentia redeundi.*

†ſuper Babylonem.

b Et ini. *quia Darius & Cyrus fuerunt idololatræ.*

c Et do.ſu. *ideſt Cyrus poſt Dariũ, vt dictum eſt. Cætera patent ex ſupradictis.*

d Et laud. *hic conſequenter ponitur laus diuina de iuſtitia circa Babylonem facta, cum dicitur: Et lau. ſuper &c. ideſt angeli & homines. ideo ſubditur:*

e Et omnia. *Et accipitur hic, &, pro ideſt. Cœlum enim eſt habitatio angelorum, & terra hominum.* F

f Quia ab aqui.&c. *ſcilicet Mœdi & Perſæ, qui venerunt de aquilonari parte reſpectu Babylonis. Et ſubditur vna cauſa.ſ.occiſio crudelis filiorum Iſrael, cum dicitur: Et quomodo fe. Bab.*

g Qui fu.gla. *i. vos Iudæi qui euaſiſtis.*

h Venite. *in Iudæam.*

i Et Ieru.aſcen. *i. accipiatis cordi deſtructionem Ieruſalem & templi, vt ad eorum reædificationem animemini.*

k Confu.ſu. *q. d. quandiu tẽplum domini remanebit ſic deſtructum à Gentilibus, erit nobis confuſio & opprobrium. ideo ſubditur:*

l Quia ve. *i. idololatræ, qui ſunt alieni à cultu Dei.*

m Super ſanctifi. do. *eam incendendo, vt habetur cap. ſequen. & 4. Reg. vlt.*

†Pſal.73.a

n Propterea ecce dies veniunt. *de propinquo.*

o Et viſitabo ſuper ſcul. *i. idola, & templa Babylonis.*

p Et in omni terra &c. *Non potens loqui rectè pro dolore, ſed mugiens ad modum beſtiæ.*

q Si aſcenderit Ba. in cœ. *quaſi dicat quantumcunque ſit eleuata in honore & firmata in poteſtate, tamen deſtruetur mea virtute. ideo ſequitur: Ad me venient vaſtatores.*

r Et perdidit ex ea vocem. *i. verba iactantiæ de ſua magnitudine & poteſtate.*

†requiei ſeu deliciarum

s Et ſonabunt flu.eorum. *i. exercitus Mædorum & Perſarum. Cætera patent vſque ibi:*

t Et emarcuit arcus eorum. *i. non poterunt ſe defendere per artem ſagittandi, in qua ſunt edocti.*

u Et inebriabo principes. *quia nocte ſequenti fuit feſtum Balthaſar, in quo ipſe & principes eius fuerũt vino repleti, & interfectus fuit Balthaſar & principes eius cum eo, vt dictum eſt ſuprà.* G

y Murus Ba. ille la. *ſic eſt in Hebræo & in libris correctis.*

z Suffoſſione ſuffodietur. *i. deijcietur quantumcunque ſit latus & fortis.*

a Et labores po.ad ni. *In ædificatione enim murorum & domorum Babylonis fuerunt expenſæ multæ diuitiæ acquiſitæ laboribus populorum & Gentium, quas ab eis abſtulerunt Chaldæi. Et ideo diuinũ fuit iudicium, quod tales ædificationes redigerentur ad nihilum.*

b Verbum. *Hic conſequenter deſcribitur deſtructio Babylonis ſub parabola facti: ſicut enim parabola verbi eſt, quando per ſignificatum vocum aliud intelligitur, vt cum dicitur Iudic.9.b. Ierunt ligna ad rhamnum. Per quod intelliguntur habitatores Sichem, & Abimelech, quem fecerunt ſibi regem: ſic parabola facti eſt quãdo fit aliquid ad ſignandum aliud fiendum. Et ſic eſt in propoſito, quia deſtructio Babylonis ſcripta in quodam libello, & alligata lapidi põderoſo, proiecta fuit in fluuium Euphratem corã pluribus Iudæis ad ſignificandũ deſtructionem Babylonis futuram. Primò ponitur ergo quis præcepit hoc fieri, cũ dicitur: Verbũ qd &c. Et cui. Saraiæ fi. Ne. & tempus, & etiam locus, cum dicitur:*

c Cum pergeret &c. *Sedecias n. fuerat inſtitutus rex à rege Babylonis. Et ideo quarto anno regni ſui iuit in Babylonem ad faciendum ei reuerentiam, & ad deferendum munera, cum quo iuit iſte Saraias, cuius ſubditur officium cum dicitur:*

d Erat prin. *i. principalis inter Leuitas, qui in templo decantabant laudes diuinas à Dauid & ab alijs prophetis factas. In hebræo habetur: Erat princeps xenij. Et ideo iuit cum Sedecia ad faciendũ xenium regi Babylonis nomine Sedeciæ. Cętera patent vſq; ibi:*

e Cum vene. *diligenter ea quæ ſcripta ſunt in hoc libro.*

a Et

¶De anno in annum.

in anno auditio, & poſt hunc annum auditio &

a ¶Quia remunerabitur iniquitas in terra mortuorum. b ¶Vt qui potentiores fuerunt in peccatis, maiora tormenta patiantur.

iniquitas in terra, & dominator ſuper domina-

a ¶Retributionis, quoniam iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate.

torem. Propterea ecce dies veniunt, & viſitabo

a ¶Simulacra errorum, quæ hæretici fingunt. b ¶Terrena conuerſatio.

ſuper ſculptilia Babylonis: & omnis terra eius

a ¶Perpetuo. b ¶Errantes & in errorem mittentes. c ¶Gladio domini.

confundetur, & vniuerſi interfecti eius cadent

a ¶Quia præda omnium Gentium vaſtatus eſt.

in medio eius. Et laudabunt ſuper Babylonem

a ¶A quo exardeſcunt mala ſuper terram.

cœli & terra & omnia quæ in eis ſunt, quia ab aquilone venient ei prædones, ait dominus. Et

¶Spiritualis.

quomodo fecit Babylon, vt caderent occiſi in Iſrael, ſic † de Babylone cadent occiſi in vniuer-

a ¶Vox prophetæ. ¶Iſraelitæ. b ¶Si vultis ſaluari. c ¶In Babylone.

ſa terra. Qui fugitis gladium venite, nolite ſtã-

a ¶In terra longinqua. b ¶Non Babylon, cuius vaſtatio prædicitur. ¶Ciuitas regis magni.

re. Recordamini procul domini, & Ieruſalem

a ¶Vox populi. ¶Inſultantibus vicinis, quaſi captiuis.

aſcendat ſuper cor veſtrum. Confuſi ſumus,

a ¶Vicinorum.

quoniam audiuimus opprobrium. Operuit ignominia facies noſtras, quia venerunt alieni

a ¶Templi.

ſuper ſanctificationem domus domini. Pro-

a ¶Reſponſio prophetæ.

pterea ecce dies veniunt, dicit dominus, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis, & in omni ter-

¶Superbiendo.

ra eius mugiet vulneratus. Si aſcenderit Babylon in cœlum, & firmauerit in excelſo robur ſuũ, ad me venient vaſtatores eius, ait dominus. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum, quoniam vaſtauit

a ¶Ciuitatem confuſionis.

dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & ſonabunt fluctus eorum, quaſi aquæ multæ. Dedit ſonitum vox eorum, quia ve-

a ¶Diabolus.

nit ſuper eam, ideſt ſuper Babylonem prædo. Et apprehenſi ſunt fortes eius, & † emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor dominus reddens

a ¶Calice iræ.

retribuet. Et inebriabo principes eius & ſapientes eius, duces eius & magiſtratus eius & fortes eius. † Et dormient ſomnum ſempiternum, & non expergiſcentur, ait rex: Dominus exercituum nomen eius. Hæc dicit dominus exerci-

a ¶Munitio qualibet.

tuum: Murus Babylonis ille latiſſimus † ſuffoſſione ſuffodietur, & portæ eius excelſæ igne comburentur, & labores populorum ad nihi-

a ¶Aeternum.

lum, & Gentium in ignem erũt, & diſperibunt. Verbum quod præcepit Ieremias propheta Saraiæ filio Neriæ filij Maaſiæ cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem in anno quarto regni eius: Saraias autem erat princeps †prophetiæ. Et ſcripſit Ieremias omne malum quod venturum erat ſuper Babylonem in libro vno, omnia verba hæc quæ ſcripta ſunt contra Babylonẽ. Et dixit Ieremias ad Saraiã: Cum ve-

## MORALITER.

✻ u *Et inebria. prin. &c.* Sequitur:

x *Et dor. ſom. ſem.* Per mortem doloroſam.

b *Verbum quod præ. Iere.* Hic ponitur tertia parabola, quæ eſt facti. ſ. de libro cui præcipitur lapis alligari, & in Euphratem demergi. Liber autem ille ſignat Euangelium cui alligatur Chriſtus, qui dicitur lapis abſciſus de monte ſine manibus, Dan.2.g. Nam eius doctrina & facta continentur in Euangelio. Per eius verò proiectionem in Euphratem, qui frugifer interpretatur, apoſtolorum prædicatio Gentilibus valde fructifera & Iudæorum reprobatio eam repellentium ſignificatur: propter quod Paulus & Barnabas Iudæis conſtanter dixerunt Act.13.g. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes, ſic enim præcepit nobis Deus.



A a *Sic ſubmergetur Babylon.* Non ſecundum hiſtoriam Babylon in Euphraten merſa eſt, quamuis in ſolitudinem redacta. Sed ſpiritualis Babylonis æternum interitum prædicit, quæ in profundum inferni cum principe diabolo demergetur. vnde Ioh. in Apoc. Suſtulit vnus Angelus fortis lapidẽ quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et le.om.ver.hæc. *ſ. coram Iudęis, qui illuc tranſlati fuerant cum Iechonia rege Iuda.*

b Dicens. *Coram eiſdem.*

c Do.tu lo.es c.lo.iſtum. *i. contra Babylonem. Cætera patent vſque ibi.*

d Li.ad eum la. *Vt demergatur in profundum fluminis, ad deſignãdum totalem deſtructionem Babylonis.*

e Hucuſque v.Iere. *Dicunt aliqui, quod non eſt de textu, ſed quædam rubrica appoſita: ſed hoc non eſt verum, quia ſic ſcribitur in Heb. ſicut & alia præcedentia.*

neris in Babylonem, & videris & legeris omnia verba hæc, dicens: Domine tu locutus es contra locum iſtum, vt diſperderes eum, † ne ſit qui in eo habitet ab homine vſque ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo. Cumq; compleueris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidẽ, & proijcies illum in medium Euphraten, & dices: Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quã ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur. Hucuſque verba Ieremiæ.

habẽt aliã potentiã, niſi eã quã autores ſeu cultores ſui fingũt, & ſic oportet qđ cũ cultoribus pereant: nõ tñ ſic eſt de Deo vero Iacob, cuius virtus & potentia non pendet à cultoribus, ſed econtra totũ eſſe & bonũ colentiũ ipſum, pendet ab illo quẽ colunt. & iõ dicit: Non ſicut hæc pars Iacob. (ſ. vt pereat pereunte populo ſuo) quia qui fecit oĩa, ipſe eſt, & ſic eſſe omniũ ab illo dependet. Et quia licèt ipſe ſit principiũ totius eſſe, tñ appropriat populo Iſraeli ſpãliter. iõ ſubdit: Et Iſrael ſceptrũ hęreditatis eius. Cõſequẽter ex pmanẽtia diuinæ potẽtię infert, q; ſicut Babylonij fuerunt inſtrã diuinæ potẽtiæ contra alias nationes, ſic & aliæ gẽtes eſſent inſtrã diuinæ vltionis contra eos ſpãliter, pp ea q̃ fecerant in Sion, qui erat locus diuino cultui deputatus. & de hoc dicit: Collidis tu mihi vaſa belli, &c. & reddã Babyloni omne malũ qđ fecerat in Siõ i oculis veſtris, &c. C

*In eo. ca. vbi dicitur in poſtilla. Regibus Menni & Aſchener.*

ADDITIO IIII.

Vbi nos habemus Menni & Aſchener, in Hebr. habetur Aſchenaz: quod ſignat Alemaniam. Item Tapſai eſt nomen Hebraicum, ſignificãs capitaneum vel ducem exercitus.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtilla: Et viſitabo ſuper Bel.*

ADDITIO IIII.

Quod dr̃ hic: Et viſitabo ſuper Bel, propriè põt intelligi de ipſo idolo, qđ nominat̃ Bel: ſine hoc qđ ſignificet populũ: quia cũ Deus punit aliquã gẽtẽ idololatrã, cõſueuit ẽt Deos diſſipare ſeu cõfundere. vñ Exo.12.b. In oĩbus dijs Ægypti, &c. Et ſic in alijs locis. Similiter qđ dr̃: Et eijciam qđ abſorbuerat de ore eius, põt intelligi de ore ipſius idoli Bel, in quo colẽtes ponebãt diuitias, fingẽdo quod eas acceptaſſet: ſicut faciebant de Meloch in occiſione puerorum. Similiter quod ſequitur: Et nõ confluent ad eam vltrà gentes, propriè intelligi poteſt de ipſo idolo Bel, ad quod gentes confluebant, cum Babylonia eſſet in proſperitate.

*In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Hucuſque verba Ieremiæ.* D

ADDITIO. V.

Quod dicitur hic: Hucuſque verba Ieremiæ denotat, quod illa quæ ſequuntur in ſequenti cap. non ſunt reputanda de verbis prophetiæ Ieremiæ, ſed ſumuntur hiſtorialiter a. 4. Reg. vlt. cap. inter quod cap. & iſtud modica & quaſi nulla eſt differentia, & interponitur hic hæc hiſtoria deſtructionis Ieruſalem & templi ad continuationem libri Threnorum, &c. 4.Reg.15.a

*In cap.51. vbi dicitur in poſtil. Tollite reſinam.*

ADDITIO I.

Dictio in hoc loco poſita ſignificat tyriacam, nõ reſinam, prout dictum fuit ſuprà in additione cap.8.

*In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Stultus factus eſt omnis homo.*

ADDITIO II.

Quia Gentiles idolorum cultores, non ſolum errabant in hoc, quod idola vana colebant, ſed etiam quia ſtultè ęſtimabant, quod Deus verus quem populus Iſrael colebat, erat ſimilis dijs eorum. vnde Iſa.36. & 37. Sennacherib & ſui dicebant, quod non poterat Deus Iſrael defendere Ieruſalem à manibus Aſſyriorum, ſicut nec dij aliarum gentium potuerant gentes ſuas protegere ab eis: quos Deus confutauit per Iſaiam, denuntiando eis defenſionem populi ſui, vt ibi. Sed in hoc loco quia Ieremias nõ poterat oſtẽdere Chaldæis excellentiam diuinę potentiæ per defenſionem Ieruſalẽ, cum ex ordine iuſtitiæ diuinæ propter peccata populi erat deſtruenda, ideo oſtendit eis excellentiam Dei Iſrael reſpectu falſorũ deorum, ex hoc quod dij falſi ſunt ab hominibus fabricati ſeu ficti, & ſic cũ autoribus ſuis pereunt. & ꝓpter hoc dicit: Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua. ſ. vera. Cõfuſus eſt oĩs cõflator in ſculptili, &c. Quod patet ex hoc qđ ſubdit: In tpe viſitationis ſuæ peribũt. ſ. idola vana cũ cultoribus eorũ ſeu autoribus. Et rõ eſt, q̃a tales dij non habent B

## GLOS. ORD. CAP. LII.

Filius vigin. Hiſtoria quæ captũ refert Sedeciam, & Ieruſalem à Chaldæis vaſtatam, in lib. Reg. plenè tota continetur.

b *Fa.eſt au.* Nouenarius minor denario imperfectionẽ legis ſignificat, ſicut vndenarius tranſgreſſionẽ. Bñ ergo Nabuchodonoſor anno nono Sedeciæ regni, obſedit ciuitatem, mẽſe decimo, decima die menſis: q̃a cũ mali paſtores decalogũ ſciunt, & implere negligunt, neceſſe eſt vt plebẽ eis cõmiſſam antiquus hoſtis cũ exercitu ſuo circundet, munitione errorũ et vitiorum vallando, & fames verbi Dei in ciuitate pualeat, cũ non expẽdit̃ liberè panis doctrinæ, & interrumpit̃ ciuitas, & viri bellatores nocte fugiunt. Interrupta.n. tẽtatione diaboli, cuſtodia populorũ q̃ debuerãt ciuitatẽ gladio verbi Dei defendere, nocte ignorãtię, tenebris peccatorũ vallati, fugiunt, & videntes lupum veniẽtem oues dimittunt.

c *Pec.vi.p.* Latenter arguit inertiã doctorum, qui inter muros duorũ teſtamentorum conſtituti, nõ bellum gerere, ſed effugere quærunt, & delicijs magis affluere (quas hortus ſignat) quàm ſcuto fidei † hoſtibus reſiſtere.

a *Perſecu.*

## CAP. LII.

Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalẽ. Et nomẽ matris eius Amital filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malũ in oculis dñi iuxta oĩa quæ fecerat Ioacim, qm̃ furor dñi erat in Ieruſalem & in Iuda, vſquequo proijceret eos à facie ſua. Et receſſit Sedecias à rege Babylonis. † Factum eſt autẽ in anno nono regni eius, in menſe decimo, decima die menſis venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & oĩs exercitus eius aduerſus Ieruſalem, & obſederunt eam, & ędificauerũt cõtra eam munitiones in circumitu, & fuit ciuitas obſeſſa vſq; ad vndecimum annum regni Sedeciæ. Menſe autem quarto, nona die mẽſis, obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ. Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ, quæ eſt inter muros duos, † & ducit ad hortum regis, Chaldæis obſidentibus vrbem in gyro, & abierũt per viam, quæ

†Sup.19.a

† quæ eſt iuxta hortum

## NIC. DE LY. CAP. LII.

Filius viginti. *Iſtud caput à principio libri fuit diuiſum contra præcedentia. Eſt.n. quædam breuis epilogatio reſpectu pcedentiũ, in quibus deſcripta eſt deſtructio Ieruſalẽ, licèt occaſione huius plura alia fuerint annexa. Et diuidit hoc caput in tres partes, quia primò ponitur ciuitatis captiuitas. Scđò captę deſtructio, ibi: In menſe aũt quinto. Tertiò de reliquijs ordinatio, ibi: De pauperibus. Prima in duas. quia primò ponit captionis occaſio ſcđò ipſa captio, ibi: Factũ eſt autẽ. Occaſio autẽ captionis prima fuit peccatũ regis & populi cõtra Deũ. qđ notat̃ cũ dr̃:*

Diuiſio

b Et fe.ma.in o.d. *Imitando in hoc Ioachim filium Ioſiæ & alios reges, qui fuerat idololatra: propter qđ dñs voluit Ieruſalem deſtruere, & maximè pp peccatũ Manaſſe qui poſuit idola in domo domini. Secunda occaſio fuit peccatũ Sedeciæ in regem Babylonis cui rebellauit, quamuis iuraſſet ei fideliter ſeruire, vt habet̃. 2. Paral. vlt. quod notatur cum dicitur: Et receſſit Sedecias à rege Babylonis.*

c Factum eſt au. *Hic ponitur ciuitatis captio. Et patet ſententia ex his quæ dicta ſunt ſuprà. 39. capite, vbi deſcribitur iſta captio ſicut & hic, paucis exceptis quæ exponentur.*

d Chaldæis obſiden. vrben. in gyro. *Si ergo quæratur. Q̃uo rex & bellatores potuerunt exire? Dicendum, quod erat via ſubterranea, cuius introitus erat intra ciuitatem inter duos muros, & exitus erat longè à ciuitate vltra locũ vbi erãt Chaldæi, & per illam fugerũt rex & alij, ſicut dictum fuit ſuprà. 39. & 4. Reg. vlt.*

a Sed

## MORALITER.

✻ f *Filius viginti & vnius an. erat Se.* Moralitas huius capituli poſita eſt ſupra cap.39. vſque ibi:



✻ *Columnæ*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Perſecutus eſt*: In lib. Reg. ita legitur: Fugit Sedecias per
E viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis, & perſecutus eſt
4. Reg.25.b exercitus Chaldæorum, comprehenditq; eum in planicie
Iericho, & omnes bellatores qui erant cum eo diſperſi, &c.
Malignis ſpiritibus populum circundantibus, rector non
Pſ.144.a fugit ad montes, de qbus dicitur: Montes in circumitu eius, & d. in c.p.ſ. ſed ad campeſtria ſolitudinis. i. ad latã & ſpatioſam viam quæ du. ad mor. Compreheditque eum in planicie Iericho: & omnes viri bellatores qui erãt cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum, cum virtutes hominem deſerunt, quę
†exercitus defendere debuerant, in deſerto capitur, in planicie Iericho. i. laſciuia vel in defectu carnalis cõcupiſcentię & conuerſationis. Iericho enim interpretatur luna, & ſignificat defectum car-
Luc.10.e nis. vnde: Qui de Ieruſalem deſcendebat in Iericho, in latrones incidiſſe deſcribitur. Apprehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, &c.

b *Et addu. eum*. Quia anima in confuſione peccatorum vincta cõpedibus vitiorum, per malignos ſpiritus ducitur in domum carceris vſque ad diem mortis, & in anguſtia mentis includitur, vt mortis ſententiam expectet.

c *In menſe au.* Congruit ordo temporis cum ratione vindictæ: Menſe quinto vaſtatur ciuitas, quæ pentateuchũ deſpexit, decima die menſis, quia decalogo legis contraria fecit, blandiens ſibi de ſecuritate pro ſanctorum locorum habitatione. vnde ſuprà: Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, tem-
Moraliter plũ domini, tem. d. *Greg*. Dũ ſcriptura Sedeciæ captiuitatem narrat, ordinẽ
†æternæ captiuitatis † internæ denuntiat. Rex enim Babylonis eſt antiquus hoſtis,
F poſſeſſor intimæ confuſionis, q prius filios ante intuentis oculos trucidat:
† laniorũ quia ſępe ſic bona opera interficit, vt hæc ſe amittere ipſe qui captus eſt animus dolens cernat. Nam cum gemit plerunq; animus, & tamen carnis ſuæ delectationibus victus, bona quæ genuit, amans perdit, & ea quæ patitur damna, conſiderat. non tamen virtutis brachium contra regem Babylonis leuat, ſed dum videt perpetrationem nequitiæ, percutitur. Ad hoc qñque pducitur peccati vſu, vt in ipſo quoq;, rationis lumine priuetur: vñ Babylonis rex extinctis prius filijs, Sedecię oculos eruit, quia malignus ſpũs ſubductis prius bonis operibus, etiam intelligentiæ lumẽ tollit. Qd rectè Sedecias in Reblatha patiť, quæ multa hæc interpretatur. Qñq;. n. & lumen totius rõnis clauditur, qa prauo vſu & iniquitatis ſuæ multitudine grauatur.

d *Venit Na*. Iuſto iudicio Dei venit Nabuzardan princeps exercitus regis Babylonis ſuper Ieruſalem, & ſuccendit domum dñi, cũ antiquus hoſtis & rex cõfuſionis princeps oium iniquorum inuadit gregẽ fideliũ, & domũ regis & domus Ieruſalem. i. rectores, & qui videbantur in viſione pacis manere, & inflammatos cupiditate ſubuertit, omnem domum comburit igni. i. cuiuſq; conſcientiam flamma illiciti amoris.

e *Ee p*. Eos q vtiles verbo & exẽplo eſſe poterãt, p vitia captiuãs, ſtultis et hebetibus cõmẽdat agriculturã, vt nõ vinũ grãæ ſpũalis, & frumentũ ſanæ doctrinæ in vineis & agris populorũ fructificent, ſed ſpinæ & tribuli vitiorũ.

f *Columnas*. Per diuerſa vaſa, diuerſa officia in eccleſia ſignificantur, quæ maligni ſpiritus de ſeruitio Dei auferũt,
†ſcopas & in vſum ſuum conuertunt.

a *De*

a ducit in eremum. Perſecutus eſt
a ¶Maligni ſpiritus. b ¶Animum.
autem Chaldæorũ exercitus regem, & apprehãderũt Sedeciam
a ¶Defectionem.
ĩ deſerto, quod eſt iuxta Ierichô:
a ¶Virtutes.
et omnis † comitatus eius diffugit ab eo. Cumq; cõprehendiſſent re
a ¶Diabolum.
gem, adduxerunt eum ad regem
a ¶Intimæ confuſionis. b ¶Hæc eſt Antiochia.
Babylonis in Reblatha, q̃ eſt in
a ¶Quæ interpretatur multa hæc.
terra Emath, & locutus eſt ad eũ
a ¶Id eſt iuſte iudicauit eum.
iudicia. Et iugulauit rex Babylo-
a ¶Opera bona.
nis filios Sedecię ĩ oculis eius: ſed & oẽs principes Iuda occidit in a
a ¶Lumen intelligentię.
Reblatha. Et oculos Sedecię eru-
¶Peccatorum.
b it, & vinxit eũ cõpedibus. Et adduxit eum rex Babylonis in Babylonẽ, & poſuit eũ in domo car
c ceris vſque ad diẽ mortis eius. In b c
a ¶Quia pentateuchum legis neglexerant.
b ¶Quia contra decalogum peccauerant.
mẽſe autẽ quinto, decima † menſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus Nabuchodonoſor regis Babylo-
a ¶Ventilabrum vel propheta alieni iudicij.
d nis, venit Nabuzardan princeps † militiæ, qui ſtabat corã rege Babylonis in Ieruſalem, & incendit
a ¶Doctores. b ¶Rectores.
domum dñi & domum regis, &
a ¶Qui videbantur ſcilicet in viſione pacis manere.
omnes domus Ieruſalem, & om
¶Conſcientiam. a ¶Illiciti amoris.
nem domũ magnam ignẽ com-
a ¶Intentionem orationis & virtutum ſtudia.
buſſit, & totũ murum Ieruſalem
a ¶In deſperantibus. ¶Dęmones.
per circumitum deſtruxit cũctus exercitus Chaldæorum, qui erat
¶Diabolo.
cum magiſtro militiæ. De pau- d
peribus autem populi & de reliquo vulgo, quod remanſerat in ciuitate, & de profugis qui transfugerant ad regem Babylonis, & cęteros de multitudine, tranſtulit e
Nabuzardan princeps militiæ.
e De pauperibus verò terræ reliqt Nabuzardan princeps militiæ vi
a ¶Doctores, qui ſonoritate pręedicationis & firmitate fidei debuerant alios ſuſtentare.
f nitores & agricolas. Columnas f
quoq; æreas quæ erant in domo g
a ¶Baptiſmi lauacrum vel compunctionem lachrymarum.
dñi, & baſes & mare ęneũ, quod h i
¶Eccleſia. a ¶Per inertiam magiſtrorum audaciores facti. k
erat in domo domini confrege- l
a ¶Spirituales.
runt Chaldęi, & tulerũt omnes ęs eorum in Babylonẽ. Et lebetes & m n
† creagras, & pſalteria, & phialas o p

NICOLAVS DE LYRA.

a Sed & omnes prin. *Dicit Ra. Sa. quòd iſti fuerunt lxx iudices ordinarij, eo quòd relaxauerant iuramentum Sedeciæ. Alij autẽ dicũt, qđ fuerũt principes inducentes Sedeciam ad rebellandum regi Babylonis.*

b Vſque ad. *Licèt autem mortuus fuerit in carcere, tamen rex Babylonis ſtatum eius regiũ conſiderans, fecit eũ ſepeliri honorificè, ſicut prædixerat Iere. ſup. 34.*

c In menſe. *Hic conſequenter ponitur ciuitatis captæ deſtructio. Circa quod primò ponitur tempus cũ dicitur: In menſe autẽ quinto. licèt autẽ fuerit capta mẽſe quarto, vt dicit ſup. eo. cap. tñ non fuit cõbuſta donec ſup hoc habuerũt voluntatẽ regis Babylonis, qui agebat tũc in remotis. ſ. in terra Emath, ut habet in textu, & ſic tranſijt tps vſq; ad decimã diem quinti mẽſis: ĩ qua fuit cõbuſta. Cętera patẽt ĩ litera.*

d De pau. *Hic conſequẽter ponitur ordinatio de remanentibus, & primò de populo. ſecundò de rege Ioachin, ibi: Et factum eſt. Prima in duas, quia primò ponitur ordinatio de perſonis reſeruatis. ſecundò de occiſis, ibi: Et tulit. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur ordinatio de populo, ſecũdò tranſlatorum numeratio, ibi: Iſte eſt populus. Prima in duas, quia primò ponitur ordinatio de perſonis. ſecundò de vaſis, ibi, Columnas quoque. Circa primum ſciendum, quod de perſonis reſeruatis ſic fuit ordinatum, quod illi qui erant alicuius reputationis in ſapĩa vel arte aliqua, ſeu conditione notabili fuerũt tranſlati in Babylonem, vt de illa conditione ſeruirent Babylonijs. cæteri verò fuerunt dimiſſi in Iudæa ad colẽdum agros & vineas, ne terra redigeretur in ſolitudinẽ, & redderetur inutilis regi Babylonis, de cultura verò terræ ei tributum magnũ reddebatur. & hoc eſt quod dicitur: De pau. au. poſ. habentibus aliquam cõditionem Babylonijs vtilem, vt plenius exponitur. 4. Reg. vlt.*

e Tranſtulit Nabu. *Et patet litera.*

f Colum. quoq;. *Hic ponit diſpoſitio de vaſis: quicquid. n. fuit pretioſum de talibus in tẽplo dñi, totum portauerãt ſecum Chaldæi, inter vaſa tñ ponuntur hic duæ columnæ ęreę, quæ erant in porticu tẽpli, de quarũ magnitudine & forma dictũ fuit diffuſè p ſingula. 3. Reg. 7. & ſimiliter de alijs vaſis hic poſitis, & iõ hic breuiter intẽdo pertranſire, quia deſcriptio exquiſita de iſtis ibi habet locum, dicit ergo: Colum. q. æ. de quarum forma poſtea ſubditur:* H

g Quæ e. in d. do. *in porticu templi.*

h Et ba. *i. ſ. columnarum: quælibet enim columna habebat quatuor partes. ſ. baſem, ſtipitem, caput & capitellum.*

i Et ma. ęneum. *Vas erat magnum & rotundum, in quo lauabantur ſacerdotes.*

K Quod erat in do. do. *i. in atrio ſacerdotũ. domus. n. dñi largè accepta, non ſolum accipitur pro corpore templi. ſed etiam pro atrijs & ædificijs ad ipſum pertinentibus.*

l Confregerunt Chal. *Vt materia poſſet expeditius portari.*

m Et lebete. *i. chaldarias, vbi coquebantur carnes ſacrificiorum.*

n Et cr. *i. fuſcinulas ad extrahendum carnes.*

o Et pſal. *i. inſtrumenta muſica pro Leuitis.*

p Et phialas &c. *Vaſa erant ad reponendum*

*vnguen-*

MORALITER.

f *Columnas quo*. Confregerunt Chaldæi. Myſtica verò ſignificatio iſtorum quæ pertinebant ad cultũ diuinum, poſita fuit. 3. lib. Reg. Sed per Chaldæos confringuntur, quando bona ad Dei cultum pertinentia tentationibus dęmonum ſubuertuntur. Adduntur tamen hic aliqua ad cultũ templi pertinentia. ſ.

m *Lebetes*. Ad coquendum carnes.

n *Et crea*. Ad extrahendum eas. per quæ ſignantur diſpoſitiones ad adminiſtrãdum euchariſtiæ ſacramentum, in quo carnes agni immaculati continentur.

o *Et pſalteria*. Quibus deſignatur laus vocalis & mentalis.

p *Et phialas*. Ad reponendũ hæc vnguenta, per qua deſignantur vnctiones chriſmatis & olei quæ fiunt in eccleſia.

*Et*



a *De columnis autem*. Ra. Quod facturam columnarum deſcribit cum capitellis & retiaculis atq; malis granatis, oſtendit myſticum opus eſſe: quia ſicut columnæ ſignificant doctores, ita capitella. i. ſuprema pars eorum, præcordia ſunt fidelium doctorum, & retiacula diuerſa chariſmata ſancti ſpiritus exprimunt, ſicut mala granata virtutum ſuauitatem. Hæc omnia antiquus hoſtis p miniſtros ſuos conatur auferre de templo Dei. Si quis autem hoc plenius noſſe voluerit, legat opus noſtrum ſuper librum Regum, vbi quid de his ſancti patres ſenſerint, explanatum eſt.

b *Et tulit ma. mi.* Etiam fortes in eccleſia diabolus decipit, & captiuat. vñ: Eſcæ eius electæ, &c.

c *De ciuitate tulit eu.* Continentes ſcilicet, oleum gratiæ & miſericordiæ, ſicut fatuę virgines in pectore ſuo non habentes, qui fruſtra ſuper viros bellatores conſtituuntur, cùm arrogantiam vitare non præmeditantur.

d *Septem viros de his qui videbant faciem regis*. Septiformi ſpiritu ſcilicet ſanctificatos. Sed quia gratiam perdiderũt, ſeptem ſpiritibus nequioribus traditi, non regis cęleſtis mandata intuentur, ſed regis inferni voluntati obſequuntur.

e *Et ſcribam principem militum*. Quem liber Regum Sophar vocat, qui interpretatur diſſipans vel diuidens, & ſignificat eos qui rudes ĩ eccleſia quos ad militiã Chriſti nutrire debuerant, prauis exemplis diſſipant, & à cœtu fidelium per errorem ſequeſtrant.

f *Et ſexaginta viros de pop. ter.* Stultos ſcilicet cooperatores, qui merito vulgi nomine appellãtur, qui vtilitatem diuini conſilij diſcernere & implere neglexerunt.

g *Et percuſſit eos rex Babylo.* Hoc ambit rex Babylonis, vt quos ab eccleſia euellit, perducat ad interfectionem perpetuæ mortis.

h *Iſte eſt populus quem tranſ. Raba.* Tertiò vaſtauit Nabuchodonoſor Iudęã. Primò, cum Ioachim qui & Eliacim filium Ioſiæ vinctum catenis duxit in Babylonem cum vaſis domini, quæ in tẽplo ſuo poſuit. Scdò, cũ Ioachin cognomẽto Iechoniã filiũ eius cũ matre, & principibus & eunuchis tranſtulit in Babylonẽ, & pretioſiſſima vaſa domus dñi. Tertiò cũ Sede-

ciam

a & mortariola, & omnia vaſa ærea, a
quæ in miniſterio fuerant tulerũt, b c
& hydrias, et † thymiamateria, & vr d e
ceos, & pelues, & cãdelabra, & mor
¶Pretioſus ſenſus. f
taria, & cyathos. Quotquot aurea, g
¶Eloquij venuſta.
aurea, & quotquot argentea, argen-
a ¶Diabolus. Infernalis.
tea. Tulit magiſter militiæ colum-
nas duas, & mare vnum, & vitulos h
duodecim æreos, qui erant ſub ba- i
ſibus, quas fecerat rex Salomon in
domo domini. Non erat pondus k
a æris omnium vaſorum horum. De l
columnis autem decem & octo cu m
biti altitudinis erant in columna v-
na, & † funiculus duodecim cubito n
rum circumibat eam. Porrò groſſi- n
tudo eius quatuor digitorum, & in p
trinſecus caua erat, & capitella ſu-
per vtranque ęrea, & altitudo capi-
telli vnius quinque cubitorum, & q
retiacula & mala granata ſuper † co r
ronam in circumitu omnia ęnea, ſi
militer columnæ alterius. Et fue- s
runt mala granata nonaginta ſex
dependentia, & omnia mala grana t
ta centum retiaculis circundaban-
a ¶Qui interpretatur vinctus, quia epiſcopalem ordinem amore voluptatis vitiorum catena conſtringit.
b tur. Et tulit magiſter militiæ Sarai- u
a ¶Abſconditum.
am ſacerdotem primum, & Sopho
a ¶Presbyteros ſcilicet qui talentum verbi Dei abſcondunt in terra.
niam ſacerdotem ſecundum, &
a ¶Qui oſtium fidei aperire debent, & tenentes clauem ſcientiæ, nec intrant, nec alios intrare permittunt.
c tres cuſtodes veſtibuli. Et de ciuita- x
te tulit eunuchum vnum qui erat
præpoſitus ſuper viros bellatores,
d & ſeptem viros de his qui videbant y
faciem regis: qui inuẽti ſunt in ciui-
e tate, & ſcribam principem militũ, z
f qui † probabat tyrones, & ſexagin- a
ta viros de populo terræ, qui inuen
ti ſunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magiſter militiæ, & duxit eos ad regem Babylo
g nis in Reblatha. Et percuſſit eos rex
a ¶In multitudine ſcelerum & amore voluptatis. Lata enim eſt & ſpatioſa via quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam.
Babylonis, & interfecit eos in Re-
¶Per peccata.
blatha in terra Emath. Et trãslatus
a ¶Qui nominis Dei confeſſores videntur.
b ¶In regnum confuſionis & erroris.
h eſt Iuda de terra ſua. Iſte eſt popu- b
lus quem tranſtulit Nabuchodo-

NICOLAVS DE LYRA.

*vnguenta quibus vngebantur reges & ſacerdotes, & vaſa diuino cultui conſecrata.*

a Et morta. *In quibus terebantur ſpecies, ex quibus componebantur vnguenta.*

b Et hydr. *In quibus ponebatur vinum & oleum pro libaminibus fiendis.*

c Et thymiamate. *In quibus terebantur ſpecies ad faciendum thymiama, quod comburebatur ſuper altare thymiamatis.*

d Et vrceos & pelues & candelabra. *In quibus lauabantur carnes offerendæ ſuper altare holocauſti.*

f Et cya. *In quibus probabatur vinum & oleum, vtrum eſſent apta ad ſacrificium.*

g Quotquot au. *Quia omnia vaſa aurea ponebant ad vnam partem, & argentea ad aliam, & ærea ſimiliter ad aliam.*

h Vitulos duo. *Boues vocantur. 3. Reg.*

i Qui e. *Baſes dicunť hic partes fundi maris ęnei. qđ ſedebat ſup illos. 12. vitulos, & tres reſpiciebãt ad orientẽ, & tres ad occidentẽ, & tres ad meridiem, & tres ad aquilonem.*

K Non erat pon. *Hoc dicitur ad deſignandum magnitudinem & multitudinem eius, intantum quòd non poſſet de facili ſciri pondus determinatum.*

l De columnis autem. *Duabus ſupradictis.*

m Decem & oc. *Hoc intelligendum eſt de ſtipite, quia tota columna ex quatuor partibus prædictis conſtituta habebat. xxv. cubitos in altum: vt habetur. 2. Paral. 3. & declaratum eſt diffuſius. 3. Reg.* C

n Et funi. duo. *id eſt eius groſſitiem.*

o Porro groſ. eius. *id eſt ſpiſſitudo.*

p Quatuor di. &c. ſuper vtranque ęrea. *quorum forma erat valde ſubtilis & artificioſa, prout dictum fuit. 3. Reg.*

q Et retiacula & ma. gr. *Ad decorem enim capitellorum erant ibi in circumitu mala granata de ęre appoſita, & retiacula, quæ ſecundum aliquos erant quædam foramina in circumitu capitellorum artificioſè facta, ſicut in oſtijs laternarum ęrearum. Et dicuntur retiacula, quia foramina illa in aliquo erant ſimilia foraminibus retis. Secundum alios erat opus reticulatum de filis ęreis factum, & poſitum ſuper capitella: vel quòd per illa apparebãt mala granata, ſicut illa quæ sũt operta reti, apparent exterius per retis foramina.*

r Super co. *i. ſuper capitellum quod dicitur corona, eò quod erat ſuper caput columnæ, ſicut corona ſuper caput regis.*

s Et fue. *Dependentia à capitello, & tot erant quaſi appoſita in qualibet columna. Tertio verò Regum dicitur: quod erant ducenta in qualibet columna, centum depẽdentia & centum appoſita. Et ſicut dictum fuit ibidem, iſtæ duæ columnæ erant ſitæ prope parietes ex vtraque parte porticus: ita quod quatuor mala granata iuxta parietem poſita non apparebant. & ideo non computantur hic, & ſic remanent. 96. 3. verò Regum computantur omnia.*

t Et omnia mala granata cen. re. *Licèt in qualibet columna eſſet tantùm vnum retiaculum, tamen ibi erãt centum diſtinctiones, ſicut in malis granatis erant cẽtum ordines. duo enim mala granata ſcilicet vnum appo-* †capitellũ
*ſitum, & aliud dependens ſub eo faciebant vnum ordinem, & ſic cum in circumitu ca-* D
*pitelli eſſent centum appoſita & centum dependentia, ibi per conſequens erant centum ordines.*

u Et tulit magiſter. *Hic ponitur ordinatio de perſonis ad vitam non reſeruatis, cùm dicitur: Et tulit ma. & c. ſacer. pri. i. primi ordinis. Dauid enim diſtinxit ſacerdotes per. 24. ordines: vt habetur. 1. Paralipo.*

x Et de ciui. *Ex quo patet quòd iſte dicitur eunuchus, non à ſectione genitalium, quia tales non præponuntur hominibus belli, ſed à maturitate & honeſtate, ſecundum quod dicitur Matth. 19. b. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt, &c.*

y Et ſeptem viros. *i. habentes ad ipſum liberum acceſſum.*

z Et ſcribam prin. *id eſt iuuenes aptos ad exercitium armorum: hos interfecit rex Babylonis, quia conſilium & fauorem dederãt Sedeciæ rebellandi.*

a Et ſexaginta vi. de po. &c. Iſrael. *Hos ſimiliter interfecit, quia reſtiterũt ei defendendo ciuitatem quantum potuerunt, & ſic non reddiderunt ſe voluntariè, ſed fuerunt inuenti latentes & abſconditi.*

b Iſte eſt po. *Hic conſequẽter ponitur tranſlatorum in Babylonem numeratio.*

a In anno

MORALITER.

a *Et mor.* in quibus terebantur ſpecies ad faciendum vnguenta pro regũ & pontificum vnctione.

b *Et hy.* in quibus ponebantur vinum & oleum pro ſacrificijs liquidorum.

c *Thymiama.* in quibus terrebantur ſpecies pro thymiamate conficiendo, & in altari incenſo offerendo.

d *Et vr. & p.* Vbi lauabantur carnes offerendæ in altari holocauſtorum.

e *Et cande.* pro illuminatione templi.

f *Et Cya.* ĩ quibus pbabať thus, & ſimilia hmõi offerẽda ad vidẽdũ ſi eſſent ad hoc apta. p hæc oĩa vaſa, quæ erant neceſſaria in diuerſis oblationibus & ſacrificijs tempore veteris teſtamenti, ſignantur vaſa neceſſaria in oblatione vnius ſacrificij perfecti, quod eſt euchariſtia tempore noui teſtamenti.

m Decem



*Et*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E ciam cepit & cęcauit, filios eius interfecit, & incendit domum dñi, & Ieruſalem deſtruxit. vnde Ieremias primò dicit eſſe translata tria milia. & xxiij. Scđò, octingentos. xxxij. Tertiò, ſeptingentos. xlv. Summam verò computans dicit eſſe animas quatuor milia ſexcentas. Quod hiſtorialiter factũ, ſpũaliter innuit, quia omnes qui ſanctæ trinitatis fidem per errorẽ polluunt, & Euangeliorum doctrinã nõ cuſtodiũt, & perfectionem bonorum operum deſpiciunt, regi confuſionis merito ſeruiunt, qui lumine ſcientiæ priuatos in captiuitatẽ perpetuę confuſionis abducit, & retrudit in carcerem inferni, vbi gemũt in perpetuum damnati.

a *Et fa. eſt.* Significat admirandã Dei potentiam per bonos & malos ęquè ſua exercere iudicia. Nam ſicut Sedeciam incorrigibilem, & prophetis inobedientem per Nabuchodonoſor cęcitate & captiuitate perpetua damnauit, ita per Euilmerodach & Ioachin, qui licèt peccator fuerit, tñ populo & ciuitati conſulens, ſe & matrem ſuam tradidit regi Babylonis, correctum miſericorditer reſpexit, & de pœnis liberans quieti reſtituit & honori.

## *Prothemata in Threnos Ieremiæ. Paſchaſius.*

SVNT cantica canticorum, ſunt & lamẽtationes lamentationum. Liber Salomonis, Cantica canticorum. Threni Ieremiæ, lamentationes lamentationum. Sicut.n.cantica præcellunt, in quibus F ſponſus aut ſponſa dulcibus fruuntur amplexibus: ita lamẽtationes, in quibus ſpõſi à ſpõſa abſentia multis modis fletibus deploratur. vñ dr̃: Quomodo ſedet ſola ciuitas. (*Thren.1.a*) In illis cãticis inducuntur diuerſæ perſonæ ad nuptialia gaudia: In his lamentationibus diuerſæ abductæ planguntur. Cantica decent in patria, lamentationes in huius vitæ miſeria. Hinc Dauid ait: Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ieruſalẽ. (*Pſ.64.a*) Et alibi: Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te, a ſcẽ. ĩ corde ſuo diſpoſuit in val. lachry. &c. (*Pſ.83.b*) *Paſchaſius.* Quadruplici plangit alphabeto, (*Quadratũ alphabetũ*) quia & nos & mundus de quatuor elemẽtis conſiſtimus, igne, aqua, aere & terra, vt qui quatuor elementis cõſiſtimus, quatuor plangamus alphabetis. Quod propheta non ſolum præſentia, ſed præterita & futura deploret, liber Paralipomenon manifeſtat, (*2.Par.35.d*) vbi legit̃ qđ vniuerſus Iuda et Ieruſalẽ luxerũt Ioſiã. Sed Ieremias p̃cipuè ſub quadrato cęli cardine p̃ſentis ſeculi delicta quadrato alphabeto luget, vt oẽs ad lamẽta inuitet. Materialis enim hic numerus eſt, qa & homo & mũdus quatuor elementis eſt compactus. Quatuor ſunt tempora, quatuor climata: ætas quoque noſtra quatuor conſtat partibus. ſ. temporis, & diei, & hebdomadis & menſis & anni. Hic ergo numerus materialis quaſi quadratus eſt ſolidus, omnia ſibi vt ſubſiſtant quadrat, nõ ſolũ terrena, ſed etiam cęleſtia Quatuor ſunt Euangeliſtæ, quatuor virtutes egregiæ vnde cęteræ egrediuntur, quibus quaſi quatuor Paradiſi fluminibus omnia virtutum germina irrigantur. Quia ergo quatuor elementis ſubſiſtimus, qui interius exteriusq; delinquimus, iuſtum eſt vt cum propheta quaternario numero defleamus, & materiali numero nos intus exteriusq; renouemus, vt ſingulis morũ corporumq; corruptionibus ſingula opponãtur elementa literarum, vt qui ſuper flumina Babylonis captiui tenemur, abſoluti pœnitentia & gratia in noſtra Siõ vera libertate perfruamur. (*Varij fletus*) *Paſchaſius.* Conſtat multa eſſe genera fletuum, multas differentias lachrymarum. Aliter propria damna, aliter plangimus aliena. Aliter ploramus deſiderio cęleſtis patriæ. Aliter pro ſcelerum immanitate & terrore gehennæ. Aliter pro dolore cordis. Aliter pro amore piæ recordationis. Has diuerſitates fletuũ diuina ſcriptura in diuerſis locis explanat, cum ſingulorum varios affectus & lamenta explicat. vnde Dauid: Fuerunt mihi lachrimæ meæ, &c. Et alibi: Laboraui in gemitu meo, natare faciam tota nocte lectum meum, lachry. me. ſt. me. rig. Et Ieremias: Caligauit oculus meus p̃ amaritudine, &c. His affectibus fideles mouentur, qui totum volumẽ illud Ezechielis in ſenſum mentis traijciunt, in quo erãt ſcriptæ lamentationes, & carmen, & væ. *Paſchaſius.* Tam terrenæ ciuitatis ruinam quàm eccleſiæ damna, & animarum diſcrimina in lamentationibus exponere, & pro opportunitate locorum ad tria tempora ſenſus decreuimus dirigere. Threni ſicut ait Hie. metrica lege compoſiti apud Hebr. ſunt. vnde apud Latinos in ſingulis ſniarũ principijs, ſingulæ Heb. literæ prænotantur, à quibus in ꝓpria lingua vnuſquiſq; verſus incipitur. Nec tot literæ vacant à myſterio, cum nec vnus apex aut vnũ iota de lege præteriri debeat. Vñ ſingularum literarũ intelligentia, ſingulis ſententijs eſt aptanda. Aleph interpretatur doctrina. Vera autẽ doctrina eſt, qua De⁹ cognoſcit̃, & vniuſcuiuſq; ſtatus vel defectus nõ ignoratur. vñ Iſa. Glorificate dñm in doctrinis. Vnde bene Ieremias ſpũ mœroris plenus

noſor. In anno ſeptimo, Iudæos ¶Primo. tria milia & vigintitres. In anno decimooctauo Nabuchodonoſor ¶Secundo. tráſtulit de Ieruſalem animas octingẽtas trigintaduas. In anno viceſimotertio Nabuchodonoſor, ¶Tertio. tranſtulit Nabuzardan magiſter militiæ Iudæorũ animas ſeptingentas quadragintaquinq;. a ¶Quæ primo vel ſecundo vel tertio captiuatę ſunt. Omnes ergò animæ quatuor milia ſexcentæ. Et factũ eſt in triceſimoſeptimo anno tráſmigrationis Ioachin regis Iuda duodecimo menſe, viceſimaquinta menſis, a ¶Nepos Nabuchodonoſor. leuauit Euilmerõdach Babylonis ipſo anno regni ſui caput Ioachin regis Iudæ, & eduxit eũ de domo carceris, & locutus eſt cũ eo bona. Et poſuit thronũ eius ſuper thronos regum, qui erant poſt ſe in Babylone, & mutauit veſtimẽta carceris eius, & comedebat panem coram eo ſemper cũctis diebus vitæ ſuæ. Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis, ſtatuta p ſingulos dies, vſque ad diem mortis ſuæ cunctis diebus vitæ eius.

### *Incipiunt lamentationes Ieremiæ, quæ Græcè θρηνόι Threni, Hebraicè קינות Kinoth inſcribuntur.*

ET factum eſt poſtquã in captiuitatẽ redact⁹ eſt Iſrael, et Ieruſalẽ deſerta eſt, ſedit Ieremias

### NICOLAVS DE LYRA.

a In an ſep. Iu. *Et loquitur hic ſcriptura de tranſlatis cum Iechonia filio Ioachim, vt dicit Ra.Sa.& alij Heb. Sed contra hoc videtur quod dicitur.4.Reg.24. translati cum eo fuerunt decem milia. Sed hæc diſſonantia ſoluitur per hoc quod hic dicitur, Iudæos tria milia.i.de tribu Iuda.de alijs autẽ tribubus fuerunt ſeptem milia, qui hic omittuntur. & 4. Reg. cum iſtis numerantur. Item.4.Reg.dicit, quod iſta tranſmigratio fuit anno octauo Nabuchodonoſor: hic autẽ dicitur anno ſeptimo. Ad qđ dicendũ, ꝙ ibi accipiunt anni Nabuchodonoſor à principio regni ſui, hic autem ab illo tempore quo Ioachim filius Ioſiæ fuit ei ſubditus & ſeruiens ſub tributo. Nabuchodonoſor autem iam regnauerat vno anno.*

b In an.oct.de.Na. *Loquitur hic de tráſlatione populi cũ rege Sedecia. Sed contra hoc videtur qđ ſuprà dicit̃ capite iſto. Ipſe eſt annus decimuſnonus Nabuchodonoſor regis Babylonis, &c. Et ſoluitur hoc ſicut & præcedens: quia hic accipiuntur anni Nabuchodonoſor à tempore, à quo Ioachim factus fuit eius ſeruus. ſuprà verò à principio regni ſui.*

c Anno vi.t.Na.tr. *Tunc.n.cepit Tyrum & plures alias ciuitates circa Iudæam, ad quas confugerant ante plures Iudæi timore Nabuchodonoſor, & illi tunc fuerunt capti, & in Babylonem ducti.*

d Omnes er.animæ. *Hic numeratæ.*

e Qua.mi.ſex. *Sciendum tamen, quod fuerit multò plures, ſed hic & in libro Regum numerantur tantũ notabiliores.*

f Et factum eſt. *Hic vltimò ponitur ordinatio de Iechonia rege, qui poſt longum carcerem fuit honoratus in Babylone, cum dicitur: Et factum eſt in tri.ſep.an.tran. Tantum enim fuit in ſtatu humili.*

g Leuauit Euil. *Iſte enim regnauit poſt Nabuchodonoſor patrem ſuum ſecundum Hebræos. Et mortuo patre cum regnaret, honorauit Ioachin ſuper omnes principes regni ſui, vt apparet in litera. Ratio autem huius ſecundum aliquos, quia Nabuchodonoſor patre percuſſo amentia, iſte Euilmerodach filius eius voluerit regnare, & videbatur de percuſſione patris gaudere: propter quod Nabuchodonoſor in regnum reſtitutus fecit eum incarcerari cum iſto Ioachin, & ſic cum eo contraxit amicitiam: propter quod conſtitutus in regno mortuo patre honorauit eum. Cætera patent in litera.*

### MORALITER.

✻ f *Et factum eſt in triceſimoſeptimo anno.* Senſus huius myſticus poſitus eſt.4.Reg. in fine, vbi propriè habet locum.

### NICOLAVS DE LYRA.

ET factum eſt poſtquam in ca.re. *Totum iſtud vſque ad finem capitis videtur appoſitũ ab aliquo expoſitore, ad continuandum ſententiam capitibus ſequentibus, qđ non eſt in Heb. nec in libris correctis.*



plenus ait: Quomodo ſedet ſola ci. Nõ plangit mœnia ciui- A tatis, ſed tropicè populũ in captiuitatẽ ductũ. vñ Iſa. Et relinquetur filia Sion ſicut vmbraculũ in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: & ſicut ciuitas q̃ vaſtatur. Fit vehemẽs exclamatio prophetę, plena fletibus, plena doloribus, plena admiratione & ſtupore. Lamentatio eſt, aut ex mœrore p̃ſentis vitæ, aut ex deſiderio æternæ vitæ cordib⁹ humanis dono ſpirituſſancti infuſa cõpũctio. Legimus Dauid lamentatũ ſuper Saul & Ionathã, & ſuper Abſalom. Fleuit Ezechias fletu magno. Fleuit Petrus amarè. Sed hæ merito lamẽtationes lamentationũ vocãtur: & ſicut genus reducit̃ ad ſpeciẽ, & aliqñ ſpecies ad genus † extẽdatur, ſic terrenę Ieruſalẽ & populi excidiũ deplorat̃, vt pręſentis eccleſiæ dãna defleantur. Sic generalitas noui populi & veteris, q à fide corruentes captiuant̃, vt vniuſcuiuſq; aïę q̃ fuit tẽplum ſpirituſſancti ruina plãgatur. Sic ad præſentẽ captiuitatẽ ſub qua fit hæc prophetia, lamẽtationes intendunt, vt q̃ facta eſt ſub Tyto & Veſpaſiano penitus nõ omittant. Oẽs deniq; præſentis vitæ cauſas & ruinas cernens propheta, & gemit & plangit & plorat ad ſingula, vt diſcant ſinguli deflere propria, cũ defleat ipſe cõia & aliena delicta. Gilbertus. Lamẽtationes Ieremiæ mẽbro patet oſonis maximè diſtingui, vel diſſoluto colorari. Res.n. breuiter abſoluta ſine totius ſnię demõſtratione dr̃, q̃ alio oſonis mẽbro excipit̃, ſicut eſt hic: Plo. plora. Interdum verò more diſſoluti cõiunctiones de medio auferuntur, partes ſeparatę offerunt̃ hoc modo: Qũo ſe. ſo. ci. & more rhetorico aliqñ duobus membris, aliqñ tribus, aliqñ pluribus cõſtat oſo. Gilber. Rhetoricorũ colorũ ſplendorẽ, & ſniarũ grauitatẽ, & elocutionis ornationẽ me tacẽte diligẽs lector nõ tacebit. B Locorũ quoq; rhetoricorũ multitudinẽ, & dialecticorũ raritatẽ, & argumentorũ ſubtilitatẽ gratis inueniet. Præterea & rhetoricę cõqueſtionis humilitatẽ, & interdũ indignationis aſperitatẽ, vel vtriuſq; cõmiſtionẽ, nullo docente docebit. Rudibus tñ ſatisfaciendo & cõqueſtionẽ & indignationẽ rhetoricã proprijs definitionibus ad mediũ deducere non grauabor. Eſt.n. (vt ait Tullius) cõqueſtio, oſo auditorum miſericordiã captãs. Cuius primus locus eſt, dũ p quẽ, q̃bus in bonis fuerimus, & q̃bus in malis nũc ſimus, oſtẽdimus, ſicut hic: Qũo ſe. ſo. ci. Indignatio eſt oſo, p quã cõficit̃ aut in hoïem odiũ, aut in rẽ offenſio. Cuius primus locus eſt ab autoritate, cũ dr̃: Quantæ curæ ea res fuerit dijs immortalibus, &c. Sicut hic: Cãdidiores Nazaræi eius niue, &c. In primo ergo alphabeto paucos conqueſtionis & indignationis locos aſſignando, diligentiori & perſpicaciori viam aperio lectori. C

a *Aleph.* Doctrina. ſ. vt ſeipſũ & Deũ cognoſcat homo. Hãc plebs Iudęorũ nõ habuit, idcirco merito hoſtib⁹ ſubiacuit. (*Aleph*)

propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans & eiulans, dixit:




a ¶Doctrina ſecundum Hiero.

## CAP. I. Aleph

a ¶Affectuoſè, admiratiuè. b ¶Humiliata. c ¶Populo ſpoliata. ¶Deſtituta vel deſolata auxilio Dei & angelorum. ¶Habitu plorantis. d ¶Ieruſalem, vel anima, vel eccleſia.

a b Q † Vomodo ſedet ſola ciuitas

### GLOS. ORDIN. CAP. I.

QVomodo ſe. ſo. ciui. Subuerſione miſeræ ciuitatis, & ruinã cęleſtis populi nõ ſolũ ſub Chaldæis accidiſſe, verum ſub Tyto & Veſpaſiano plenius cõplendam pronuntiat. ante vltimã.n. captiuitatẽ nõ ſola iure ſedere dr̃, niſi fortè pro doloris exaggeratione. A Chaldęis pauperes, terrę cultores relicti legunt̃, q̃bus Godolias præeſſe iubetur. (*4.Reg.25.f*) Nec ciuitas oĩno deſtruit̃, ſed poſt mortẽ Chriſti vaſtãda differt̃, vt nec lapis ſuper lapidẽ, nec populus ĩ ea relinquatur. (*Luc.21.b*) Reuerſis.n. à captiuitate creuit virga furoris, qa p̃monita & correctiones prophetarũ nõ ſũt ad Deũ reuerſi, ſed beneficijs Dei ſp fuerũt ingrati. vñ Moyſes. Scio cõtentionẽ tuã & ceruicẽ tuã duriſſimã: ſp cõtentioſè egiſti cõtra Deũ. (*Deut.31.g*) Et Stephanus ĩ Act. Apoſt. Dura, inquit, ceruice & incircuncisi corde. (*Act.7.f*) Propterea ſæpe flagellis attriti, ab hoſtib⁹ oppreſſi, malis omnibus afflicti, nec ſic crediderũt, ſed exacerbauerunt Deum excelſum: & ideo captiuatis iam decem tribubus in Aſſyrios, duæ quæ remanſerunt domum Dauid ſequentes, & Deum ſpecie tenus colentes, paulatim creſcente malitia primũ in Chaldæa captiuantur. vnde hic ciuitas plangitur.

b *Qũo ſe. ſo. ciui.* Paſcha. Hiſt. (*Hiſtoricè*) Quo. ſe. ſo. ci. Ieruſalem populis ſpoliata & ignominia plena, inter hoſtes humiliata: olim populoſa & inter hoſtes glorioſa. Facta eſt quaſi vidua do. ge. D Regibus deſtituta, ſacerdotib⁹ deſolata, tẽplo prophanato, & vaſorũ gloria † exploſa, auxilio Dei deſtituta. (*† expoliata*) Dña gentiũ quas antè ſubuerterat & ſubiugauerat. Paſch. Mora. (*Moraliter.*) Aïa ſola ſedet quaſi vidua bonis exuta virtutũ, q̃ ſubiecit ſe dñio Chaldæorũ, & pubertatis ſuæ contẽpſit ſpõſum. Chaldæi captiuãtes interpretãtur, hi ſunt dæmones qui de ſolio cœleſtis patrię aïam reuocãt, & in poteſtatẽ ſuã captiuãt. vnde Iſa. Intra in tenebras filia Chaldæorũ, qa. ſ. filia Dei in lege virtutũ ſtare noluiſti. (*Iſa.47.a*) Intra mutato noïe in tenebras cæcitatis. vnde Iere. gemens exclamauit: Quo. ſe. ſo. ci. aïa. ſ. quondã virtutibus & ſuffragijs ſanctorũ quaſi ciuitas plena populo, nunc deſolata, q̃ prius pollebat diuinis operibus inter frequentias ſodalium, nunc inter hoſtes ſedet ſqualida, cui nulla eſt ſocietas ſanctorum, nulla cõio ſacramentorum, nulla

### Incipit poſtilla fratris Nicolai de Lyra ſuper Threnos Ieremiæ. CAP. I.

QVomodo ſe. *In præcedentibus huius libri prophetauit Ieremias deſtructionem Ieruſalem futuram, hic conſequenter deplorat eam iam factam, quia vidit ſuam prophetiam completam. Circa quod ſciendum, quod ſingulis verſibus literæ Hebraicæ præponuntur ſecundum ordinem alphabeti. Et dicunt aliqui, ꝙ præpoſitæ ſunt ad ſignificandum ſententiam verſuum quibus pręponuntur. & ſic ex interpretationibus literarum procedunt ad expoſitionem verſuum. Sed hoc non videtur bene dictum: Primò, quia Hebręi quorum ſunt iſtæ literę, & per conſequens virtutem earum debent magis cognoſcere, nihil tale dicunt. Secundò quia litera per ſe ſumpta vt litera eſt nullam habet ſignificationem, nec per conſequens interpretationem, licet aliqua litera vt eſt, dictio aliquid ſignificet, ſicut apud Latinos hęc litera, a, prout eſt prępoſitio, ſignificat ſine. Si ergo ex iſta ſignificatione aliquis vellet procedere ad exponendum virtutem ipſius, a, prout eſt litera, vel per ſcripturam, a, incipientem, eſſet manifeſta æquiuocatio. Item iſti imaginantur, ꝙ iſtæ literę non ſint de integritate verſuum, ſed quaſi quidam tituli eis prępoſiti, quod non eſt verum, quia ſic ſunt de integritate verſuum in Heb. ſicut apud nos in illo hymno: A ſolis ortus, &c. literæ Latinę incipiendo ab, a, vſq; ad, g, incluſiuè, ſunt de integritate verſuum, quia primus incipit per, a. A ſolis ortus, &c. ſecundus per, b. Beatus autor ſeculi, &c. & ſic conſequenter vſq; ad, g, & eodem modo eſt hic de literis Heb. in Hebręo: ſed tranſlator non potuit in Latino ſeruare ordinem literarum Latinarum in principijs verſuum: quia prima dictio in Heb. pro qua transfertur quomodo, incipit per aleph, & quomodo incipit per, q, & ideo ſingulis verſibus præpoſuit ſeparatim literas Hebraicas per ordinem, non ad deſignandum aliquid, niſi quod per tales literas incipiunt verſus in Heb. Lamentationes enim iſtæ ſcriptę ſunt metricè in Hebr. & tempore Ieremię currebat modus talis metrificandi aliquam materiam. ſ. quod verſus inciperent ordinatè à literis alphabeti. Sciendum etiam, quod hic non eſt quærendus proceſſus artis, ſed magis dolentis & conquerentis, qui lamentans aliquod factum, idem frequenter repetit ſub alijs verbis: ſicut mater lamentans filium mortuum, aliquando nominat ipſum proprio nomine, aliquando nominat eum cor ſuum, aliquãdo vitam ſuam, & ſic de alijs: & frequenter de vna perſona tranſit ad aliam, magis ſecundum motum affectionis, quam ſecundum ordinem rationis. Præterea ſub nomine ciuitatum vel locorum intelligitur populus ibi prius habitans, & ſic dicitur ciuitas vel locus deſolari vel flere pro deſolatione & fletu populi. His igitur præmiſſis hæc pars libri Ieremię, quæ apud Heb. קינות kinoth vocatur. i. lamentationes, in duas partes diuiditur: quia primò ponitur Ieremiæ lamentatio. ſecundò eiuſdem oratio. v. cap. Prima diuiditur in quatuor partes ſecundum quadruplex alphabetum Hebra. ſecundum quod lamentationes iſtę metricè ſcribuntur & hoc in quatuor capit. Et hoc modo pręſens caput poſſet diuidi in xxij. partes ſecundum numerum literarum, ſed non eſt vis, quia ſicut dictum eſt, iſtę literæ non ponuntur hic ad ſenſum literalem deſignandum. Dicit ergo:* (*Diuiſio.*)

a Quomodo ſedet ſola. *i. habitatoribus ſuis priuata.*

b Ciuitas plena populo. *antequam eſſet deſtructa.*

a Facta

### MORALITER.

✻ a *Quomodo ſedet ſo. ciui.* Hic incipit lamentatio caſus Ieruſalem hiſtoricè, per quam ſignatur lamentatio caſus Ieruſalem allegoricè, ✻ quæ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E nulla cum ſpōſo participatio,ſed redacta eſt in tributum vitiorū. Vnde ēt dr̄, multis me reliquit pater meus creditoribus obnoxiū: qbus etſi quotidie laboro,nō ſatisfacio. Multa ſunt delictorū tributa,quibus aīa eſt obnoxia,donec per
Iohel.1.b pœnitentiā ad libertatē redeat.vnde:Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virū pubertatis tuę. vnde vox plangentis ſequitur: Plorās
† De imu. eccl. c.non minus. plorauit in nocte. Quo.ſe.ſo.ci.Paſch.
Allegor. Allegor. Lachrymoſius plangenda eſt eccleſia culpis exigentibus, ſponſi abſentia viduata. Qūo ſedet ſola ciuitas, Dei & angelorum auxilio deſolata. Si enim ſpōſus cū ipſa eſſet,non eſſet lu-
Matt.9.b genda: Quia nō poſſunt filij ſponſi lugere quādiu cum illis eſt ſponſus, ſed gaudio gaudent propter vocē ſponſi. Cum verò matrē.i.eccleſiā à vero ſpōſo viduatā ſenſerint,non ſolum filios, ſed & oēs amicos flere cōuenit. vnde; Iere. præ oībus & pro oībus ſiebat,nō ruinā ſaxorum,ſed hominum.Quo.ſe. ſo. ci. Plorantis demonſtrat habitum.
Iob.1.c vnde & Iob in ſterquilinio ſediſſe perhibetur, vt dolentis exprimeretur affectus,qui & ipſe dolens interpretatur.De hac captiuitate dr̄:
Pſal.136.a Super flumina Babylonis illic ſedimus:Qui.ſ.ſedere in throno regni & ſummo vertice cęli ſtare noluimus,iure ſup flu-
Iſa.47.a mina tentationū ſedentes dolemus. vnde Iſa. Deſcēde,ſede in puluere filia Baby.ſede in terra,nō eſt ſoliū filiæ Chaldęorū:ita Ieruſalē nr̄a cū in cōfuſione peccatorū venerit, nō eſt ei ſoliū dignitatis,ſed ſordidaī terrenis vitijs. vn̄ Iere.plāgit, quia nō modo ſedet terrenis operibus ſordidata,ſed qa ſola & quaſi vidua. Vidua,qa pro turpitudinis fęditate à ſponſo derelicta quaſi vidua. Nō verè vidua:nā etſi à ſpōſo ad tēpus deſpicitur,ſpōſalitatis tn̄ iura retinetur, vt ſi redire per pęnitentiā voluerit,ſpōſum recipiat cū ſatisfecerit: & tandē veſtē immortalitatis recipiat,q̄ reueſtita nullius tributo ſubia-
Rom.13.c cebit. vn̄ Pau. Nemini qcq̄ debeatis, niſi vt inuicē diligatis.
Hiſtoricè. a *Plorans plo.* Paſch. Quæ ſit quæ ploret, Beth litera oſtendit
Gen.46.a interpretatione,q̄ interpretatur domus,q̄.ſ.cū Iacob in Ae-
Pſal.113.a gyptū eſt ingreſſa,& dn̄i clementia egreſſa,ſ̄m illud Pſal.In exitu Iſrael de Aegypto,&c. Sed rurſus exigētibus peccatis
F in Babylonē captiuatur.vnde:Plorās plo.in no.qa in die nō datur eis requies, vt ſaltē ſuis cōſolentur lachrymis. & ſerò oculos abluant quos prius ad idola leuabant. Et qđ grauius eſt ex oībus amicis eius prius blandientibus, non eſt qui cōſoletur eā. Lachrymæ eius in ma.eius,vt magis inter hoſtes confundantur,& ſuis ſaturentur opprobrijs. Propter idololatriā.n.populus in captiuitatē ductus durè ab hoſtibus affligebaī,ſed ſub Tito & Veſpaſiano durius: quē diu patientia Dei ſuſtinuit,ſed impęnitēs irā ſibi in die furoris theſaurizauit. Plorans plo. Quartus locus cōqueſtionis,per quē res turpes & humiles indignè patientibus proferuntur,qui hic ſæpiſſimè

a ¶Ex gentibus & tribubus & linguis congregata. ¶Olim populoſa. b ¶Ab oppoſito. c ¶Non verè.
plena pōpulo. †Facta eſt quāſi vi- a b
a ¶Regibus,ſacerdotibus,Dei auxilio. ¶Abſente ſpōſo. b ¶De uictarum. ¶Vitiorum.
dūa domina gēntium: †princeps c d
a ¶Quas tributarias fecerat. ¶Eccleſiarum, vitiorum,ſenſuum. b ¶In maioribus,in prelatis. c ¶Dæmonum. ¶Chaldæorum.
prouinciarū factā eſt † ſub tribū- e
a ¶Domus Iacob,domus Dei. b ¶Anima, eccleſia,populus Iſrael. ¶Intus. c ¶Exterius.
a to. Bēth. Plōrans plōrauit in f
a ¶Mundi aduerſitate,peccatorum cęcitate. ¶Aliena à vera luce. ¶Quia non licet in die. b ¶Doctoribus, quorum officio cibus animæ ad minores traijcitur. ¶Prælatis, conſcientijs.
nōcte,& lachriymę ei⁹ in māxil- g h
a ¶Dum eſt in nocte.
b lis eius. Nō eſt q̄ cōſōletur eā, ex i

ſæpiſſimè frequentatur. Plorās plo.in no.Paſch. Aīa.ſ.in peccatorū cæcitate,de qua dr̄: Sit nox illa ſolitaria,nec laude digna:ſed nō plorat ſub arbitrio,ſed miſerāte dn̄o. Vnde in perſona dn̄i plangēs propheta dicit:Quo.ſe.ſo.ci.Niſi.n.dn̄s miſericordia motus eā ſolā ſedere vidiſſet, ipſa ſe minimè ploraſſet. Reſpexit dn̄s Petrū, & fleuit amarè. Lachrymę eius in ma.e. Maxilla aīæ conſcientia eſt. Vultus in maxillis formatur, cū vniuſcuiuſq; qualitas in conſcientia mōſtratur. Conſciētia verò q̄ nouit peccata ſua, ſp debet fonte lachrymarū irrigari. Vnde Dauid:Peccatū meū contra me eſt ſemper. Aliter nō eſt q̄ cōſoletur eā, vero cōſolatore amiſſo.i.ſpirituſancto: cū p̄ſertim oēs amici.i.affectus prauę dilectionis fiant eius inimici:cū in die iudicij ſ̄m Apoſtolū inſurgāt cogitationes miſerā animā accuſantes aut defendentes,& dęmones peſſimi perſuaſores,q nūc decipiendo blandiūtur. Plorās plo.in no. Paſch.Alleg. Chriſti eccleſia plorat in nocte.i.inter aduerſa huius vitæ, qa licet ſit ad gloriā prædeſtinata, verſatur tn̄ inter caligines ignorantiæ & cęcitatis diſcrimina: plorat q̄ foris tolerat, plorat intus†cęcitatis ſuæ ærumnas: ſed plorās plorat,qa prius intus cōpungitur,& ſic exterius proprijs lachrymis baptizatur, q̄ de cordis fonte producuntur, quarū vbertatē inſinuās propheta ait: Plo.plora. Hoc modo nō minus exterior q̄ interior homo reformādus abluitur. vnde ſequitur: Lachry.eius in ma.eius. Maxillæ ſunt qui ſciūt ſua & aliena delicta plangere, nō tegere:de quibus dr̄:Genę tuę ſicut fragmen mali punici:abſq; eo qđ intrinſecus latet. In his.n.eccleſiæ pulchritudo oſtenditur, & ipſorū p̄dicatione in corpus eccleſiæ traijcimur:qui ſicut plus cęteris in corpore Chriſti laborant,plus gemunt,& plorant eos quos vidēt in nocte delictorū verſari, & in cęcitate erroris. Plorat eccleſia in nocte,†quæ peccatorū ſuorū tenebras non ignorat lachrymas in maxillis portat,quibus pulchritudinē ſuā quotidie renouat. Prodeſt.n.Maria Marthæ laboranti, dū plorās plorat ſecus pedes dn̄i. Plorat ſponſa à cōplexu ſponſi remota, & in valle.i.in nocte ignorantiæ huius, Plorās plorat,pro patriæ.ſ.cęleſtis deſiderio, & pro peccatis ſuis & aliorum in hoc ſeculo. Plorat in his qui mortui ſunt mundo: Plorat in virginibus,in viduis: Plorat in oībus q ſe peregrinos & hoſpites cōfitētur ſuper terrā. Nō eſt qui cōſo. eā ex oīb.cha.e. Sāctis videlicet & angelis, niſi recipiat cōſolationē ſpiritusſancti.vn̄:Oēs ami.e.ſpre.eā.qa Deus ſpreuit eā,& facti ſūt ei inimici cui De⁹ inimicus,à cui⁹ æquitate nō p̄nt diſcordare.
b *Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus.* Hoc propriè ad vltimam captiuitatem pertinet, nam extunc nec principes nec ſacerdotes habuerunt. In Babylone autem conſolatores habuerunt Danielem,& Ezechielem,& alios multos.

a Omnes

## NICOL. DE LYRA.

¶ b Facta eſt quaſi vidua.*i.dignitate regni & ſacerdotij orbata.*
c Domina gentium.*i.quæ fuit domina gentium,maximè tempore Dauid & Salomonis,qui multas gentes alienigenas ſibi ſubiecerunt,vt habetur 2.Reg.& 3.& ad idem pertinet quod ſubditur:*
d Princeps prouin.*ſ.temporibus dictis.*
e Facta eſt ſub tributo. *regis Babylonis.*
f Plorans plorauit. *Per hanc reduplicationem intelligitur fletus abundantia.*
g In nocte.*i.tempore tribulationis & anguſtiæ, quod dicitur nox.*
h Et lachrymæ eius in maxil.eius.*Per hoc deſignatur continuatio & diuturnitas fletus.*
i Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus. *quia populi Iudæis confœderati, vt Aegyptij & Syrij & aliqui alij,in neceſſitate eam reliquerunt: & non ſolum reliquerunt, ſed etiam Chaldæis eorum aduerſarijs fauerunt, ideo ſubditur:*

¶ a Omnes

## MORALITER.

✱ quæ eſt militans eccleſia. Circa quod ſciendum, quod in his lamentationibus eadem ſentētia frequenter repetitur ſub alijs verbis, & aliquando ſub eiſdem:ſicut & in canticis lætitiæ fieri ſolet. Item ſciendum, quod caſum Ieruſalem aliquando dicitur Deus feciſſe,quod eſt intelligendum permiſſiuè tantum, quantum ad mala culpæ, quantum autem ad mala pœnæ, poteſt intelligi Deus feciſſe non ſolum permiſſiuè,ſed etiam actiuè: quia licèt non ſit autor mali culpæ,eſt tamen autor mali pœnæ, ſecūdum ordinem ſuæ iuſtitiæ procedentis. Igitur circa Ieruſalem allegoricam quæ eſt militans eccleſia, ſciendum quòd declinauit multum à perfectione prima in prælatis & clericis,& etiam religioſis, & ſimiliter in principibus & laicis ſibi ſubiectis. Similiter temporibus modernis multum defecit in numero fidelium. Nam Aphrica tota (quæ aliquando fuit Chriſtianis repleta,ſaltem pro maiori parte) iam eſt ab infidelibus habitata & poſſeſſa. Græcia verò eſt ſchiſmatica facta,& tota terra ſancta à Sarracenis conculcata. Dicitur etiam quòd Armenia eſt eis ſubiecta de nouo,& non ſolum quantum ad tributi redditionem,ſed etiam quantum ad legis Mahumeticæ receptionem, ſaltem pro magna parte:quod eſt materia magni doloris toti genti Chriſtianæ. De Chriſtianis enim remanentibus,licèt plures ſint de eccleſia numero, pauci tamen reſpectiuè ſunt numero & merito: propter quod lamentando dicendum eſt: Quomodo ſedet ſola ciuitas.i.eccleſia quę dicitur ciuitas:nam in ea debet eſſe ciuium vnitas per concordiam charitatis, & nunc Deo permittente & diabolo procurante, facta eſt quaſi ſola reſpectu præteriti temporis, & †diſſuta mutuis diſſenſionibus & guerris.
a *Plena populo.* ſecundum numerū & meritum.ſ.tēpore præterito.
b *Facta eſt quaſi vidua.* Nam ex abundante malitia videtur Chriſtus eius ſponſus eam in magna parte deſeruiſſe.
c *Domina gentium.* i.quæ deberet alijs gentibus dominari.
e *Facta eſt ſub tributo.* Sarracenorum & aliorum infidelium in pluribus partibus orbis, & in illis qui liberi ſunt ab humano tributo multi per peccatum dæmonibus ſunt ſubiecti.
f *Plorans plorauit in nocte, &c.* Hoc dicitur quantum ad deuotos qui ſunt in eccleſia, qui conſiderantes prædicta ſunt in luctu & anguſtia.
i *Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius.* i.prælatis, clericis,& religioſis. Iſti nanque intimiores eccleſiæ debent eſſe, & tamen eorum multi plus deſtruunt eccleſiam ſuis malis moribus & exemplis quam laici, ideo ſubditur:

✱ a Omnes



a *Omnes amici eius.* Tertiuſdecimus locus conqueſtionis,per
A quem cum indignatione conquerimur, cū ab his à quibus minimè conueniat,malè tractamur.
b *Migrauit Iudas.Paſc.Hiſt.* Migrauit Iudas pp multitudinem peccatorum. ſ.captiuati ſunt non ſolum vſq; in Babylonē, ſed inde tanquam fugitiui ſerui pp afflictionem ſeruitutis ad alias gentes migrauerunt: ſed nec ibi requiē inuenerunt.vnde ſequitur: Omnes perſecutores eius. qui.ſ.fugitiuos p̄ſequebantur,& ante anguſtiatos,afflixerunt crudelius. Iure.n.qui leue iugum dn̄i fugerant, dura afflictione premuntur:& qui libertatem in Chriſto promiſſam vilipendebant, afflictione ſeruitutis merito laborabant. Migrauit Iudas de alijs hoſtibus ad alios,crudelitatem dominorum fugiens, ſicut Cain fratricida, vagi & profugi habitabāt Iudæi inter gentes,nullam requiē inuenientes,cōfuſionis ſuæ ignominiam circumferētes,quia Chriſtum fratrem ſuum occidere non timuerunt. Plenitudine.n.delictorum ſuorum migrauit Iudas in captiuitatem, q̄ ſibi accumulando peccata prouocauit Dei vltionem. Aliter.n.ſibi gentem dilectam, & glorioſam nō traderet Deus in captiuitatis ignominiā,qui ſe nondum Ammorrhæos poſſe tradere dicit,quia nondū ſunt completa peccata Amorrhæorum. Migrauit Iudas.Moral.Anima.ſ.quæ Deū debet laudare,vel ſe accuſando peccata aperire,afflicta vitiorum ſeruitute,de vitijs migrat ad vitia,nec inuenit requiem. vnde Apoſtolus: Video aliam legem in mēbris meis repugnantem legi m.meæ. Euadendi autem nulla via eſt, niſi quā ipſe demonſtrat,gratia Dei per
B Ieſum Chriſtum. Sed miſera anima à perſecutoribus ſuis inter anguſtias,prægnantium more,tandem feſſa deprehenditur. vnde: Væ prægnantibus & nutrientibus in die illa. Migrauit Iudas.Paſch.Alleg. i.eccleſia Chriſti libertate amiſſa, Sæpe in ſeruitutem gētium, & in afflictionem vitiorum migrauit,& nullā inuenit requiē,ſed de loco in locū fugiens,à p̄ſecutoribus deprehēſa grauiori affligiī anguſtia. Sæpe aūt hiſtorialiter ſic captiuaī & affligiī Ieruſalē nr̄a,& īter hoſtes vagaī captiua, ſicut hiſtorialiter figurabat Ieruſalē terrena.
c *Daleth.* Interpretatur tabularum. De imputribilibus enim tabulis,cedrinis. ſ.& Sethim conſtructa erat domus Dei.
d *Viæ Sion.* Octauus locus per quē dr̄ factum,qđ non oportuit,non factū qđ oportuit. Myſticè. Tabularū quadrata inducitur

a ¶Sanctis,vel angelis,vel affectibus prauis. ¶Prophetis,ſacerdotibus,regibus. ¶Prius blandientibus. b ¶Gentes eius amicitia coniunctæ. c ¶Qui & chari. ¶Vel angeli. ¶Virtutes.
a omnibūs † charis eius: omnēs āmi- a
a ¶Quia Deus ſpreuit. b ¶Dum ſubtrahunt auxilium quaſi his quibus Deus offenſus eſt. Similiter eccleſia nonnunquam pro peccatis ſuis affligitur conſternatur, tam ab interioribus quam ab exterioribus inimicis.
ci eius ſprēuērūt eam, & fācti ſunt ei b
a ¶Plenitudo. b ¶Decimus locus,per quem inopia,infirmitas,ſolicitudo:demonſtratur.
b inimici. Gimēl. Migrāuit Iudas c
a ¶Quia fugit iugum ſuaue domini, & onus eius leue.
propter afflictionem, & mūltitudinem ſeruitutis: habitauit inter d
a ¶Alias,Gentiles,vel vitia,vel dæmones. b ¶Sic.Vitijs inſtantibus,vel dæmonibus. c ¶Ques fugiebant,comprehenderunt crudeliter eos.
gentēs, nēc inuenit requiem: ōmnes e f
a ¶Sequentes quaſi fugitiuam. ¶Chaldæi Romani.
perſecutōres eius apprehenderunt g
a ¶Fuga & afflictione anguſtiatam. b ¶Afflictionum. ¶Peccatorum. c ¶Interpretatur tabularum. d ¶Prædicatores.
c d eām, inter angūſtias. Dāleth. Vīæ h i
a ¶Cæleſtis.
Sīon lngent, eò quòd non ſint qui k l
a ¶Pedibus mentis. b ¶Patriæ cæleſtis.vnde: Conſtituite diem ſo.in con. ¶Sanctorum angelorum.
veniānt ad ſolēnnitatem: omnes m
a ¶Quæ debent ornari. b ¶Qui debent gaudere.
pōrtæ eius deſtructæ, ſacērdotes eius n o
a ¶Pro peccatis. b ¶Caſtæ intentiones. c ¶Quæ debent fulgere. ¶Quia a vitijs corruptæ.
gementēs: virginēs eius † ſquāli- p

ducīī ſpecies ſecundū anagogen, harum officio domus dn̄i C
connexa quadrato culmine cōſurgit ſ.vijs,portis,ſacerdotibus,virginibus. Viæ Sion.Paſch.Hiſt. Præmiſſo genere tranſit ad ſingularum ſpecies perſonarum, vt dū genus per ſpecies diuidiī,& ſpecies p genus re integratur. luctus amplior multipliceī. Et quia Threni lege metrica cōponuntur,ſecularis eloquētiæ figuris interdū ornantur,& per metaphorā rhetorica proprietate diſtinguunī. Vnde hic dr̄: Viæ Sion lu.&c.non q viæ ſentiāt aut lugeāt ſed in ſolitudinem redactæ, luctum tranſeuntibus excitant, eò q non ſint qui ad ſolennitatem veniant. Simile eſt qđ Moyſes dicit: Audite cęli quæ lo.&c. Iſaias quoq; cęlum & terram in teſtimonium vocat,vt cūcta cognoſcant elementa iuſtè Deū iratum, & ad iracundiam prouocatum. Viæ Sion. Moral.virtutes.ſ.ad ſupernam Ieruſalem ducētes, ad ſolennitatem animę,cui ſponſus ablatus eſt, cum anima de arce ſupernæ intentionis ad exteriores labitur actiones. Solennitas eius eſt vitæ cęleſtis intima contemplatio, ſed non ſunt qui veniant ad ſolennitatē,affectus.ſ.prioris vitæ non veniunt ad ſolennia contemplationis animæ, vel diuinæ, quia portæ ſenſuū ſunt deſtructæ. Sūt.n.portæ mortis,ſunt & iuſtitiæ.de quibus dr̄:Aperite mihi portas iuſtitiæ.&c. & in Iſaia: Aperite mihi portas, & ingredietur gens iuſta. Sed quia mors intrauit p feneſtras noſtras,ſqualet animæ virginitas,& gemit regale ſacerdotiū, dum pro virtutibus replemur amaritudine vitiorum. Egrediamur ergo de portis mortis, & portas vitæ reædificemus,interrogātes quę ſit porta dn̄i,vt ambulemus
D in ea. Viæ Sion. Alleg. Quoties eccleſia pro peccatis ſuis intus foriſve repletur furoris domini amaritudine,merito lugent viæ, portæ iacent deſtructæ, gemunt ſacerdotes, ſqualidæ ſunt virgines,vt totius tabulatura domus quaternario numero deſignata concuſſa videatur. Vnde: Et alibi Iere. State in vijs & videre, & interrogate vias domini. Viæ ſunt prophetæ,patriarchæ & alij,per quos ad Chriſtum qui vera eſt via, venitur. Sicut enim lux dicitur à luce Chriſto, ſic viæ dici poſſunt ab ipſo. vnde Abraham prima via credendi appellatur. Hæc ſunt viæ Sion, ideſt cœleſtis ciuitatis: hæ lugent & gemunt, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem cęleſtis patriæ: quia portæ deſtructæ, qui enim pręſunt officio nec ipſi intrant nec alios intrare permittūt:

Hiſtor.
Deu.32.a
Iſa.1.a
Moraliter.
Pſal.117.c
Iſa.62.a
†afflictæ, triſtes
Allegor.
Ier.6.d

Sacer.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Omnes ami.e.&c. *Migrauit Iudas, Sicut enim fuit dictum cap. præcedenti illos tranſtulerunt Chaldæi, qui propter robur corporis, vel induſtriam artis poterant eis ſeruire,alios dimittentes pro cultura terræ.*
d Habitauit inter gen. *populus in Babylonem ductus.*
e Nec inuenit re.*quia laboribus duris affligebatur.*
f Omnes perſecuto.eius ap.*ideſt Ieruſalem.*
h Inter an.*ſ.famis & mortalitatis, quæ præualuerunt in ciuitate, quando fuit capta, vt dictum eſt ſup. Ra.Sa.exponit: inter anguſtias.ſ.viarū, vbi capiebantur fugientes, quia non poterant diuertere.*
i Viæ Sion. *Hic conuertit ſe ad lamentandum templi deſtructionem, quod erat in monte Sion, cum dicitur: Viæ Sion.ſ.per quas populus veniebat ad templum de locis exterioribus.*
k Lugent.*hoc dicitur metaphoricè,ſicut dicebantur gaudere in populi multitudine. vnde in Hebræo habetur: Viæ Sion herboſæ, quia nullus tranſibat per eas.*
l Eo q non ſint qui ve.ad ſo.*i.ad ſolennitates, quia ponitur ſingulare pro plurali,ſicut frequenter fit in ſcriptura veteris ac noui teſtam. Ter enim in anno debebat populus comparere in templo.ſ.in paſchate, pentecoſte,& feſto tabernaculorum, Exo.13.ſed deſtructo templo & populo captiuato nullus veniebat.*
m Omnes por.eius de.*quia à Chaldæis incenſæ, vt dictum eſt ſup.*
o Sacerdotes eius gementes. *quia aliqui fuerunt occiſi, & cæteri in captiuitatem ducti.*
p Virgines eius ſqua.*ideſt deformatæ ex fame & labore.*

¶ a Et

## MORALITER.

✱ a *Omnes ami.eius ſpre.eam.* fugientes eccleſiā per indeuotionē, ſed non per bonum temporalium collectionem, ideo ſubditur:
b *Et facti ſunt ei ini.* ſpoliantes eam bonis temporalibus,& non intendentes obſequijs eius.
c *Migrauit Iu.propter af.&c.* Iudas qui interpretatur confitens ſiue laudans, ſignat primos religioſos in deſertis habitantes, & ibidem aſſiduè diuinis laudibus intendentes. Sed quoniam hoc fuit laborioſum pluribus, ideo migrauerunt ad habitandum in ciuitatibus, ideo ſubditur,
d *Ha.in gen.* non ſolū quantū ad corpus, ſed etiā q̄tum ad mores, Pſal.105.ſ.Cōmiſti ſunt inter gentes,& didicerunt opera eorū,&c.
e *Nec inuenit requiem.* ſ.cōſcientiæ bonæ, ſed magis turbationem, ideo ſequitur:
f *Omnes perſecutores eius.* ideſt dæmones.
g *Appreben.eam inter an.* ideſt inter ſtrictas religionis obſeruantias quas tranſgrediuntur, & ſic à dæmonibus capiuntur.
i *Viæ Sion lu.eo q non ſint qui &c.ad ſo.* nam religioſi habentes magnas poſſeſſiones,occupati ſunt circa temporalia: & ſic non conueniunt in eccleſia. Mendicantes etiam multum diſcurrunt, & ſic ad eccleſiam non veniunt, & de remanentibus in domo multi occupantur circa ſtudium curioſorum & inutilium, propter quod in magna parte refugiunt eccleſiæ officium. ideo ſubditur,
n *Portæ eius deſtructæ.* ideſt doctores & prædicatores, qui dicuntur portæ, eò quòd debent alijs aditum præbere, ſed aditus ille deſtruitur per curioſitatem doctrinæ.
o *Sa.eius ge.* nam curati qn̄ leuantur ab eis ſubſidia pro bono communi, magis gemunt, quā pro ſuis peccatis, vel ſuorum ſubditorū.
p *Virgines eius ſqualidæ.* nam aliquæ moniales quæ dicuntur eccleſiæ virgines, de incontinentia ſunt notatæ.

✱ a Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a ¶Plebs ſubdita. b ¶Vitiorum.
dæ, & ipſa oppreſſa amaritudine. a
a ¶Iſte. b ¶Octauus locus. c ¶Dæmones. ¶Hæretici.
a He. Facti ſunt hoſtes eius in ca- b
a ¶Qui ante in cauda. ¶Cum bonum opus corrupta mente concipimus, diabolus in principio principatur. b ¶Diminutione boni, aſſiduitate peccandi.
pite, inimici eius † locupletati ſunt: c
a ¶In Deuteronomio.
quia dominus † locutus eſt ſuper d
a ¶Oporimendam. b ¶Conceſſio & confeſſio, quia factum non excuſat, ſed ignoſci poſtulat.
eam propter multitudinem iniquita
a ¶Puſillanimes. ¶Quibus beneficio ætatis miſerendum. ¶Non magni. b ¶A dæmonibus.
tum eius: paruuli eius ducti ſunt in e f
a ¶Extra eccleſiam. b ¶Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero.
captiuitatem ante † faciẽ tribulantis. g
¶Et. a ¶Eccleſia, vel anima: quæ filiæ ſunt cœleſtis Ieruſalem.
b Vau. Et egreſſus eſt, à filia Siõ omnis h i
a ¶Sacerdotium, templi ornamentum. ¶Puritas fidei. ¶Virtutum. b ¶Motus rationales animi. ¶Paſtores, rectores, qui vtroque cornu vtriuſque teſtamenti ſubditos debent defendere & rebellantes percutere.
decor eius. Facti ſunt principes eius k
velut † arietes, non inuenientes pa- l m
a ¶Scripturarum. b ¶Ligati. c ¶Virtutum.
ſcua, & abierunt abſque fortitudine n
a ¶Suggeſtionem diaboli. b ¶Hæc. c ¶Primus locus conqueſtionis. ¶Prima repetitio.
c ante † faciem ſubſequentis. Zain. Re- o p
a ¶Eccleſia vel anima. b ¶Corporalis vel ſpiritualis.
cordata eſt Ieruſalem dierum affli-

E Sacerdotes ge. Quia. ſ. lugent viæ. Virgines ſqualidæ. Quia deſtructæ portæ. Iure autem ſacerdotes virginibus copulantur, quia virginitate ſacerdotium pollet, & virginitas regimine ſacerdotum eget: quibus conſtupratis gradibus ſequentiũ turba cõmoritur. vnde gñaliter ſequit̃: Et ipſa oppreſſa amaritudine. Quia ſi patitur vnum membrũ, cõpatiunt̃ omnia mẽbra. *1.Cor.12.d*

a *Facti ſunt ho.* Iſta prædicta ſunt in Deut. & ſic cõpleta quaſi, quia Deo qui eis gentes ſubiecerat, obedire noluerunt, merito gentibus ſubiecti ſunt. *Deut.28.* Facti ſunt ho. &c. Paſchaſi. Hiſt. quia dominus locutus eſt per Moyſen dicens: Tradat dominus corruentem ante hoſtes tuos, & diſpergaris per omnia regna terræ, filij tui & filiæ tuæ tradãtur alteri populo. *Hiſtor. Deut 28.e †afflixit eã* Et poſt pauca: Aduena qui tecum verſatur, aſcendet ſuper te, & erit ſublimior, & ipſe erit in caput & tu eris in caudã. Hæc autẽ dominus locutus eſt propter iniquitatẽ Ieruſalem, non vt præſcribẽdo peccare faceret: ſed vt monendo à peccato reuocaret. Sed quia Deo noluit obedire, ideo hæc omnia iuſto iudicio Dei deplorat propheta accidiſſe. Propterea præponitur He litera, q̃ interpretatur iſta. q.d. Iſta ſunt iudicia quæ olim Deus per Moyſen prædixerat. Facti ſunt hoſtes eius. *†cerui Moral. Eccl.10.a* Moraliter dęmones. ſ. principantes. de quibus dicitur: Et ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te locum tuum ne dimiſeris. Si. n. miſera anima vigilanter animaduertiſſet hoſtes malè ſuadentes, in capite eſſe non permiſiſſet. *†perſecutorem* Locupletati ſunt contra nos. ſ. inualeſcunt, vſu vitiorum creſcente, vt niſi auxilio F Dei fugere nequeamus. Sed & ipſe iratus eſt, qui propter iniquitatem noſtram hanc vindictam locutus eſt: qui ſemel loquitur, & ſecundò idipſum non repeat. *Iob 33.b* Deſperandũ tamẽ non eſt, aut à luctu ceſſandum, quia paruuli tantum. i. puſillanimes, non fortes captiuantur. Ante faciem tribulantis. multis. ſ. laqueis irretiti, à quibus tamen Deo miſerante ſoluuntur. Inſtant enim hoſtes facti fortiores; aliquando in capite ipſam boni operis intentionem polluentes, aliquando longiori vſu voluptatum animam renitentem præpediẽtes, ſecundum illud Salomonis: Qui ſeruum ſuum à pueritia nutrit in delitijs, poſtea ſentiet eum contumacem. *Prou.33.c* Ab his tantò difficilius liberamur, quantò in capite ſuperiores & locupletiores dominantur. Facti ſunt hoſtes eius. Alle. Hæretici. ſ. aut pagani aut mali catholici locupletati ſunt diſputandi facundia, cum ſit intelligentiæ penuria. *Allegor. Amos 8.d* vnde dicitur: Mittam in eos non famem panis neq; ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Quòd cũ tollitur, hoſtes eccleſiæ in capite ſublimantur, & ſcripturarum diuitijs locupletãtur pp multitudinem iniquitatum noſtrorum. *Iſa.36.d* Tunc verò canes muti non valentes latrare, fidẽ non poſſunt defendere, aut debitã doctrinam ſubditis miniſtrare: vnde paruuli qui non habẽt doctrinæ perfectionem, ducuntur in captiuitatem, non habentes rectores aut defenſores ante faciem tribulantis, hoſtis. ſ. G viſibilis aut inuiſibilis vinculis delictorum conſtricti.

b *Et eg. &c.* Quintus locus per quẽ ante oculos ſingula ponunt̃ incommoda, qđ ferè vbiq; notandum eſt. Et egreſ. eſt. Paſch. Hiſt. Huic ſententiæ, Vau, p̃ponitur qđ interpretatur &. Q.d. & iſta illis q̃ permiſſa ſunt ſuperius, iuſto Dei iudicio in vindictã annectitur. Obſeſſa quippe Ieruſalẽ omnẽ decorẽ pulchritudinis exterius, & interius iucunditatis amiſerat, diuitijs ablatis, tẽplo & ſacerdotio prophanatis, ipſa fame & peſtilentia laborabat: & qui ſubueniret, nõ erat: qa, Facti ſunt principes eius ve. arie. nõ inueni. paſ. diſſolutis viribus pauido corde, nõ defenſionẽ, ſed fugã meditantes. Et eg. eſt &c. Mor. Anima. ſ. malis moribus illecta, q̃ perdidit decorẽ ſuũ. i. virtutum ornamẽtum, nec ſubueniunt principes animi. ſ. motus rationales, vel ſcripturarũ defenſiones, quibus † retrudere debuit perſequentes: ſed magis fatigato robore virtutum aſtricta nexibus delictorũ: propellit̃ in foueam æternæ confuſionis. Et eg. eſt. Alle. Eccleſia. ſ. de qua in Canticis dr̃: Ecce tu pul. es amica mea. Ab ea decor egreditur, qñ hęreticorũ rabie fides corrumpitur, de qua dr̃: Confeſſionem & decorem induiſti. Facti ſunt principes eius paſtores. ſ. & rectores in ſcripturis velut arietes paſcua vitæ non inueniẽtes. Abierunt abſq; fortitudine. Diuini verbi: quocunq; eos error impellit: ante faciem ſubſequentis, vt qui minare ad paſcua vitæ gregem dñi negligunt, ipſi ad paſcua mortis ligati vadunt abſq; robore virtutũ. Decor. n. eccleſię in omnibus fidelibus eſt, ſed maximè in ſacerdotibus, H & altario ſeruientibus, & in virginibus quæ iam ſupra ſqualidæ memorabantur.

c *Recor. eſt Ieru. Paſch. Hiſt.* Non recordat̃ ad conſolationẽ deſiderabilium ſuorũ, ſed ad multiplicãdum dolorem, cum cadat populus eius in manus hoſtiles. vnde p̃ponitur Zai, q̃ interpretat̃ hæc. Hæc. n. eſt vltio perfecta, vt magis de bonis p̃ditis doleat, & p̃uaricationis conſcientia, & de malis q̃ inceſſanter tolerat. Q. Diuina eſt hæc vltio & perfecta, quã legiſlator p̃dixerat. ſ. cũ caderet in manu hoſtili, & nullus ſubueniret. Inſuper viderunt eã hoſtes, &c. Sicut nos hodie recitata ſabbatha Iudæorũ deridemus, qa eũ peremerũt in quo verũ ſabbathũ hr̃e debuerunt. Hæc eſt aũt iuſta delictorũ cõpenſatio cadere in manus hoſtiũ, recordari iugiter dierũ, non ſolũ afflictionis, ſed etiã p̃uaricationis, & ad rerũ deſiderabiliũ vſus ex recordatione inhiare, vt de afflictione nouus dolor increſcat, de p̃uaricatione cõfuſionis mœſtitia, de rebus perditis inardeſcat irremediabilis cõcupiſcẽtia, de officio ſuę religionis opprobriũ vrat. Re. eſt Ie. Mora. Aĩa licet ſerò recordat̃ deſiderabiliũ, dũ cõſpicit ſe artari vndiq;, & ĩ manus diaboli

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et ipſa op. amari. *ideſt non potens inde reſurgere, ſicut qui oppreſſus eſt importabili pondere.*
b Facti ſunt hoſtes eius &c. *quia ante erant in cauda.*
c Inimici eius locupleti ſunt. *de bonis quæ erant in Ieruſalem & Iudæa. Quia tamen hoc factum eſt ex diuina iuſtitia, ſubditur: Quia dominus locutus eſt ſuper eam.*
e Paruuli eius. *Qui ſecundum leges belli non debebant occidi.*
f Ducti ſunt in ca. *vt creſcentes ſeruirent Chaldæis.*
g Ante faciem tri. *ideſt ducentis eos ad tribulationem: illi enim qui ducunt captiuos, faciunt eos ire ante ſe, & non poſt.*
h Et egreſſus eſt à filia Sion. *ideſt à Ieruſa. quæ dicitur filia Sion, eò quòd ciuitas protegebatur à templo, & regia domo eius, quæ erant in monte Sion, ſicut filia protegitur à matre.*
i Omnis decor eius. *ſ. regnum & ſacerdotium. ideo ſequitur,*
k Facti ſunt principes eius velut arietes. *inſenſati.*
m Non inuenientes paſ. *fame afflicti.*
n Et abie. &c. *Non potentes in aliquo reſiſtere.*
o Ante faciem ſub. *ideſt in captiuitatem ducentis.*
p Recordata eſt Ieru. dierum affli. ſuæ, &c. *conſiderans, quòd illa afflictio meritò ſibi venerat propter peccata ſua præterita.*

¶ a Omnium

## MORALITER.

✻ a *Et ipſa.* ſ. eccleſia. oppreſſa amar. vnde Beatus Bernar. exponit illud Iſa. 38. cap. dictum in perſona eccleſiæ: Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. nam tempore pacis magis amaricatur de clericorum, & religioſorum peccatis, quàm tempore tyrannorum de corporalibus tormentis.
b *Facti ſunt hoſtes eius in capi.* ſ. Saraceni in terra ſancta, in Ægypto, & Armenia, & alij infideles in pluribus locis.
c *Ini. eius lo. ſunt.* de bonis tẽporalibus, quæ à Chriſtianis rapuerũt.
d *Quia do. lo. eſt.* ſ. malum pęnæ propter multitudinem mali culpæ.
e *Par. eius du.* ſ. ſimplices Chr̃iani, q capta terra nõ poterãt redimi.
g *Ante faciem tri.* ideſt duris laboribus affligentis.
h *Et egreſſus eſt à filia Sion.* ideſt eccleſia.
i *Omnis decor eius.* gratiæ & virtutis.
k *Facti ſunt principes eius.* ideſt doctores & prælati.
l *Velut arietes non in.* ſacrarum literarum, ſed pecuniarum.
n *Et abierunt abſq; &c.* ideſt in captiuitatem vitiorum.
o *Ante faciem ſub.* ſ. dæmonis, qui non reſiſtentes ſibi impellit de peccato in peccatum in abyſſum vitiorum.
p *Recor. eſt Ieruſalem dierum affli. ſuæ.* Conſiderando, q peccata ſua bene meruerunt talia mala.

✻ a Omnium



a ¶Pro qua afflictio. ¶Mandatorum.
ctionis ſuę & † præuaricationis, om a
a ¶Virtutum. b ¶Cęleſtium promiſſorum. ¶Bonorum quæ contulit eis Deus in Aegypto, in terra promiſſionis & in deſerto.
nium deſiderabilium ſuorum: quæ b
a ¶Anima. ¶Ad habendum ſcilicet, erat condita. vnde: Cogitaui dies antiquos &c.
habuerat à diebus antiquis: cùm ca c
a ¶Per diuerſa via. b ¶Cordis affectus. c ¶Dæmonum.
deret populus eius in manu hoſtili,
a ¶Alius non poterat, & Deus nolebat. b ¶Vndecimus indignationis locus, quia cum iniuria contumelia iuncta eſt.
a & non eſſet auxiliator. Viderunt d e
a ¶Chaldæi vel quilibet Gentiles vel dæmones. b ¶Sicut hodie Iudæos deridemus.
eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha f
a ¶Vita, quod ad hoc reſpicit. ipſa autem gemens & conuerſa eſt retrorſum idcirco enim dominus inducit tribulationem, vt peccator conuertatur & viuat. b ¶Conceſſio vel confeſſio, quia non peccatum excuſat, ſed vt peccatum ignoſcatur poſtulat. ¶Peccatum infidelitatis. ¶xiij locus conqueſtionis.
b eius. Heth. Peccatum peccauit Ieru g
a ¶Per diuerſa vitia. ¶Per diuerſas terras.
ſalem: propterea † inſtabilis facta h
a ¶Scribæ & Phariſæi qui beatificant populum. vnde Populus meus qui beatũ te dicunt, ipſi te decipiũt. ¶Hæretici applaudentes, vel angeli vel ſancti viri.
eſt. Omnes qui glorificabant eam, i
a ¶Captiuam conuictam, hæreſi confuſam, vel vitiis conſtupratam.
ſpreuerunt illam, quia viderunt k l
† ignominiam eius: ipſa autem ge- m
a Peccatum cognoſcens. b ¶Ad Deum quem reliquerat. ¶Per pœnitentiam ad conuerſationem cęli vnde exciderat.
mens, & conuerſa eſt retrorſum. n
a ¶Bonum. b ¶Doctoribus a quibus debuit portari, vel affectibus.
c d Teth. Sordes eius in † pedibus eius: o

A boli affectus ſuos corruere: & quod putabat ſecurius ſtare, diuina percuſſum vltione, tunc pręuaricationis facta occurrunt, tunc afflictionis peſſimæ, qua per multa aberrauerat facinora recordatur, non ad cõſolationẽ, ſed ad pęnę exaggerationẽ, iuxta illud qđ in inferno impij dicturi ſunt: Errauimus à via veritatis & iuſtitię, lumẽ nobis non illuxit, ſol nõ eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & p̃ditionis: ambulauimus vias difficiles. Quid nobis profuit ſuperbia, ac diuitiarũ opulẽtia? Tranſierunt oĩa, tanquã vmbra mortis in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Viderũt eam ho, &c. Maligni ſpiritus vacationis noſtrę otia, ad cogitationes illicitas pertrahunt, & ſic deludũt: quod canonicis, monachis, & oĩbus q Dei vacãt miniſterijs, valde cauendũ eſt, ne nõ ſolũ ab interno iudice ſabbatha eorum exprobrentur, ſed etiam ab hoſtibus derideantur. Si aũt pro vanis noſtris cogitationibus ſabbatha noſtra derident̃, quid de illis putandũ eſt, qui cũ Deo vacare debeãt, ẽt flagitioſa cõmittere nõ formidãt? Si ergo Deo vacare volumus, ipſi ſoli corde & corpore vacemus. vñ: Vacate & videte, qm̃ ego ſum Deus. Recordata eſt. Allego. Sępe enim intuetur eccleſia populum ſuum cadentẽ in manus hoſtium. i. dęmonũ: alius p̃ auaritiã, alius per luxuriã cadit, alius per carnis oblectationẽ: p̃ his oĩbus & ſimilibus eccleſia continuè deplorat, recordatur oĩum deſiderabiliũ ſuorũ. i. quæ nobis p̃miſſa ſunt in cęlis, vnde & nos p̃labimur, & ipſa peregrinat̃. Sabbatha quoq; noſtra. i. feſtiuitates nõ minus à nobis violant̃, qm̃ ab hoſtibus derident̃. vnde: Vbi eſt Deus eorũ? Et alibi: Fuerũt mihi la. &c. dũ di. mi. quo. vbi eſt Deus t.

B a *Viderunt eam.* Sępe pro peccatis, vel paganis, vel hæreticis, vel vitijs traditi, præuaricationis noſtræ recordamur, & tũc dęmones ſabbatha noſtra deridẽt, cùm à bonis nos feriari vident. vnde: Qui tribulant me exultabunt, ſi motus fuero.

b *Peccatum peccauit.* Paſchaſius Hiſto. Cauſam tãtæ miſeriæ demonſtrat eſſe peccatũ ſingulare, quo retẽto oĩa tenent̃: quo abſente oĩa dimittunt̃, hæc eſt incredulitas. vnde: Audite rebelles & increduli. Ex incredulitate eñ Deũ ſemper exacerbauerunt, idola coluerunt, in Chriſtum credere noluerunt. vnde: Si non veniſſem, & lo. eis non fuiſ. peccatum non ha. Propterea inſtabilis facta eſt, nec relictus eſt in ea lapis ſuper lapidem. Oẽs qui glorificabant eã, ſcribæ. ſ. & Phariſæi qui lucri cauſa peccantem dicebant populũ beatũ: & econuerſo plebs delinquens beatos vocabat eos, & columnas in domo dñi, ſed modò inuicem ſe ſpernunt, qui adulationibus crediderunt. Gemens & conuerſa retrorſum. Captiuorum exprimit habitum, qui dum abducunt̃, retrò aſpiciunt, natale ſolum plorantes & gementes. Peccatum peccauit. Moraliter. Q.d. Anima pro peccato infidelitatis per diuerſa vitia raptatur, quæ ſupra petram virtutum non fixit greſſus: vnde angeli vel viri ſancti, qui prius glorificabãt C eam, deſpiciunt, vt tandem gemat peccatum ſuũ, & redeat ad Deũ, vocem monentis de poſt tergum. vnde Iſaias: Erũt aures tuę audientes verbum poſt tergũ monentis. Inde Maria conuerſa retrorſum inuenit Ieſum, quẽ quærebat prius nec inueniebat: *Iſai.30.e. Ioh.20.d.* Sic & Ieruſalem quę hic pro peccato infidelitatis plãgit̃, ſi cognouerit & crediderit, cõuerſa retrorſum & ingemiſcẽs, in lege quẽ mortuum æſtimabat, inueniet. Qui verò increduli ſunt, nec aſpiciunt retrorſum, vſq; hodie ſicut Cain inſtabiles ſunt, & portant cõfuſionis ſuæ ſignum, & in Babylonem, i. in confuſionem tendũt. Peccatum peccauit. Allego. *Allegoricè* Eccleſia in membris ſuis aliqua hæreſi polluta, peccatum infidelitatis peccat, ideoq; inſtabilis vagatur, & nulla fidei ſoliditate fundat̃, quæ prius fundata erat ſupra firmã petram. Hos autem populi, qui eos vario affectu glorificabant, videntes hæreſim eorum à catholicis † deiectam & conculcatam, ſpernunt & deteſtantur. *† deteſtam* Ipſi autem gementes.

c *Teth.* id eſt bonum. vnde: Vide: domine afflictionem meam. Bonũ eſt. enim peccatorem ſe recognoſcere, & cum pęnitentia & gemitu exclamare: Vide domine. *† in deriſionem.*

d *Sordes eius &c.* Tripliciter plangit eam, quia contra Deum peccauit, quia nec pęnituit, quia poſt flagella ad Deum redire noluit. vnde: Quia nõ eſt recordata finis ſui. Sordes ei9. Paſchaſius. Hiſto. *Hiſto.* Quaſi Ieruſalẽ inſtabilis facta eſt, & longa via fatigata, ſordes in pedibus portat: quod magis de interiori homine q̃ de exteriori plorat. Pedes ſynagogæ, doctores legis ſunt, qui per viam quæ Chriſtus eſt, eam ducere debuerũt. Sed hi pedes ſordibus ſcelerum inquinati *† fimbrijs* D ſunt. Nec recordata eſt finis ſui, id eſt Chriſti, qui eſt finis legis ad iuſtitiam omni credenti. *Rom. 10.a.* Ideo depoſita eſt vehementer. vnde propria voce Ieruſalẽ exclamat: Vide domine &c. A principio namque & hucuſque deplorauit propheta: ab hinc autem ipſa ſua deplorat ſupplicia humiliata & peccatum ſuum confeſſa, quod ſignificat Teth litera, quæ interpretatur bonum. *Teth Pſal.118.* vnde: Bonum mihi domine, quia humi. me. Ipſa autem humiliata nõ ſuſtinet amplius prophetam, ſed cum gemitu, & lachrymis exclamat: Vide domine. More rhetorico conqueſtionem cum indignatione facit, vt iudicem contra hoſtem moueat, & ipſa miſericordiam ſuſcipiat. vnde addit: Quoniam erectus eſt inimicus meus cõtra te. ſ. non tuæ imputat iuſtitiæ, ſed ſuæ ſuperbiæ. Q. Vide primùm afflictionem meam vt miſerearis, non facinora, quibus iraſcaris. Deinde quia erectus eſt inimicus, vt vleiſcaris. Sordes eius in pedibus. Moraliter. Anima ſordes habet in pedibus, ſordes videlicet vitiorum. ſ. quę cęleſtis vitæ & priſtinæ conuerſationis candorem perdidit. vnde: Conſurge Ieruſalem, excutere de puluere. Anima enim quæ terrenis intẽdit actibus, ſordes neceſſe eſt vt habeat in pedibus. i. affectibus.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Omnium de. ſuorum. *in diuinis condeſcenſionibus ſibi factis ad votum.*
b Quæ ha. à die. an. *i. tempore Moyſi quo Deus pauit populum illum cibo cęleſti. 40. annis, & multa alia beneficia contulit. ei.*
c Cum caderet populus eius in manu. *Eadem eſt enim ſententia contrariorum, & ideo vnum oppoſitorum aliud ad memoriam reducit, & et magis apparere facit, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*
e Viderunt eam hoſtes. *captam & exulatam.*
f Et deriſerunt ſabbatha eius. *Id eſt cultum Dei Iſrael, reputantes q ſaluare nõ poterat populum illum, ſed hoc remouet propheta dicens:*
g Peccatum peccauit Ieruſalem. *i. peccatis peccata accumulauit.*
h Propterea inſtabilis facta eſt. *non potens reſiſtere aduerſarijs propter Dei ſui offenſam, non propter eius impotentiam.*
i Omnes qui glorificabant eam. *tempore ſuæ proſperitatis.*
k Spreuerunt illam. *tempore aduerſitatis.*
l Quia uiderunt ignominiam eius. *i. deſtructionem & captiuitatem.*
m Ipſa autem gemens. *ſub onere importabili.*
n Et conuerſa eſt retrorſum &c. *ſ. in confuſionem à ſtatu honorabili.*
o Sordes eius in pedibus eius &c. *In Hebræo habetur: In oris eius.*

¶ loquitur

## MORALITER.

✻ a *Omnium deſiderabilium ſuorum quæ &c.* id eſt conſolationum diuinarum quas habuerat tempore Chriſti & Apoſtolorum.
c *Cum caderet populus eius.* à ſtatu virtutis in manus dæmonis.
d *Et non eſſet auxiliator.* quia doctores & prælati qui deberent auxiliari parum curant, niſi de profectu ſuo temporali.
e *Viderunt eam hoſtes.* id eſt infideles.
f *Et deriſerunt ſabbatha eius.* eccleſiæ cultum idololatriã reputãtes.
g *Peccatum peccauit Ieruſalem &c.* Hic redditur cauſa prædicti caſus, qui eſt multiplicatio peccatorum eius.
i *Omnes qui glorificabant eam.* propter vitam & miracula quæ faciebant epiſcopi, & religioſi præteritis temporibus.
K *Spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius.* id eſt turpitudinem uitæ in modernis clericis & multis religioſis.
m *Ipſa autem gemens.* ſub peccatorum pondere.
n *Et conuerſa eſt retrorſum.* à ſtatu perfectionis ad miſeriam culpę.
o *Sordes eius in pedibus eius.* quod fit cùm per exercitium mali acquiritur habitus per quem placet actus malus, ſecundum quod dicitur Prouer. 2. c. Qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.

✻ Nec recorda.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

a *Ingrediatur malum.* Paſcha. Hiſto. Tau, ſigna interpretatur pluraliter, quia hoc ſigno monſtratur illud ad qđ multa ſignificantia referũtur. vnde in Ezechiele. Signa Tau in frontibus virorum gementiũ, &c. In hoc crux Chriſti ſignatur ſicut ipſius figura teſtatur. & ſicut apud Græcos, ω, vltima eſt litera, ſic apud Heb. Tau. Vnde dñs ait: Ego ſum alpha & omega, initium & finis. Similiter ergo Tau ſignificat crucẽ qua frontes ſignãtur, ne ab interfectoribus interficiantur. Tau nãque ſignũ crucis eſt, imò penè ipſa crux. In frõtibus dolentiũ poſitum eſt, ſed tunc erat ſignũ futuræ crucis, nunc ipſa crux. Præterea Tau finis eſt Hebraicarũ literarũ, q̃ totidem ſunt quot libri ve. te. quorũ ipſa ſigna ſunt. Sicut. n. Tau eſt finis oĩm elementorum, ſic eorum librorum crux Chriſti, ꝗ eſt finis legis ad iuſtitiam: oĩa illa librorum ſigna dñicæ incarnationis & noſtræ redemptionis ſunt ſacra. ideo Tau iure interpretatur ſigna, vt per eadem ſigna, hoc vnũ annuntietur, in quo oĩa referuntur ſigna: Necnon ſigna lamentationum, in quibus concurrunt ſigna iudiciorum Dei. Dignus eſt finis, vt gementibus & dolentibus, in quorũ frontibus crux Chriſti ſignatur, merces laborum à dño compenſetur: & his qui tribulauerint eos, nec operis tanti ſigna voluerunt agnoſcere, digna vltio retribuatur. Hinc eſt qđ dr̃: ingrediatur omne malũ. & ad literã ſic factũ eſt. Lege prophetas, & oĩa completa inuenies. C *Moraliter.* Ingrediatur. Moral. Aĩa in conſpectu Dei expanſa, rogat: Ingrediatur o. ma. quod. ſ. foris intuſq; ingerunt. Ingrediatur coram te, vt euadam tuo auxilio, qui in me non confido. Vindemia eos ab omnibus fraudibus ſuis, ne fructum meum auferant mihi. Sicut vindemiaſti me, cum tu iratus dona tua ſubtraxiſti ꝑꝑ iniquitates meas: quare, Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuũ. *Pſal. 118. e* Et hæc ſunt ſigna propter quæ omnia ſignorum facta ſunt miracula. vnde: Dediſti metuentibus te ſignificationem: vt *Pſal. 59. e* fugiant à facie arcus: & liberentur dilecti tui. *†fac eis ſicut feciſti mihi.* Qui autem noluerunt præcauere, incurrent ea quæ minantur ſcripturæ. vnde: Excita furorem & effunde iram: feſtina tempus, & memento finis. Q. Ne ſemper affligãtur ſancti, recipiat vnuſquiſq; quod geſſit, & immuta mirabilia, pro ſignificãtibus ſignificata. Ideo in fine huius lamentationis Tau literã. i. ſigna prænotauit, & verſibus lachrymabilibus futura prophetando compleuit. *Allegor.* Ingrediatur. Alleg. Paſcha. Q. Quare domine non vindicas ſanguinem noſtrum? *Apoc. 6. c* Et alibi: Vindica dñe ſanguinem ſeruorum tuorum qui effuſus eſt. *Pſal. 78. e* Et, Vindemia eos. hoc in iudicio complebitur, quando mali recipient quod merentur. Sed impij hic auferunt temporalia, in futuro amittent æterna. Et ſicut ſanctos Deo permittente oppreſſerũt, ita Deo opprimente æternas pœnas ſuſtinebunt, qđ timens eccleſia adiungit: Multi. n. gemitus mei.

*¶Afflictionem.*

malum meum: lætati ſunt, quoniam tu a b

*a ¶Iuſto iudicio permiſiſti. b ¶Ideſt adduces. c ¶Iudicij. d ¶Meæ non illorum.*

fẽciſti. †Addũxiſti diẽm cõnſolationis, c

*a ¶Captiui afflicti. b ¶Signa.*

a & fient ſimilẽs mei. Tãu. Ingrediatur d e

*a ¶Quod videris neſcire.*

omne mãlum eorum coram te: & †vin- f

*¶Furoris boni. a ¶Præſentibus. b ¶Per eos.*

demia eos, ſicut vindẽmiaſti mẽ pro-

*a ¶Iuſte ſcilicet. b ¶Quia multi exceſſus.*

pter iniquitãtes meas. Mũlti enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Lætati ſunt. *Obſidentes enim ciuitatem aliquã multum gaudent, quando audiunt ꝙ illi qui ſunt intrà, non poſſint tenere ciuitatem.*
b Quoniam tu fe. *q. d. hoc non accidit Chaldæorum virtute, ſed ex punitione tuæ iuſtitiæ.*
c Adduxiſti. *i. adduces. Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ: videbat enim propheta futuram Babylonis deſtructionem ad Iudæorum conſolationem, quia per hoc habuerunt licentiam redeundi primo anno Cyri.*
e Ingrediatur omne ma. *vt puniatur.*
f Et vind. eos *deſtruendo muros eorum, & bona rapiendo: & hoc dicit propheta non zelo vindictæ, ſed diuinæ iuſtitiæ.*

## MORALITER.

✱ c *Adduxiſti.* ſ. fidelibus in tua præſentia, quia dicitur à doctoribus, quòd ſecta Mahumeti ſicut à gladio incepit, ſic eſt per gladiũ terminanda, ideo ſubditur:
d *Et fient ſimiles mei.* Quæ patent ex dictis.

D

Incipiunt additiones Pauli Burg. ſuper lib. Thren. Ieremiæ.
*In cap. 1. vbi dicitur in poſtilla: Quomodo ſedet.*

## ADDITIO.

¶ Licèt liber iſte cõpetenter exponatur ad planum literæ ſenſum à poſtil. tamen magiſter Petrus Aureoli notabilius vr̃ illum exponere in quodam compendio ſacræ ſcripturæ: & quia illud compendium non hr̃ cõiter, ideo de hoc non me expedio, remittendo ad ipſum: ſed ſuam expoſitionem interpoſui inter additiones: licèt nõ eã ponendo oĩno ſub proprijs verbis: ſed qñq; aliquid modicum mutando, addendo ſeu diminuendo, prout viſum fuit. Et notandũ, ꝙ in hac expoſitione nõ proceditur ad ſingula verba literę exponẽda, ſed ſolũ ad principale intentum cuiuſlibet verſus: relictis alijs induſtriæ ſtudentis. Tum quia liber iſte metricè procedit, vt poſtil. dicit & cõiter tenetur. In proceſſu autẽ metrico non ſingula verba ſunt ponderanda, ſæpe. n. eadem replicat autor vel alia introducit, prout metrico modo congruit: ſed illa tm̃ ſunt exponenda q̃ principaliter intenduntur. Tum quia illa quæ in hac expoſitione relinquuntur, pñt haberi ex poſtilla ſuo modo prout ad propoſitũ pertinet exponenda. Primò ergo ſecundũ prædictum doct. lib. iſte in quinq; partes diuiditur. In quarũ prima propheta principaliter lamentatur deſtructionẽ ciuitatis Ieruſalem: q̃ erat pars regni, q̃ quidẽ pars cõtinetur in pri. cap. alphabetico, qđ incipit: Qũo ſedet, &c. In ſecunda lamentatur principaliter deſtructionem totius populi Iſraelis, & totius regni, q̃ incipit in 2. cap. Qũo obtexit. In tertia verò more prophetico conuertit ſe ad Chriſtũ, & lamentatur de ſeipſo, quaſi induens perſonã Chriſti, qua rõne autem hoc ſit hic introductum dicetur in princ. tertiæ par. q̃ incipit 3. cap. ibi: Ego vir videns. In quarta autem parte lamentatur principaliter de deſtructione ſanctuarij & templi, q̃ incipit in 4. cap. ibi: Qũo obſcuratum eſt aurum. In quinta autem parte fundit orõnem imploratiuam ad diuinã miſericordiam prouocandã, q̃ incipit in 5. cap. ibi: Recordare dñe. Primum ergo cap. qđ principaliter refertur ad ciuitatẽ Ieruſalẽ, q̃ erat caput regni, diuidit̃ in duas partes principales. Primò nãq; propheta principaliter admirãdo lamentatur deſtructionẽ Ieruſalẽ, quaſi loquens ad ſeipſum. Secundò verò ipſamet ciuitas lamentat̃ ſeipſam, quaſi prouocãdo alios ad cõpatiendũ ſibi. Secunda incipit in 12. verſu, vbi dr̃: O vos oẽs, qui tran. per viã, &c. Prima pars cõtinet xj. verſus ſecundũ xj. excellentias ciuitatis Ieruſalẽ: ſup quarũ amiſſione Iere. deſolabiliter eã lamentatur. Exceſſit nãq; ciuitas Ieruſalẽ alias in autoritate: quia multis ciuitatibus & terris dominabatur, ſaltẽ tpe Dauid & Salomonis, qđ deplorat in primo verſi. dicẽs: Qũo ſedet &c. & ſequit̃: Princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo. Exceſſit ẽt in lætitia & iucunditate, maximè tpe p̃dictorũ regũ, qđ deplorat in ſecundo verſi. di. Plorãs plorauit, &c. & ſequitur: Nõ eſt qui cõſolet̃ eã. Tertiò exceſſit in ſecuritate, ita vt de alijs terris ad eã cõuenirent ꝑꝑ ſecuritatẽ: q̃ excellentia vr̃ ſequi ad p̃dictas duas, q̃ quidẽ excellentia deplorat̃ in tertio verſi. vbi dr̃: Migrauit Iudas ꝑꝑ afflictionẽ. & ſequit̃: Oẽs ꝑſecutores eius apprehenderũt eã. Exceſſit quarto in ſolẽnitatibus & celebritatibus diuinis, q̃a ter in anno debebat populus cõuenire in Ieruſalẽ ad celebrãda diuina feſta: qđ deplorat in 4. verſi. di. Vię Siõ lugẽt, eò ꝙ nõ ſint qui veniãt ad ſolẽnitatẽ. Exceſſit quinto in pace & trãquillitate, quia licèt tãtus populus ibi cõcurreret p̃ſertim in p̃dictis feſtis, tñ erat inter eos trãquillitas pacifica, vt patet tpe Salomonis, qđ deplorat in 5. verſi. di. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Exceſſit ſextò in fortitudine militũ & probitate, vt patuit p̃ſertim tpe Dauid: qđ ad magnũ decorẽ politiæ ꝑtinet. Decet. n. ſecundũ legiſtas imperatoriã maieſtatẽ eſſe armis decoratã, qđ deplorat 6. verſi. Egreſſus eſt à filia Siõ oĩs decor eius: facti sũt pricipes eiꝰ velut arietes, &c. & ſequit̃: Et abierũt abſq; fortitudine. Exceſſit ſeptimo ĩ multiplici ꝓſperitate & diuitiarũ copioſitate. Erat. n. tpe Salomonis copia auri & argenti quaſi ferri, vt patet in 3. Reg. qđ deplorat ĩ 7. verſi. di. Et recordata eſt Ieruſalẽ dierũ afflictionis ſuę. In Heb. hr̃: Dierũ pauptatis ſuę. & ſequit̃: Et oĩm deſiderabiliũ ſuorũ. &c. Exceſſit octauo ĩ laudis p̃conio & famoſitate. noĩabat̃. n. ĩ cũctis regnis, ita vt regina Saba veniret de finibꝰ terræ audire ſapiam Salomonis, qđ deplorat in 8. verſi. di. Pctm̃ peccauit Ieruſalẽ, & ſequit̃: Oẽs qui glorificabãt eã, ſpreuerũt eã. Exceſſit nonò ĩ pulchritudine & formoſitate: erat. n. pulcherrimè ędificata: qđ deplorat ĩ nono verſi. di. Sordes eius in pedibus eius. & ſequit̃: Depoſita ẽ vehemẽter. i. deformata. Exceſſit decimò in ceremoniarũ ſctitate: ita vt nõ pmitteret̃ aliqs Gẽtilis ingredi infra tẽplũ, qđ deplorat ĩ 10. verſi. di. Manũ ſuã miſit hoſtis. & ſeqt̃: Vidit gẽtes ingreſſas in ſãctuariũ ſuũ, de quibus p̃ceperas, nõ intrare in eccleſiã tuã. Exceſſit vndecimò ĩ copia panis & ſaturitate, ꝓut in multis locis ſacræ ſcripturę illa terra cõmẽdat̃, qđ deplorat ĩ 11. verſ. di. Oĩs populus eius gemẽs & q̃rẽs panẽ. Deĩde incipit ſecũda pars pricipalis lamẽtationis huius pri. ca. ĩ qua pſtoq̃ ꝓpheta lamẽtatus ẽ ciuitatẽ deſtructã, introducit ciuitatẽ lamẽtãtẽ ſeipsã, & incipit 12. ĩ verſ. ſ. ibi: O vos oẽs, &c. Ibi. n. loquit̃ ciuitas inuocãs alios ad ſibi cõpatiẽdũ: *Diuiſio.* Quę pars diuidit̃ in quatuor ptes pricipales. Primò nãq; lamẽtat̃ immẽſitatẽ ſuę miſeriæ, & hoc in quatuor primis verſicu. ſub ſimilitudine quatuor modorũ hoĩm, qui cõſueuerũt oĩa ſpoliare. Dicit. n.



in primo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E in primo verſiculo, dñm ſe habuiſſe ad ipſam inſtar vindemiatoris, qui nihil in vinea relinquit. de quo dicit: O vos oẽs qui trãſitis, &c. & ſequitur: Qm̃ vindemiauit me, vt locutus eſt dñs. In ſecũdo dicit Deum ſe habuiſſe ad ipſam ad inſtar incendiarij & venatoris. Incendiarius.n. conſueuit totum comburere, & venator quicquid capit in reti, mactare ſeu occidere: & de hoc dicit in ſequenti verſu: De excelſo miſit ignem in oſſibus meis: & ſic incendiarius. Expandit rete pedibus meis: & ſic venator. In tertio dicit Deum ſe habuiſſe ad ipſam ad inſtar ligantis captum per manum & collum, ſic ꝙ nullo modo poſſit euadere. de quo dicit in ſequenti verſu: Vigilauit iugum iniquitatum mearũ, in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo. & ſequitur: Dedit me dñs in manu de qua non potero ſurgere. In quarto dicit Deum ſe habuiſſe ad ipſam ad modum calcantis in torculari, qui nullũ humorẽ relinquit in vua: de quo dicit in ſequenti verſiculo: Abſtulit oẽs magnificos meos dñs, &c. Torcular calcauit dñs &c. & ſic ſub quatuor metaphoris prædictis lamentata eſt ſuæ miſeriæ magnitudinem. In ſecunda verò parte lamentatur ſuper implacabilitate diuinæ iracundiæ, & hoc in duobus verſiculis. In primo nãq; oſtẽdit, ꝙ ipſa nõ põt Deũ placare lachrymis oculorũ, dicens: Idcirco ego plorãs & oculus meus deducẽs aquas, &c. In ſecundo verò oſtẽdit, ꝙ nõ põt Deũ placare geſtibus manuũ, aut ſignis deuotionis quorumcũq;, dicens: Expandit manus ſuas Sion, & nõ eſt qui cõſoletᷣ eã: & ſic lamentaᷣ ſuper G implacabilitate diuinæ iracundiç: cũ tñ cõſueuiſſet aliàs ſibi Deum placabilẽ inuenire, prout patet in multis ſacræ ſcripturæ locis. In tertia vero parte lamentãdo profiteᷣ iſtud ꝓuenire ex rectitudine diuinæ iuſtitiæ. de quo dicit: Iuſtus eſt dñs: quia os eius ad iracũdiã ꝓuocaui. & durat pars iſta p tres verſiculos. In primo.n. ꝓfiteᷣ Deũ nõ fuiſſe iniuſtũ in captiuitate quã inflixit Iudæis à Ieruſalẽ exeuntibus. de quo dicit: Iuuenes mei & virgines meç abierũt in captiuitatẽ. In ſecũdo ꝓfiteᷣ, ꝙ Deus nõ fuit iniuſtus in fame quã inflixit remanẽtibꝰ: de quo dicit: Vocaui amicos meos, &c. Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe cõſumpti ſunt, &c. In tertio ꝓfiteᷣ, ꝙ nec fuit iniuſtus in morte & gladio, quẽ inflixit oĩbꝰ tã iſtis quã illis. de quo dicit: Vide dñe qm̃ tribulor. & ſequiᷣ: Foris interficit gladius & domi mors. In quarta verò parte & vltima lamẽtando ꝑſtolaᷣ dulcorẽ diuinç clemẽtiç & remediũ cõſolationis futuræ: & cõtineᷣ pars iſta in duobus verſiculis vltimis. In primo nãq; aperit inimicorũ incõpaſſionẽ reſpectu ſui, & ꝓnuntiat ſibi diuinã cõſolationem ex aduerſariorũ afflictione futura. de quo dicit: Audierunt quia ingemiſco, &c. & ſequiᷣ: Adduxiſti. i. adduces: Diem cõſolationis, & fient ſimiles mihi. In ſecũdo verò petit futurã punitionẽ ſup inimicos ex demeritis eorũ ad ſuã futurã cõſolationẽ. de quo dicit: Ingrediatur omne malũ eorũ coram te, & vindemia eos ſicut vindemiaſti me.

---

GLO. ORD. CAP. II.

QVomodo obtexit. Paſch. Hiſto. Prioribus ſingulis ſapphyci metri clauſulis ternorũ verſuum, ſingulas cũ interpretationibus ſuis literas reddidi, non ꝙ propheta elegãtiæ ſeculari aut metro ludere ſtuduerit: ſed ſponte ſecularis ſapientia ſeruit diuinæ. Sed quia viginti duo ſunt Hebraica elementa, quibus oẽ qđ dr̃, initiatur & finitur: placuit totidẽ initia verſuũ elemẽtis eiſdẽ exordiri, vt & poetica deſeruiret diſciplina, & diuina fulgerent myſteria. Quia verò longũ eſt ſingulis clauſulis ſingulas literas cum interpretationibus ſuis inſerere & exponere, decreui earum cõnexiones in principio ſecũdi alphabeti annotare, & lectoris arbitrio reliqui: qũo ſingularũ literarũ intelligentia reddat verſibus
F ſuis. Eſt aũt prima cõnexio quatuor literarũ, Aleph, Beth, Gimel, Daleth, hoc eſt, doctrina, domus, plenitudo, tabularũ: quarũ ſi duæ iungantur extremæ, cõficient doctrinã tabularũ, in quibus. ſ. lex Dei digito ſcripta eſt, & plenitudo domus eſt. Ex doctrina librorũ aut tabularũ plenitudo domus Dei efficitur. Sin autẽ Gimel & Daleth iunxeris, erit ſenſus qđ plenitudo tabularum. i. ſcripturarum, eſt doctrina domus. ſ. Dei. Quia verò domus Salomonis intrinſecus tabulata legiᷣ: ꝑ tabulas poſſumus eos interpretari, quorũ latitudine charitatis domus eminẽtiora cõiuncta ornanᷣ, quorũ doctrina eſt plenitudo totius domus: q̃ de fonte timoris Dei naſciᷣ, vt ad culmen ſapiæ Dei ꝑueniatur. vñ: A timore
Iſa.26.c tuo dñe cõcepimus & peperimus ſpm̃ ſalutis. Secunda connexio eſt He, Zai, Beth, hoc eſt iſta, & hæc vita. Harũ ſi duas extremitates iungas & duas medias, exibit talis intelligẽtia. Et hęc, q̃ ꝑmiſimus. ſ. in iſta vita, neceſſaria ſunt: ſcripturarũ. ſ. ſcia, ꝑ q̃ Chriſtus agnoſcitur in hac vita, & ꝑparatur ſempiterna. Hic eſt liber in quo continentur lamentationes &
Ezech.2.d carmen & væ. lamentari.n. oportet pro peccatis & pro dilatione boni, vt tandẽ Deo læti carmina canamus, ne væ ꝑpetuũ incurramus: & in ꝑſentiarũ iſta eſt vita eorũ, q de infantia ablactãtur in virũ ꝑfectũ. Tertia cõnexio eſt Teth, Iod, qđ eſt principiũ bonũ: in quo cũ doctrina à timore Dei cõcipimus lamentãdi inſtituta, donec ꝑueniamus ad ſpm̃ ſalutis.
Matt.5.a vñ: Bt̃i q lu. qm̃ ipſi cõſo. Sic ad cęleſtis vitæ cãtica ꝑuenitur,
Apoc.21.a ſi bonũ principiũ ꝑponaᷣ. vñ: Tunc abſter. Deus oẽm la. &c. Sequitur inter ſeptẽ (Septẽ ſunt cõnexiones) media cõnexio Coph, Lamed. i. manus cordis vel diſciplinæ. Manus vt extendatur ad opera charitatis: Cordis, luctus ſubaudis: vel meditatio diſciplinç, vt oĩa munda ſint nobis: qđ quinta literarũ oñdit pericopa, q̃ eſt Men, Nun, Samech: hoc eſt ex ipſis ſempiternũ adiutoriũ: qđ ſic planũ eſt, vt expoſitione nõ egeat: ex duobus.n. medijs tã ſuperiora cõplectunᷣ, q̃ inferiora remunerãtur. Vñ ſexta cõnexio ſequiᷣ, Ain, Phe, Sade, qđ eſt fons vel oculus, oris, iuſtitię: qa ex gemitu cordis emanaᷣ fons pietatis, & oculus illuminaᷣ quo Deus videatur. vñ: Bt̃i mun. cor. qa ipſi D. vi. Ex manu aũt & oris eloquio diuinæ iuſtitię cõduntur in cęlo. vñ: Diuitias cęlo cõdidit ore manu. q̃ diuitiæ ꝑfectæ vitæ iuſtitiæ intelligunᷣ. vñ: Iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Sequiᷣ extrema & ſeptima cõnexio, Coph, Res, Sin, Tau, qđ eſt interpretatũ, vocatio, capitis, dentiũ, ſigna. Per dẽtes vox articulata intelligitur, qa elemẽta, q̃ ꝑmiſſa ſunt, ſigna ſunt oĩm vocũ ſãctarũ ſcripturarũ, & vocatio capitis. i. Chriſti, ꝑ quẽ veniᷣ ad patrẽ, H nec dubiũ, qn ſpiritusſanctus myſticè in ſeptenario hos poſuit intellectus. vñ melius ad vtroſq; ternarios aptè refertur.

CAP. II. Aleph.

a ¶Exclamatio admirationis & doloris plena. ¶Quaſi non bene conueniunt hæc. b ¶Subito. c ¶Erroris peccati & ignorantia.

a QVomodo obtexit caligine a
a ¶Quam tantum diligebat.
in furore ſuo dominꝰ filiam b c
a ¶De cœleſti conuerſatione. b ¶Bonam prius, quæ afferebat fructum euangelicum, & contemplatione videbat Deum.
Sion: proiecit de cœlo in terram d
a ¶Qui diu deſertam patitur eſſe.
inclytam Iſrael, & non eſt recorda- e f
a ¶Anima iuſti ſedes eſt Dei.
tus ſcabelli pedum ſuorum in die

a Quomodo ob. Paſch. Hiſt. Notãdũ eſt qđ tribus ſaphyci metri alphabetis vnum principiũ eſt vnaq; exclamatio, plena doloris, admirationis, & ſtuporis. Vñ notẽdum q̃to affectu, q̃ta charitate ſctĩ ꝑres cauſas oĩm ſuas faciunt: & q̃tis lachrymis alienos riſus abluunt. vñ Iere. toties ponit lachrymabile principium: qũo ſedet, qũo obtexit, qũo obſcuratum eſt: quaſi tã improuiſè, tã inſperatè q̃ ſibi ex oĩbus gẽtibus elegerat & glorificauerat, obtexit caligine. Eſt caligo bona, de qua dr̃: Moyſes acceſſit ad caliginẽ, in qua erat Deus. Et alibi: Caligo ſub pedibus eius: ſed Siõ caligine turbinis & mçroris tegiᷣ: & ꝓijciᷣ de celo, de altitudine gloriæ, de ſolio regni, de tutela Dei. Et qa diem dñi noluit obſeruare, quẽ vidit Abrahã & gauiſus eſt, impegit ĩ diẽ furoris dñi. Qũo ob. Mora. Aĩa lumẽ ſciç & ſpeculũ diuinæ cõtẽplationis habuit: & nomẽ eius anteq̃ peccaret, ĩ cęlo ſcriptum fuit, ſed peccato deiecta in terrã ꝓſtituiᷣ & vitijs inquinaᷣ, & pedes dñi. i. veſtigia ꝑceptorum eius dereliquit, cum eſſet tẽplum ĩ quo habitaret Deus & deãbularet: iõ in die furoris dñi ab hoſtibus cõculcaᷣ, nec dñs recordaᷣ. Quia in die dñi & in luce ſtare noluit, tradidit eã in die furoris ſui. vñ alibi: Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea, in qua. ſ. aĩa de cęlo cecidit, & tollẽs mẽbra Chriſti fecit mẽbra meretricis. i. Babylonis. Et ideo dñs nõ recordaᷣ, ſed iniuriã ſuã vlciſciᷣ. Qũo ob. Alleg. Myſtica Sion caligine peccati & erroris & ignorãtiæ tegiᷣ, q̃ tãtis muneribus antè à ſuo ſponſo ditabatur.

---

NIC. DE LY. CAP. II.

QVomodo ob. *Hic conſequenter deſcribitur Ieremiæ lamentatio ſub ſecundo alphabeto. & primò lamentatur deſtructionem ciuitatis & templi, dicens admiratiuè:*
*a* Quomodo obte. ca. *ſ. tribulationis maximæ.*
*b* In furore ſuo *i. in effectu ſuæ iuſtitiæ.*
*c* Filiam Sion. *i. Ieruſalem, vt expoſitum eſt cap. præce.*
*d* Proie. de cœ. in ter. *i. de ſtatu ſũmè honorabili ad ſũmè miſerabilẽ.*
*e* Inclytam Iſrael. *i. Ieruſalem, quæ erat metropolis & nobiliſſima in regno Iuda.*
*f* Et non eſt ſca. pe. ſuo. *i. tẽpli quod incenderunt Chaldæi. & dr̃ ſcabellum pedum Dei, quia intra ipſum erat arca teſtamẽti & propitiatorium* ¶ quod

MORALITER.

✻ a *Quomodo ob. &c. fi. Sion.* i. eccleſiam. In eccleſia nãque cecidit caligo magna pœnæ & ignorantiæ: quia doctores theologi pro vanis & curioſis ſalutaria dimiſerunt.
d *Proiecit de cœ. in ter.* i. de contemplatione cœleſtium ad occupationẽ terreſtriũ, q ſunt pars inclyta populi Chriſtiani, iõ ſubditur:
f *Et non eſt re. ſca. pe. ſuo.* i. eccleſię militantis, quç dicitur ſcabellum domini, ſicut eccleſię triumphans ſedes eius. Iſa. 66. a. Cœlum mihi ſedes eſt, & ter. ſca. pedum meorum.
✻ *Præcipi-*



A ditabatur. Terrã inclytã Iſrael de cęlo ꝓiectã cõſpicimus, qñ cęleſtibus relictis, eccleſiã terrena ſectari videmus, cuius vera cõuerſatio ĩ cęlis: ſed abijciᷣ iuſto Dei iudicio, ne recordatur dñs ſcabelli pedũ ſuorũ. Quãuis.n. fuerit Siõ Dei habitatio pulcherrima, angelis miniſtrãtibus, & Dei ꝓtectione honorata: multis miraculis & diuinis ſolatijs educata, vt ſcabellũ Dei ꝑꝑ ſtatũ diuini cultus merito diceret, eccleſia tñ ꝓdicaᷣ glorioſior. vnde Moyſes: Viderũt Deũ Iſrael, & ſub pedibꝰ eius quaſi opꝰ lapidis ſapphirini, & quaſi cęlum cum ſerenum eſt. Hoc eſt cœlum de quo dictum eſt: Cœli enarrant gloriam Dei. a Præcipitauit. Paſch. Hiſto. Hæc oĩa Iudæis accidiſſe manifeſtũ eſt, dñs aũt hęc oĩa olim feciſſe dr̃, nõ ꝙ Ieruſalẽ peccare cõpulerit, ſed iuſto iudicio peccantẽ punierit, & puniri ꝑmiſerit ſpecioſa Iacob, famoſũ tẽplũ, ceremoniarũ cultũ, & hmõi. Sed iratus dñs oĩa ꝑcipitauit, vt itelligeres dñm nõ ꝑꝑ hæc hoĩes, ſed ꝑꝑ hoĩes hæc obſeruaſſe. Iudæi aũt hæc ꝑferẽtes gloriabanᷣ, & in ſceleribus ſuis volutabanᷣ. Sciendũ tñ hæc oĩa ſub Romanis plenius eſſe cõpleta, nẽpe qa fuerũt oĩa iſta legalia, quaſi magna q̃dã ꝓphetia, veniẽte veritate oĩa cõpleta ſũt. Iõ ꝑcipitata ſunt oĩa, deſtructa, deiecta, prophanata, neq; venerũt, vt futura videanᷣ prophetare. Pręcipitauit. Moral. Deijcit dñs ſpecioſa aĩæ, nec parcit qñ fornicaᷣ cũ prauis deſiderijs relicto amore ſponſi, cui dictũ erat: Obliuiſcere populũ & do. pa. tui. & cõcu. rex deco. t. Deſtruit munitiones, qñ fides infirmaᷣ, nec valet ſuſtinere tẽtationes q̃ inferuntur, qa ꝑdidit ſpeciẽ & pulchritudinẽ, q̃bus delectabaᷣ ſpõſus: ſic deſtruuntur muri virtutũ, q ſuſtinebãt violẽtiã hoſtiũ. Proijciᷣ de cęlo in terrã, qa connubiũ caſti amoris violauit, & ſordibus vitiorũ ſe ꝓſtituit, cui rectè dr̃: Terra es, & in terrã ibis. Polluit regnũ & prin. e. ipſa. ſ. q̃ fuerat Dei tẽplũ cũ ſenſibus ſuis, q ei malè
B principanᷣ, deiecit in terrã: ꝑdidit ergo regnũ & principatũ ad qđ iũcta erat ꝑ baptiſmũ. Præc. Alleg. Ad eccleſiã populo peccãte hæc iure referunᷣ, qa ſi ramis naturalibus nõ pepercit Deus, nec nobis q de oleaſtro ꝑciſi ſumus. etſi eorũ deſpexit officia, q̃to magis & nr̃a polluunᷣ polluta mẽte & ꝯſcia. Specioſa aũt eccleſia ẽ. vñ: Aſtitit regina à dex. tuis. Et alibi: Pulchra es amica mea &c. Sed multis peccãtibꝰ deiecit dñs ſpecioſa eius, q̃ olim viriliter luctabaᷣ, & tradunᷣ hoſtibus. Dei aũt deijcere, eſt iuſto iudicio vnũquẽq; in deſideria cordis ſui ꝑmittere. Deſtruit aũt cũ gr̃æ ſuæ ſubtrahit auxiliũ. Deſtruunᷣ munitiões eccleſię, qñ Dei † cultores auxilio Dei nudãtur, & voluptatibꝰ deprauãtur. Quia verò ſe deſtructos & diſſipatos minus intelligũt, chorus ſctõrũ eorũ pulchritudinẽ, & fortitudinẽ deperiſſe deplorat. Eſt nãq; eccl̃ia Chriſti Ieruſalẽ, q̃ ædificaᷣ vt ciuitas, & ſicut turris Dauid cũ ꝓpugnaculis: mille clypei pẽdẽt ex ea, oĩs armatura fortium. Sed cũ muri. i. paſtores & doctores deſtruunᷣ, hoſtis ingreditur ciuitatẽ & populaᷣ. vñ ſequiᷣ: Deie. eã in ter. cũ. ſ. terrenis actibus & vitijs occupaᷣ. Nec eſt q ſuſtineat eã vel doctrinæ verbis vel operũ exẽplis. & iõ diuina vltio ſequiᷣ: Polluit re. & pri. e. Deus aũt illos polluit, cũ iuſtè pollutos oñdit, q ſe & alios corã Deo caſtos exhibere & cuſtodire đbuerũt & ĩmaculatos: q facti erãt regale ſacerdotiũ. vñ: Culpa ſa. rui. ẽ po. b *Confre-*

a ¶Qui ſolebat exaltare.
a furoris ſui. Beth. Præcipitauit a
a ¶More ſuo. ¶Ornamenta templi. ¶Virtutes.
dominus nec pepercit: omnia b c
a ¶Iacob dormiens, aſcendentes & deſcendentes angelos vidit. Ideo quia caput. i. mentem ſuper lapidem. i. Chriſtum, poſuit: aliter.n. & ſi ceſſat quis à ſtrepitu mundi, angelos non conſpicit. b ¶Qui conſtruxerat. c ¶Qui natura mitis.
† ſpecioſa Iacob deſtruxit in fu-
a ¶Paſtores, doctores. ¶Virtutes. b ¶Eccleſiæ vel animæ prius caſtæ.
rore ſuo, munitiones † virginis
a ¶Qui eleuabat in cœlum. b ¶Qui mundauerat. ¶Pollutum oſtendit.
Iuda, & deiecit in terrã: polluit d
a ¶Sacerdotes. ¶Quos promouerat. ¶Vel animam quæ Dei erat tẽplum. ¶Senſus.
regnum & principes eius. Gi- e
a ¶Qui ſolidauerat.
b mel. Confregit in ira furoris ſui f
a ¶Regum fortitudinem. ¶Virtutum. c ¶Eccleſiæ vel animæ. c ¶Vnde: Vt quid auertis manum tuam & de. tuam ſ. t. in finem.
omne cornu Iſrael: auertit re- g h
a ¶Defenſionem.
trorſum dexteram ſuã à facie
¶Diaboli inſequentis.
inimici, & ſuccendit in Iacob i
a ¶Irç, luxuriç, concupiſcentiæ.
quaſi ignem flãmmç deuoran- k
c tis in gyro. Daleth. Tetendit l
a ¶Iudicium. b ¶Non ad corrigendum.
arcum ſuum, quaſi inimicus, m

† filiæ

b *Confregit.* Paſch. Hiſt. In ira furoris cornu Iſrael confregit, C
Hiſtoricè. cũ regnũ Iudęorũ deſtruxit. Retrorſũ dexterã ſuã auertit, cũ defenſionẽ vrgẽtibus inimicis ſubtraxit: & terrã eorũ in manus inimici tradidit, cũ ſæuitia hoſtiũ quaſi flãma vorãs oĩa cõſumpſit. Cõfre. Mora. Aĩa cornua ſua hr̃e ꝓhibeᷣ. de q̃bus
Moraliter. dr̃: Oĩa cornua peccatorũ cõfrin. & ex.
Pſal.74.b cor. iuſti. Cornua nãq; aĩarum ſunt fortia munimẽta virtutũ, q̃bꝰ aduerſa q̃q; repercutit, & quaſi fœnũ aut puluerẽ ĩ aerẽ vẽtilat & diſꝑgit. Cornua ſiquidẽ cũ aĩalibus nõ naſcunᷣ, ineſt tñ eis cã naſcẽdi: Nec aĩa naturç inſtinctu virtutibus armaᷣ, ſed Dei munere repleᷣ: q̃uis ipſa prius habuerit naturaliter cõcipiẽdi gr̃am & nutriẽdi efficaciã: ſed & ſe ꝑdidit & naturæ libertatẽ, & iõ q̃ de pc̃ti origine naſcunᷣ, cõfringunᷣ. Cornua alia rore diuinç gr̃ç creſcũt & exaltãtur, ſed hæc ſibi inuicẽ aduerſanᷣ. vñ: Cõfregit dñs oĩa cornua carnalis Iſrael, ne ſe diutius extollant. Plorat aũt Propheta, nõ qa frãgunᷣ, ſed qa cum his in furore Dei aĩa cõteriᷣ. de quo dr̃: Dñe ne in fu.
Pſal.6.a tu. ar. me. Contrahit aũt dñs, & auertit manũ ſuã à facie inimici, aĩam inſequẽtis, qa ipſa ſe prius hoſtibus expoſuit. &
Gen.34.a adulterũ recepit: qa foris egreſſa cũ Dina, vt videret filias huius ſeculi, à diabolo eſt deuirginata, & ipſi incorporata ẽ, iõ auertit dñs manũ ſuã, & ſubtrahit auxiliũ, qa illa ſe priꝰ corruptori expoſuit. Hac de cã ẽt Iudęos in exiliũ miſit, quia erãt leproſi nõ volatili lepra, ſed manẽti: qđ ſignificabat Moyſes cũ manũ q̃ leproſa fuerat, extẽderat. & munda, cũ in
Pſal.73.b ſinum reuocaret. vñ Dauid: Vt qd auer. ma. tu. &c. Manus extẽſa Iudęos à Deo eſſe ſignificabat extẽſos ad praua opera, & iõ opertos lepra. Reuocati verò clemẽter. q. manus in ſinum eorũ mundi fiebant. Vñ Dauid cernens irreuocabilẽ captiuitatẽ & Dei ĩdignationẽ, inq̃t: Vt qd auer. ma. &c.
Pſal.73.c q. Dũ auertis manũ tuã, niſi remiſeris eã in ſinũ, ipſi extenſi inter gẽtes immundi erũt & leproſi. Sil̃r aĩa q̃ de ſinu Dei ad ſecularia deſideria exierit, cõtaminata erit. Dñs.n. fouet D & ꝓtegit quos in ſinu geſtat vel aliàs obũbrat: eos verò qui exierũt, audi qđ ſequiᷣ: Succẽ. in Ia. q. i. f. d. i. g. Aĩa.n. immundis ſpiritibus ꝑmiſſa ſuccẽditur, vexaᷣ, & cõcupiſcẽtiarũ flãmis deuoraᷣ, donec ad ſinũ reuoceᷣ. Hæc eſt fornax Babyloniæ, q̃ ſeptuplũ ſuccẽditur, & incẽdit quoſcũq; reperit de
Dan.3.c Chaldæis. Cõfre. Alle. Nr̃a Ieruſalẽ q̃ eſt ſpõſa Dei ſũmi, cũ
Allegor. ab eo receſſerit & ſceleribus ſeruierit, cornu eius cõfringiᷣ: qđ erexit dñs ĩ domo Dauid pueri ſui, ne poſſit reſiſtere inimicis. Manũ auertit dñs retrorſũ à facie inimici, q̃ extẽtã tenebat ad defenſionẽ & vltionẽ: ſed priꝰ ipſa auerſa eſt retrorſũ. Per dexterã Dei filiꝰ intelligiᷣ, Dei virtus & Dei ſapiã, cu-
1.Cor.1.d ius auxiliũ ſubtrahiᷣ cũ ſpõſa amatoribus ꝓſtituiᷣ: inde cornu eius cõfregiſſe Deũ lamẽtaᷣ ꝓpheta: Succẽ. in Ia. q. ig. flã. de. in gy. Cũ.n. Dei gr̃a deſolaᷣ, & ſuis viribus eneruatur, accẽditur igne libidinis, cuius flãmis intus & foris deuoratur. c *Tetẽdit ar.* Paſch. Hiſto. Hæc oĩa dñm feciſſe cõſtat, qñ pu-
Hiſtoricè. gnantibus vel cõtra Ieruſalẽ Chaldæis vel Romanis iudicia ſua expleuit. Ipſe.n. arcus in manu dñi multò antè ad vltionẽ extẽſus erat. Sed qa redire noluit Sion, cũ menſura tp̃is impleta eſt menſura peccati, vt tandem feriret. Et quia noluerunt eſſe amici, factus eſt dñs eis inimicus, iuxta illud: ☞ Cum

---

NICOL. DE LYRA.

¶ *quod erat quaſi ſedes Dei, & arca quaſi ſcabellum illius ſedis, ſicut dictum fuit plenius, Exo. 25.*
*a* Præcipitauit. *ſecundum viam iuſtitiæ ſuæ.*
*b* Nec pe. *ex ſua miſericordia, eò ꝙ habet ſemper iuſtitiam annexam.*
*c* Omnia ſpecioſa Iacob. *i. regnum & ſacerdotium, ciuitatem & templum, & per conſequens alias ciuitates & fortalitia.*
*d* Pol. re. *i. oſtẽdit pollutũ multiplicibus peccatis: ex rigore ſuç punitiõis.*
*f* Confregit in ira furoris ſui. *i. in effectu ſuæ iuſtitiæ.*
*g* Omne cor. Iſr. *i. oẽm ſtatum dignitatis & fortitudinem defenſionis.*
*h* Auertit retror. dex. ſuam à fa. ini. *Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo referendo ad Deum, eò ꝙ non defendit populum Iſrael à ſuis inimicis, & ſic auertit dexteram ſuæ virtutis ab eis. Alio modo referẽdo ad populum, à quo Deus ſubtraxit virtutem & induſtriam ſe defendendi, & ſic auertit dexteram Iudæorum à facie Chaldæorum.*
*i* Et ſuccendit in Iacob quaſi ignem. *ſ. per Chaldæos Ieruſalem & terram in circuitu incendendo.*
*l* Tetendit
*l* Tetendit ar. ſu. *i. varios modos inuadẽdi ciuitatẽ ꝑ exercitũ Chaldæorũ. Vel ad literã: Arcũ quia in Chaldæorũ exercitu erãt multi ſagittarij.*
*m* Quaſi inimicus. *Sicut.n. conferendo beneficia oſtendit ſe amicum,* ¶ ita

MORALITER.

✻ a *Præcipitauit dominus.* permiſſiuè.
c *Omnia ſpecioſa Iacob.* i. ſcientias & virtutes, quæ contra dæmonum exercitum ſunt munitiones.
d *Polluit regnum.* ſcilicet permiſſiuè tamen.
e *Et principes eius.* qui ſunt prælati.
f *Confre. in ira fu. ſui.* i. dignitatem eccleſiaſticã & ſecularem, q̃ Deo permittente cupiditati põdere à rectitudine iuſtitiæ ſunt cõfractæ.
h *Auer. retror.* nõ reprimẽdo ipſũ ab inuaſione populi Chriſtiani.
i *Et ſuccendit in Iacob.* permiſſuè.
K *Ignem.* carnalitatis & auaritiæ.
l *Teten. ar. ſuum.* qui ferit à longe, ideo ſignat aſpectũ impudicum.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E Cum peruerſo puerteris. Firmauit dexterã ſuã quaſi ho. qa
& ipſi hoſtes diuinę legis erãt, vt vel ſic addiſcerẽt, qa nõ in
gladio poſſederũt terrã, nec bra.e.ſ.e. Qđ qa nõ intellexerũt,
occidit oẽ pulchrũ viſu. Occidẽdi.ſ.hoſtis ptãtem dedit: Nõ
ſtillauit, ſed effudit quaſi ignẽ in Sion. Qđ ſub Romanis ve-
† die rius cõpletur, qñ tota † Dei indigna-
Moraliter. tio effundiſ. Tetendit arcum. Moral.
Contra delinquentẽ aĩam dñs quaſi
inimicus arcũ tetendit, cũ eã peccan-
tẽ ad pęnitentiã nõ emollit: ſed ma-
nu extenta poſt carnalia deſideria ire
permittit, nec auertit, ſed occidit, qđ
pulchrũ erat viſu, honeſtatẽ.ſ.morũ
in cõſcientia eius. Perimere aũt dñs
dĩ, cũ perimi patitur, & tradit eã in
paſſionẽ ignominię & flammã libidi
nis, vt deſiderijs ſuis accenſa amato-
res ſuos ſequatur. Tetendit arcũ. Al-
lego. Cõtra eccleſiã tendit dñs arcũ
ſuũ quaſi inimicus, quia ipſa inimica
eſt, nec vult audire clamantẽ vt pęni
teat & redeat. Per arcũ iudiciũ intel-
ligitur, quo qſq; nũc pcutitur, vt cor-
rigatur aut initialiter puniatur: aut
diu tẽditur vt cũ peccata cõſummata
fuerint, ad puniendũ grauius relaxet.
In arcu diuerſę ſũt ſagittę. Alię mit-
tuntur ad perimendũ veterẽ hoĩem cũ actibus ſuis. Alię ad
flagellandũ, aut ad coronã, aut ad correctionẽ aut ad pęnã.
Illos aũt gemit eccleſia & plangit, quos percutit dñs quaſi
inimicus, aut per diabolũ, aut per hæreticos, de quibus dĩ:
Pſal. 10.a Peccatores intenderunt arcũ, para.ſa.ſu.&c. Huiuſmodi.n.
ſagittę de arcu dñi.i.de iudicio diuino veniunt. vnde: Sagit-
Iob.6.a tę dñi in me ſunt. Et alibi: Sagittæ tuę infixę ſũt mihi. Quoſ-
Pſal 37.a dã autẽ nõ percutit dñs vt corrigantur, qa arcus in furore
Pſal.59.a tenditur, vt corde indurati durius feriantur. vnde: Dediſti
metuentibus te.ſ.vt fu.à fa.ar. Firmauit dñs de.ſu. quaſi ho-
ſtis cõtra eccleſiã, cũ inceſſanter affligit vt correcta redeat,
aut indurata ſua luat ſupplicia. Occidit pulchra viſu, dum
pretioſa eius membra perire patitur. Effundit quaſi ignem
indignationem ſuam. Vides omnia diſcordiæ incendijs, &
F concupiſcentiæ flammis cremari. Hæc certius in nobiſipſis
legimus, quàm in ſcriptura recordamur.
Hiſtoricè. a *Factus eſt do.* Paſcha. Hiſto. Hæc oĩa Iudęis hiſtorialiter eue
niſſe dubiũ nõ eſt. Lachrymoſa ergo relatio ad cõpatiendũ
cõmouet, ad lamẽta inclinat, quaſi: Dñs ductor Iudæorũ, &
cuſtos fuit, qbus quaſi amicus amicis loquebaſ, factus eſt ini
Sup.eo.a micus. vnde ſup. dĩ: Præcipitauit dñs nec pepercit oĩa ſpe-
cioſa Iacob, deſtruxit in furore ſuo munitiones virgines Iu-
da, qđ ibi dixit in furore ſuo, hic dicit quaſi inimicus, ibi ſpe
cioſa, hic mœnia, & quaſi alia diceret. Sed eadẽ retexẽs am-
plius ad lachrymas reuocaret, vt ad noua verba nouas effun
das lachrymas, & eadẽ ſepiſſimè iterans, nũquã faſtidias, ne
fortè cũ dñs nos p Iſaiã vocet ad fletũ, & ad planctũ, & ad
caluitiũ, & ad cingulũ ſacci, ad gaudiũ, & ad vanã lætitiã ex-
Eccl 7.a curras. vñ: Melius eſt ire ad domũ luctus, q̃ ad domũ cõuiuij.
Moraliter. Factus eſt dñs. Moral. Habet aĩa virtutũ mœnia, ſicut ciui-
tas ad ornamentũ hẽt mœnia, Munitiones vt ſe defendat:
ita ſunt dona q̃ muniũt, alia q̃ ornãt aĩam. Similiter & ec-
cleſia, vt prophetię dona & genera linguarũ, interpretatio-
nes ſermonũ & hmõi. Hæc ſunt mœnia mẽtis, q̃ ſi qs nõ ha
bet, ſtare tñ p fidẽ & charitatẽ & cæteras virtutes põt, ſine
qbus ſaluari nõ põt. Cũ de Iudęa prophetiã & doctrinã &
miraculorũ ſigna abſtulit dñs, mœnia eius p̃cipitauit. Qñ ve
rò ſpem, fidẽ, charitatẽ auferri pmiſit, munitiones deſtruxit.
In his ergo rectus ordo ſeruatur, qa cũ peccatrix aĩa relin-
quitur, prius ab ea dona virtutũ q̃ data ſunt ad manifeſta-
tionẽ ſpiritus auferunſ, deinde fidei, ſpei, & charitatis fun-
damẽta euertuntur. Hæc oĩa perfidis Iudæis dñs abſtulit, &
gentibus

¶ Ad percutiendum.
firmauit dexteram ſuam quaſi ho- a
a ¶ Paſtores. doctores. honeſtatem morum.
ſtis: & occidit omne qđ pulchrum b
a ¶ In corpore vel conſcientia.
erat viſu in tabernaculo filię Sion:
a ¶ Poteſtatem dando. b ¶ Iræ, concupiſcentię & hmõi.
effudit quaſi ignem indignationẽ
¶ Inimicus. a ¶ Non verè.
a ſuam. He. Factus eſt dominus ve-
lut inimicus, præcipitauit Iſrael: c
a ¶ Diſſipauit. b ¶ Qui ſunt ornamenta eccleſiæ.
Præcipitauit omnia † mœnia eius, d
a ¶ Defenſiones eccleſiæ, vel dona ſpiritusſancti in quibus eſt ſalus.
diſſipauit munitiones eius: & † re- e
a ¶ Multiplicauit. b ¶ In vtroque ſexu.
pleuit in filia Iuda humiliatum & f
a ¶ Diſſipari permiſit.
b humiliatam. Vau. Et † diſſipauit g

G gentibus cõtulit. vñ: Auferetur à vobis regnũ Dei, &c. Sed
cũ his aĩa expoliatur, fit ei dñs ſicut Iudæis inimicus & qui
dicebat: Inimicis tuis ero inimicus, & affli. tuis af. ipſe inimi-
catur & affligit. vnde: Repletur in ea humiliatus & humilia-
ta.i. ſenſus & cogitatio immunda, vt intus & foris cõtume-
lijs agaſ, donec cõfuſa ad pniam re-
uertatur. Factus eſt dñs. Alleg. Cum
ſpõſa dñi ſpecioſa ſe auertit à cõple-
xibus ſpõſi, cõtra p̃cepta eius agẽdo
inimicitiã Dei contrahit, ſed tẽperat
Deus iniam ſeueritatis, qa nõ abſolu
tè dĩ inimicus, ſed quaſi. Quãuis.n.
affligaſ & penitus deſtituta videatur,
tñ vt redeat flagellatur. Et notandũ,
ꝙ primũ p̃cipitat Iſrael, qñ munditiã
cordis aufert: deinde mœnia eius q̃
ad pulchritudinẽ & decorẽ pertinẽt
religionis. Habet munitiones hæc ci
uitas, ne hoſtis irrũpat: hẽt honeſta
& inhoneſta: ſed q̃ inhoneſta ſunt,
abundantiori honore circundamus.
Sũt in eccleſia ſimplices, ſunt ruſtica
vilitate abiecti, ſed vtriq; neceſſarij.
Sed frequẽter dñs aliquos p̃cipitari
pmittit, q videbãtur ornamẽta eccle
ſię eſſe, aut in hæreſim aut in qlibet
vitia. Munitiones quoq; diſſipat ſæ-
pe, cũ defenſores errare ſinit, & prauis actibus diſſipari. Re-
plet autem.i. multiplicat de vtroq; ſexu humiliatum & hu-
miliatam, quando paſſim fraude dæmonum plurimos ter-
renis opibus humiliari permittit.
b *Et diſſipa. &c.* Paſch. Hiſt. Notandũ quãta verborũ elegan
tia, quãto carminis ſplẽdore Hebraica veritas fulgeat, q̃ trãſ-
lata tãta pollet elegãtia. Poſtq̃.n. dixit: Qũo obtexit, ſic p ſin
gula gradatim defluit, vt qũo poſſit oĩbus coaptari: ſic qũo
proiecit, qũo p̃cipitauit, qũo deſtruxit, qũo deiecit, qũo deie
ctã polluit, &c. Sic ergo plãgit ſimul & dolet oĩa, vt ſtupore,
admiratione, gemitu plena ſunt ſingula, vt ſic dicaſ qũo diſ-
ſipauit quaſi hortũ tẽtoriũ ſuũ? Sciendũ aũt, ꝙ pro peccatis
Iudæorũ hoc dñs diſſipauit, q diſſipãdi ptãtem dedit. Sunt
H aũt tabernacula vbi cortinę funibus diſtẽtę tabulis interſtã-
tibus appẽduntur, qbus tẽtoria ſuſtinenſ. Tentoriũ quoq; eſt
qđ erexit Moyſes in deſerto. Tabernaculũ eſt tẽplũ Salomo
nis, q̃ pp ſcelera Iudæorũ tradita ſũt ptãti inimicorũ. Primũ
dñs repulit tabernaculum Silo. vñ: Faciã domui huic in qua
inuocatũ eſt nomẽ meũ, & in qua vos habetis fiduciã, ſicut
feci Silo. Et diſſip. Moral. Hẽt aĩa tẽtoriũ & tabernaculũ, in
quo eſt ei cũ ſpiritusſancto colloquiũ. Sed diſſipaſ quaſi hor-
tus ſi ſe reſoluerit in luxũ & carnis oblectamentũ. Nõ autẽ
diſſipaſ vt hortus deliciarũ Dei, ſed ſicut ille ſup q̃ Sargon
Aſſyriorũ p̃eſſe legiſ, q princeps hortorũ interpretaſ, quaſi
voluptatibus & luxurię deditus. Achab quoq; rex Iſrael vi-
neã Naboth in hortũ vertere voluit, qđ ille intelligẽs (lege
tropologię) maluit mori q̃ cõſentire, vt hęreditas pr̃is & tã-
ta poſſeſsio virtutis, impij regis deſeruiret delicijs. Sed qa in-
felix aĩa tentoriũ ſuũ.i.carnẽ, q̃ oſsibus & neruis cõpingitur,
delicioſo luxu diſsipari pmiſit, & tabernaculũ.i. ſeipſã i ſuis
voluptatibus demoliri, vineã & hæreditatẽ ſummi patris in
hortũ cõcupiſcẽtiarũ nequiſsimo regi mutari cõſentit. Ideo
dñs feſtiuitates eius & ſabbatha obliuiſciſ, qa tẽplũ in quo
vota dignè offerunſ, & ſolẽnia celebranſ, demolitũ eſt illece
broſis delicijs, & deſtructũ eſt tẽtoriũ carnis varijs oblecta-
mẽtis. Rex & ſacerdos danſ i opprobriũ, qa his officijs amiſ-
ſis infęlix aĩa ſe ſubdidit regibus impijs. Vni q Azotios deua
ſtat gñationi ac libidini ſeruiẽtes, qa Azotus ignis gñatiõis
interpretaſ. Alteri q florẽtes Chriſti vineas in horto cõcupi
ſcẽtiarũ deſiderat cõmutari. vñ ſequiſ: Repulit dñs alta. ſuũ.
Et diſſi. Alleg. In eccleſia multos diſsipare videmus.q. hortũ.
Hort⁹ hic ẽ eccleſia, de qua i cãticis dĩ: Hort⁹ cõclu. ſo mea.
Ibi

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ita inferendo pœnas iudicatur à ſimplicibus inimicus: quamuis hoc faciat ex charitate ad purgationem malorum & exercitium bonorum in virtute patientiæ.*

*b* Occidit omne quod pul. erat viſu in taberna. fi. Sion. *i. in templo domini quod erat in monte Sion, quia ſacerdotes occiſi fuerunt ibi, vt habetur infrà eodem cap. & omnia prætioſa inde aſportata. Cætera patent ex ex dictis vſque ibi:*

*e* Et repleuit in fi. Iuda. *i. in gente Iudaica.*

*f* Humiliatum & hu. *quia omnes vtriuſq; ſexus humiliauit in ſeruitutem & captiuitatem redigendo.*

*g* Et diſſip. quaſi hor. *cuius clauſuræ diſſipantur collectis fructibus.*

¶ *a* Tento-

## MORALITER.

✱ a *Firmauit dex. ſuã.* quæ ferit de prope. ideo ſignat illicitũ tactũ.

b *Et occidit.* i. omne honeſtum. Eſt tamen hic hyperbole, quia non omnia honeſta eccleſiæ ſunt deſtructa.

c *Præcipitauit Iſrael.* de conuerſatione cœleſti ad terrenam.

d *Præcipitauit omnia mœnia eius.* ſcilicet virtutum.

e *Et repleuit in filia Iuda.* i. eccleſia.

f *Humiliatum & humiliatam.* i. de ſtatu gratiæ deiectũ & deiectã, ſicut dictum fuit à principio. Illa quæ important culpam non eſt intelligendũ, ꝙ Deus ea fecerit niſi permiſſiuè. & ſic eſt intelligendum de dictis & dicendis poſterius, ne oporteat amplius replicare.

g *Et diſſi. &c.* i. eccleſiã militãtẽ, ſicut horti ſterilis clauſura diſſipaſ.

✱ *Obliuioni*



Ibi puteus aquarũ viuentiũ: ibi ſpirat auſter, & remouetur
A aquilo, fluũt aromata, fauũ cũ melle comedit ſpõſus. Sed eſt
alius hortus deliciarũ quaſi paradiſus Dei. de quo dĩ, ꝙ ele-
uauit oculos ſuos Loth, & vidit oẽm regionẽ Iordanis, q̃ ir-
rigabatur ſicut paradiſus Dei, & ſicut Ægyptũ, vt eſſet qua-
ſi hortus deliciarũ & voluptatis. Ad
has delicias ſuſpirabãt Iudęi ollas car
niũ, cępas & pepones & cucumeres
Aegyptiorũ deſiderãtes, q̃ oĩa in ani-
mo eorũ ſunt q terrena ſapiunt. Ad
huius horti ſimilitudinẽ diſſipat dñs
in eccleſia laſciuiẽtes, & ad Sodomo
rũ & Gomorrhęorũ & ad Aegyptio
rũ deſideria ſuſpirãtes ſicut in ſyna-
goga aberrãtes. Demoliſ tabernacu-
lũ, cũ quoſdã in eccleſia degẽtes fla-
gitijs exterminari & cõcremari vitijs
pmittit. Nõ.n. habitat in tabernacu-
lo Dei, niſi q ingreditur ſine macula,
& ope. iuſt. Quib⁹ p̃termiſſis obliuio
ni trãdidit dñs feſtiuitates & ſabba-
tha nr̃a, nõ qđ ei nõ placeãt feſta nr̃ę
religionis, ſed qa in nobis tabernacu
lũ.i. tẽplum Dei violatur. Nõ eſt.n. in
nobis vnde placeãt ei q̃ offeruntur:
vnde obliuiſci dĩ q̃ nobis ad iuſtitiã,
violato Dei tẽplo, nõ imputãtur. In-
de rex & ſacerdos opprobrio tradũ-
tur, q eccleſię iuxta Iſaiam.q. nutritij
p̃ponuntur. vnde: Erunt reges nutri
tij tui. Sed qa violãt tẽplum ſpiritus-
ſancti, magis in eccleſia opprobrium
ſunt quã decus. de quo Dauid: Et nũc reges intelligite, &c.
Ex quibus verbis inſinuat, quia regale genus & ſacerdo-
tium ſanctum ſumus, ſi ſalutares hoſtias offerre Deo volu-
mus, tabernaculũ ſancti ſpiritus ſimus, ĩ quo dignę Deo ho
ſtiæ offerunſ. Hoc ne vitijs demoliaſ, diligẽter obſeruemus.
a *Repulit do. alta. ſuum.* Paſch. Hiſto. Altare.ſ. in quo victimę
offerebantur. Maledixit ſanctificationi.i. ſacrificijs legis, po-
pulũ & turres tradidit inimicis. vnde inimici ibi ingreſſi ma
gna voce exultauerũt, vbi quondã diebus ſolẽnibus ſacerdo
tes Deũ laudabãt. vnde Iſa. Deſolata eſt domus ſanctificatio
nis nr̃ę, vbi laudauerunt te patres nr̃i. Repulit dñs. Moral.
B Qđ fit cum ara cordis nr̃i prophanaſ, & mens & cõſcientia
proſtituta vitijs polluitur, vbi à nobis acceptũ Deo ſacrifi-
ciũ iure offerſ, ſ'm illud: Sacrificiũ Deo ſpiritus cõtribulat⁹.
Sãctificatio maledicit, cũ aĩa maledictione proſterniſ, quia
in ſe nomẽ Dei ſanctificare noluit cũ digno ſacrificio. Tur-
res aĩę ſunt fides, ſpes, charitas, & cæterę virtutes qbus ad cę
lũ erigiſ. Muri quibus muniſ, cęterarũ virtutũ opera ſunt.
Hi in manu hoſtiũ tradunſ, qa aĩa foris intusve in ſuis acti-
bus diſſipaſ. Hoſtes dant vocẽ in domo dñi ſicut in die ſo-
lẽni, qñ immundi ſpiritus in portenta vitiorũ vitiato tẽplo
ſpiritusſancti in aĩa perſtrepũt, quo ſpiritusſancti organa &
virtutũ harmonia reſonare ſolebãt. Repulit dñs. Alleg. Eſt
vnũ altare in eccleſia Dei, Chriſtus, q hoſtia & ſacrificium,
pontifex & ſacerdos dĩ, in eo oĩa ſacrificia offerimus. Sed
ſunt ſancti altaria ab hoc altari dicti, ſicut lux à luce, & mõ
tes à mõte, paſtores à paſtore. Altare illud pater repulit in
paſſione pro Iudæis orantẽ. Pater trãſfer calicẽ hunc à me.
A qbus repulſus paterno iudicio trãsfertur ad gẽtes. vnde
Dauid: Tu verò repuliſti & deſtruxiſti. Sicut.n. ſacrificia illa
figurã Chriſti gerebãt, ita altare de lapidib⁹ impolitis quos
ferrũ nõ tetigit, p̃ſignabat corpus dñicum nullo humano
opere

a ¶ Concupiſcentiarum. b ¶ Tabernaculum.
c ¶ In quibus quaſi in eccleſia videbatur quieſcere.
quaſi hortũ tẽtorium ſuum, demo- a
a ¶ De quo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.
litus eſt † tabernaculum ſuũ. Obli- b
a ¶ Quia violatum eſt templum, in quo celebrabantur.
uioni tradidit dominus in Sion fe- c
ſtiuitatem & ſabbathũ: & in oppro
brium, & in indignationẽ furoris
a ¶ De quo dicitur: Erunt reges nutritij tui.
b ¶ De quibus dicitur: Sacerdotes ducit inglorios.
a ſui regem & ſacerdotem. Zain. Re- d
a ¶ Holocauſtorum, vel Chriſtum vel animam.
pulit dominus altare ſuum, † male- e
a ¶ Sacrificijs, Chriſto, in quo noſtra ſanctificatio eſt: vel contritioni cordis & ſacrificio mentis.
dixit ſanctificationi ſuæ: tradidit f
a ¶ Chaldæi vel Romani vel diaboli vel hæretici.
b ¶ Apoſtolos vel opera. c ¶ Fideliũ vel virtutũ.
in manus inimici muros turrium
a ¶ Hoſtes, vel dæmones, vel vitia.
b ¶ Templo vel eccleſia vel anima.
eius. Vocẽ dederunt in domo Dei, g
a ¶ Cogitandi facultatem reliquit.
b ſicut in die ſolẽni. Heth. Cogitauit h i

C opere cõtaminatum. Quia ergo Chriſtus ad eccleſiã trãsfer
tur, in eo quaſi in altari fideliũ vota offerunſ, pro qbus qua-
ſi apoſtolis cõpatiens plãgit eccleſia, nõ ꝙ à ſe tranſlatũ do
leat, ſed cũ apoſtolis pro morte eius triſtata eſt, vt poſt cum
eiſdẽ de reſurrectione gaudeat. Vnde mos inoleuit in eccle
ſia ab apoſtolis traditus, vt quo die — *Miſſæ officium in die paraſceues peragendum quoties & quare.*
paſſus eſt Chriſtus, corporis & ſãgui
nis Chriſti eo die hoſtia nõ offeraſ,
tribus.ſ. de cauſis. Vel qa in veritate
immolaſ, cui hęc cęteris diebus ſunt
myſtica ſacramẽta. Vel quia ipſe põ-
tifex Chriſtus, q ea rectè offert, eo die
p ſeipſum ad inferos deſcẽdit. Vel qa
tẽplo ſoluto & altari depulſo, nõ eſt
in quo corporis & ſanguinis dñi vi-
ctima offeraſ. Sequiſ: Maledixit ſan-
ctificationi ſuę. Chriſto.ſ.q cũ pecca- Gal.3.d
tũ nõ haberet, pro nobis peccatũ &
maledictũ factus eſt. vnde Moyſes: Deut.21.d
Maledictus oĩs qui pendet in ligno.
Hic eſt oĩs nr̃a ſanctificatio, q pro no — *† proiecit à corde ſãctuarium ſuum.*
bis crucifixus eſt. Sicq; impletum eſt.
Tradidit dñs muros turri. eius in ma.
inimici. Apoſtolos.ſ.q ſunt muri cæ-
terorũ fideliũ. Tradidit in tẽtationẽ
inimici, q expetiuit cribrare eos ſicut
triticũ. Vocẽ dederunt in domo dñi. Luc.22.e
Quãta fuerit tunc confuſio in domo
dñi, quãta in atrijs, quãta in plateis,
q̃ta in ciuitate tota cũ eſſet dies feſti-
ua, euãgeliũ declarat. vñ Iſa. Expecta- Iſa.5.b
ui, vt faceret iudiciũ, & ecce clamor.
b *Cogitauit do.* Paſch. Hiſt. Profundo cõſilio diſpoſuit, & ne
videaſ cogitaſſe, & humanã iuſtitiã exceſſiſſe addit: Tetẽdit
fu. ſu.i. menſurã ſuã pœnæ ſecundũ æqualitatẽ culpæ. Cogi
tare autẽ metaphoricè ad Deũ transfertur ab hoĩbus. Non
auertit manũ à percuſſione, donec.ſ. impleatur menſura pę
næ, ſ'm illud: Adhuc manus eius extenta. Hoc quippe eſt, ꝙ Iſa.5.f
non auertit manũ ſuã à perditione eorũ, nec reducit eos in
protectionis ſuæ ſinũ, ſed inter gentes quaſi manus Moyſi
extẽta, & ita vſq; hodie leproſi & immũdi manẽt. Antemu-
rale luxiſſe tropicè dĩ, qa vidẽtes eos angelorũ cuſtodia de-
ſtitutos quaſi antemurale lugere fecit. Cogitauit dñs. Mora
liter. Cũ Deus aĩam de arce contẽplationis videt ad ima tẽ- D
dere, cogitat muros eius diſſipare, ſed antè funiculũ tendit,
vt videat qua menſura punienda ſit. Primũ quidẽ deliberat
vt redeũdi facultatẽ ei relinquat, & vt ipſa recogitet, ꝙ pec-
cauerit. Antequã diſſipet murũ, ſuper eũ extendit funiculũ,
q. perpendens quanta ſit delicta & qualia, vt ſimiliter ipſa
perpendat, & poſt corrigat: alioquin ſciat quia manũ ſuam
nõ auertit. Sed quia illa cogitare noluit, ꝙ peccauerit, ſed
ſanguis ſanguinem tetigit, ideo murus diſſipatus eſt, & ipſa
hoſtibus ſubiecta. Audiant hæc qui temerè iudicare nõ me
tuunt, nec cauſas iuſto examine perpendunt, dñs nihil ſine
deliberatione & mẽſura facit, iuſto examine cuncta perpẽ-
dit, qui perfectè oĩa nouit. Antemurale, fides eſt, q̃ diſſipato
muro lugere dĩ, non illa q̃ per dilectionẽ operatur, ſed qua
dæmones credere & contremiſcere dicuntur: per quã ante-
quã murus diſſiparetur, virtutum.ſ. cęterarum conſtructio,
erat ei Chriſtus murus & antemurale per eãdem fidẽ in aĩa
collocatus. Sed quia noluit per fidem Chriſtum cuſtodem
& defenſorem habere, diſſipatur operatio virtutum, & lu-
get antemurale, fides.ſ. qua iudicium credit & cõtremiſcit.
Ita nõ poteſt reſiſtere hoſtibus, non qđ pœnitentię aufera-
tur

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Tentorium ſuum. *i. templum Salomonis, quod erat diſpoſitum intrà per ſanctum & ſanctumſanctorum, ſicut tabernaculum quod fecerat Moyſes in deſerto.*

*b* Obliuioni &c. *ideſt tradi fecit.*

*c* In Sion. *quia deſtructo templo, & populo captiuato, talia ceſſauerunt quaſi per annos ſeptuaginta.*

*d* Repulit do. *permittendo illud deſtrui per Chaldæos.*

*e* Maledixit. *i. templo in quo ſanctificabãtur homines per ſacrificia & oblationes, cui maledixit. i. malefecit. Dicere.n. Dei, eſt facere. Pſal. 148.a. Dixit, & facta ſunt. Licèt autem Deus non ſit autor mali culpę, eſt tamen autor mali pęnę. & ſic maledixit templo, inquantum per Chaldæos ipſum combuſſit ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ.*

*f* Tradidit in ma. inimi. muros. *prope enim templum erant turres notabiliores ad loci defenſionem.*

*g* Vocem dede. in do. Dei. *ſ. aduerſarij exultando de captione & ſpoliatione loci.*

*b* Sicut

*b* Sicut in die ſo. *i. ſicut in ſolennitatibus ſolebant cantare Leuitæ laudes Dei.*

*i* Cogitauit. *quia ab æterno præuidit omnia in tempore fienda.*

¶ *a* Tetendit

## MORALITER.

✱ b *Obliuioni tra. do. in Sion.* Ad officiandam enim eccleſiam pauci veniunt & tardè, ſed ad recipiendum ibi pecuniam multi veniunt & feſtinè.

d *Repulit dominus.* propter malitiam ſacerdotum.

e *Maledixit ſanctificationi ſuæ.* propter iniquitatem benedicẽtium. hoc enim non eſt intelligendum in illis, quorum affectus non dependet ex bonitate ſacerdotum.

f *Tradidit in ma. muros turrium.* i. prælatos & religioſos, qui debent eſſe turres ad defenſionem populi Chriſtiani.

g *Vocem dede. in do. Dei.* mercatores & homines garruli & mali.

i *Cogitauit do. diſſ. pa. murum.* i. auferre præſidium angelorum, propter malitiam clericorum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tur locus, ſed qa redire cõtemnit. Cogitauit do. Alleg. Dñs
E ſuper eccleſiã funiculum peccatorũ noſtrorum & normam
*Allegor.* diſtricti iudicij extendit, vt ipſam affligat ſecundũ delicto-
rũ merita. Murus diſſipatur. ſ. rectores & defenſores, cũ aut
immatura morte ſubtrahuntur, aut ab hoſtibus ſuperãtur.

a ¶Ideſt Chriſtum. b ¶Eccleſiæ vel animæ.
dominus diſſipare murũ filiæ Siõ:
a ¶Vt nihil faciat ſine menſura. b ¶Non retraxit in ſinũ.
tetendit funiculũ ſuũ, & non auer- a
¶Lugere fecit.
tit manũ ſuã à perditione: † luxitq; b
a ¶Fides, Chriſtus. ¶Ne defendat.
antemurale, & murus pariter diſſi- c
¶Mente. a ¶Terrenis.
a patus eſt. Teth. Defixę ſunt in terra d
a ¶Doctores. ¶Senſus. b ¶Qui diuinæ legis ianuam aperiunt, qui immundis ſpiritibus aditum claudunt.
portæ eius, perdidit & cõtriuit ve- e f
a ¶Principatus mandatorum Dei.
ctes eius, † regem eius, & principes g
a ¶Vitijs. b ¶Opinionem eorum.
eius, in gẽtibus: non eſt lex, & pro- h
a ¶Peruerſi doctores, ſpiritualem intelligentiam perdunt.
phetę eius non inuenerũt viſionem i k
¶Humiliati.
b à domino. Iod. Sederunt in ter- l
a ¶In terrenis. b ¶Ab ætate. ¶Quibus dicitur: Inueterate dierum malorum. c ¶Solo nomine. d ¶Contemplationis diuinæ.
rã, cõticuerunt ſenes filię Sion, cõ- m
a ¶Terrena voluptate. b ¶Mentes.
ſperſerunt cinere capita ſua, virgi- n
¶Ab ætate. ¶Viſio pacis. ¶Aliàs, cti. ¶Habitu penitentię.
nes Ieruſalem accinctę ſunt † cilicijs,
a ¶Terrena. b ¶Mentes. c ¶Quibus maximè condolendum. ¶Solo nomine amiſſo amore ſponſi.
abierũt in terra capita ſua virgines

Sed quia iuſto Dei iudicio fit, manũ ſuã à perditorum afflictione nõ auertit. Vrbs. n. nrę fortitudinis Sion nõ minus ab inuiſibilibus hoſtibus interius, quã à viſibilibus exterius deuaſtatur. Luget murus i. ſaluator, dum nos lugentes facit. Chriſtus in hac ciuitate, & antemurale eſt & murus, cui membrorũ ſuorũ luctus aſcribitur. Hic murus diſſipatur, cum eius munitione eccleſia deſolatur.

*Hiſtoricè.* a *Defixæ ſunt &c.* Paſchaſius. Hiſto. Portæ in terra defigũtur, vectes perduntur & conteruntur, cũ doctores ſynagogę vel defenſores, mente terrenis applicantur. Reges eius & prin- *† reges* cipes eius in gentibus: idem repetere vř, vt per portas intelligantur reges, & per vectes principes. Hi in gentibus cõfracti & perditi & in terra defixi, ne redeant ad eũ quẽ in lege promiſſum ſuſcipere noluerunt. Nõ eſt lex, quia cremata eſt a Chaldeis, vel Chriſto amiſſo nulla lex eis eſt. vnde iam apud Iudæos nulla eſt legis obſeruatio. Prophetæ non inuenerunt viſionem a dño, quia legiferum ſuũ & dñm prophetarum præſentem viderunt, & contempſerunt. Defixæ *Moraliter.* ſunt. Moraliter. Anima plangitur, cuius ſenſus ſunt in terra defixi. i. in fimo peccati, & non eſt virtutũ ſubſtantia euadendi: quę quia noluit intrare per anguſtam portam, portas, i. ſenſus, fixit in terrenis oblectamẽtis. vectes perdidit & ſerras virtutum, ne immundis ſpiritibus prohibeat ingreſſum, ſic principatus manda-
F torum Dei captiuatur. Non eſt lex ei nec viſio a dño, vt audiat intus, quid loquatur Deus: ſed effrenis poſt vana rapta-
*Allegor.* tur deſideria. Defixæ ſunt &c. Alleg. Portæ, eccleſiæ doctores ſunt qui clauem ſcientię gerunt, qui in terra fixi ſunt, dum terrenis occupantur. Superius dixit portas deſtructas, hic quaſi aliquid plus. ſ. in terra defixas. Quod infixum eſt,
*Pſal. 68. d* difficilè moueri poteſt. vnde: Eripe me dñe de luto, vt non infigar. Vectes perditi ſunt & contriti, qui. ſ. diuinæ legis ianuas credentibus prius recluſerunt, vel q in circulos aureos ad portandam arcam mitti debuerunt. Hi hæreticorum viribus conteruntur, quia perditis ſuis moribus deprauantur. Sic reges & principes vitijs vitæ carnalis quaſi in gentibus captiuantur. Non eſt lex quantum ad eos. ſ. qui quotidie ſibi mala accumulant, & ſine legis vindicta putant ſe poſſe peccare. Tales doctores eccleſiarum quaſi prophetę Iudęorũ, diuinę inſpirationis viſionẽ non merentur, vt rectè doceant de futuris, quia ſe prauis & vanis implicãt deſiderijs. G
b *Sederunt in terra.* Paſch. Hiſto. Patet hiſtoria, quia more ſuo Iudæi tãtis tribulationibus oppreſſi, miſerabili habitu plangebant: Non tamen ſine cauſa illi præcipuè plorant & plangunt, in quibus & religionis autoritas & integritatis honeſtas prædicatur. Sederunt. Moraliter. Anima cũ ſpiritũ conſilij ammittit, quaſi ſenectutem grauitatis & dignitatem maturitatis terrenis inhærens infatuatur: quia nullo ſale condita terrenas ſectatur illecebras: Sic ſenes ſedent in terra, conſilij. ſ. cogitatus, & prudentiæ actus in voluptatibus, quibus cũ anima occupatur, cõticeſcunt apud Deum oẽs eius conatus, ſecundum illud: Qm̃ tacui, inueterauerunt oia oſſa mea. Qui dum ab eis qui intus ſunt veteraſcunt, dũ ſectantur veteris hoĩs lucrum, quaſi curioſi ſenes de ſpecula cęleſtis vitæ in terrã prolapſi à bonis conticeſcũt. Sed ad huius vitæ negotia tota die clamare nõ deſinunt, ita caput. i. mẽtem puluere aſpergunt, & vitiorum ſetis & caprarũ pilis anima circumamicta, gloriam perdit quam habebat in cęleſtibus, & in terram voluta tur, donec in puluerem reuertatur. Sederunt. Allegor. Senes in eccleſia Dei merito tacẽt, qm̃ in terra ſedẽt. Nec iam iuſtè ſenes dicũtur, niſi chorus ſenatorũ Dei cũ plangentibus patitur, & pro humilibus humilietur. ſi autem tales in nobis eſſent, nõ plangerentur, ſed plangerẽt eos. Propheta verò luget eos quos Græci vocant presbyteros, nullo ætatis opere decoratos, qui fatui in terra ſedent dum terrenis inhærent, quibus dicitur: Semen Chanaan & non Iuda. Et: Inueterate dierum malorum &c. Virgines Iuda & Ieruſalem idem ſignificant, quia renatorum animæ cęleſtis Ieruſalem filiæ ſunt & Sion. Hę ſunt filię Iudæ. i. confeſſionis, & filiæ Sion. i. diuinæ contemplationis, quibus dicitur: Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meũ, &c. Sed hæ non cinere capita aſpergunt, non cilicio ſe induũt, quæ compoſitæ & ornatæ feſtinant ad ſponſi amplexum. Sed ſunt filiæ Sion ſolo nomine & ſacramento: quę ceciderunt in hæreſim de throno regni, aut prolapſę ſunt in puluerem terrenę actionis, quibus eſt oppillatũ os, nec ad Deũ audent leuare oculos, quarum capita i. mentes, pulnereis operibus aſperguntur, & ſacco cilicino veſtiũtur, pecorum contexto ſetis & caprarum pilis. Et quia ſemel capita in terram deiecerunt, nolunt ſe erigere, nolunt de puluere excutere. De his forſitan illa eſt quæ alias adiurat, nec per ſe ad ſponſum eccleſię vſurpat, ſed iam pœnitens, iam peccata plangens. Iſtæ vocantur filiæ Ieruſalem & Iuda, vt audito nomine ſuo recordentur catholicæ confeſſionis.

a Defece-

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Tetendit funiculum ſuum. *ad deſtruendum ſecundum lineam ſuæ iuſtitiæ. Iſto modo dicitur 2. Reg. 8. a. Menſus eſt Dauid duos funiculos, vnum ad occidendum &c.*

b Luxitq; antemurale. *Antemurale. n. eſt paruus murus ante murum principalem in clauſuris ciuitatũ: & vterq; fuit diſſipatus in Ieruſalẽ.*

d Defixæ ſunt. *Hic ſpecialiter lamẽtatur Ieremias deſtructionem perſonarum & afflictionem, tamen continuando ſe ad præcedentia pręmittit de ciuitatis deſtructione, dicens: Defi. ſunt in terra portæ eius. i. amotæ de locis ſuis, & in terram proiectę.*

e Perdidit & contriuit &c. regem eius. *Sedeciam, qui fuit ductus in Babylonem, & plures de principibus ſuis.*

h Non eſt lex. *i. doctor legis, quia fuerunt occiſi: ita exponit Ra. Sa. Poteſt etiam exponi de lege ad literam, quæ fuit tunc combuſta, vt dictum eſt ſup. cap. præced. tamen poſtea fuit per Eſdram reparata.*

i Et prophetæ eius. *i. prophetæ Ieruſalem, qui non erant veri ſed falſi prophetæ, ideo ſubditur:*

k Non inuenerunt viſionem à domino. *ſed magis à ſua fictione vel dæmonum illuſione.*

l Sederunt in terra, conti. ſenes filiæ Sion. *id eſt Ieruſalẽ. q. d. illi qui prius erant ibi in honore & loquebantur in autoritate, ſunt inhonorati & muti præ confuſione.*

m Conſperſerunt cinere capita ſua. *in ſignum triſtitiæ. Aliqui libri habent hic additum: Virgines Ieruſalem. ſed non eſt in Hebræo, & ideo hæc litera refertur ad ſenes.*

n Accinctæ ſunt cilicijs. *in ſignum pœnitentiæ.*

o Abiecerunt in terra capita ſua virgines Iuda. *præ nimia anguſtia.*

¶ a Defece-

## MORALITER.

✱ b *Luxitq; antemurale.* ideſt religioſi.

c *Et murus pariter diſſipatus eſt.* i. prælati, qui ſunt in altiori ſtatu, quam religioſi.

d *Defixę ſunt in ter. por. eius.* i. ſacerdotes curati baptiſmum adminiſtrantes, qui eſt ianua ſacramentorum, defixi ſunt in amore terrenorum.

f *Vectes eius.* i. archidiaconi, qui per viſitationem debitam tenere debent ſacerdotes curatos honeſtate clauſos.

g *Regem eius & prin. eius.* q. d. oẽs defixi ſunt in amore terrenorũ.

h *Nõ eſt lex.* ſ. diuina in ore doctorũ, ſed magis inutilia & curioſa.

i *Et prophetę.* ideſt prædicatores.

k *Non inue. viſionem à domi.* quia magis curant dicere placentia, quam ſalutaria.

l *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes.* ſ. moribus & ſcientia tanquam abiecti, & pueri ætate, moribus & ſcientia promouẽtur in eccleſia, & ſic habent autoritatem loquendi.

o *Abiecerunt in terra capita ſua virgi. Iuda.* Per quas ſignantur boni contemplatiui, qui virgines dicuntur propter integritatem fidei. Per virgines verò Iuda, ſignantur boni actiui, qui dolent de malis quæ fiunt in eccleſia Dei. ideo ſubditur:

✱ Defece-



a *Defece.* Paſch. Hiſt. Quaſi: Quo pectore pati potero, non
A parcitur ſexui nec ætati: ideo lachrymando deficiunt oculi
*Hiſtoricè.* mei, iucunditas vertitur in anxietatem cordis, occiditur natio antiqua patriarcharum, filia legibus erudita: ſed tunc Dei ſui oblita, & pp ſcelera hoſtibus tradita. Laudabilis eſt

a ¶Confeſſionis.
a Iudã. Caph. Defecerunt præ lachry- a
a ¶Prouiſores. ¶Rationis.
mis oculi mei, † conturbata ſunt vi b
a ¶Conceptiones cogitationum, vel multitudo infirmorum, quæ in ventre eccleſiæ fouetur. b ¶Luxus concupiſcentiarum. ¶Diuites curis & voluptatibus feruientibus.
ſcerã mea, effuſum eſt in terra iecur
a ¶Eccleſiæ ſanctorum filiæ, vel animæ. b ¶Vnde: Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.
meum † ſuper contritione filiæ po
a ¶Senſus extenuatus. b ¶Fides. ¶Mens. ¶Terrena doctrina. ¶Paruulus & lactens quibus ætas & innocentia miſericordiam impetrat.
puli mei, cũ deficeret paruulus & la c
a ¶Quaſi: Ipſa natura debuerat cogere. ¶Huius ſeculi voluptatibus.
ctens in plateis oppidi. Lamed. Mã d
a ¶Spiritualis doctrina. ¶Niſi granum frumenti cadens inter. &c.
tribus ſuis dixerũt: Vbi eſt triticum e
a ¶Quod lætificat cor hominis. ¶Gratia inebrians. ¶Famæ. ¶A diabolo.
& vinum? cum deficerent quaſi vul f
a ¶Ampla eſt via quæ ducit ad mortem. b ¶De qua: Ego dominus ciuitatem non ingredior. c ¶Fame.
nerati in plateis ciuitatis, cum exha g
a ¶Peſſimæ oblectationis vel gehennæ quæ nutrit ad mortem.
larẽt animas ſuas in ſinu matrũ ſua
a ¶O plebs Iudæa, vel eccleſia, vel anima. b ¶Ideſt afflictio tua nulli poteſt comparari afflicto: & ideo pro exaggeratione repetit, cui comparabo te, & aſſimilabo te, & exæquabo: quæ omnia idem ſignificant.
b rum. Mem. † Cui comparabo te, vel h

hic defectus, non ex infirmitate carnis. vnde Dauid dicit: Defecerũt oculi mei. i. e. t. &c. Oculi ſanctorum cum interius & ardentius inuiſibilia concupiſcunt, ab intuitu viſibilium deficiunt. Defecerunt. Moraliter. Oculi animæ deficiunt præ lachrymis, qñ amore languida videt interius cõturbari viſcera ſua, nec mentis intentionem ad ea dirigere ſufficit q̃ oculus intendit, cuius viſcera ſunt cõceptiones cogitationum: his turbatis non poteſt liberè contueri quæ cupit pręe doloris amaritudine. Effuſum eſt in terra iecur, voluptatum. ſ. & concupiſcentiarum luxus, quarum colluuione diuinus ignis extinguitur. Ignis humani corporis (vt aiunt) in iecore præcipuè habitat, inde ad cerebrum ſubuolat, deinde ad oculos cęterosq; ſenſus, & ſic per mẽbra diffunditur. Cum ergo mentis concupiſcentia prona eſt in malum, & ignis de iecore in terram effuſo ad oculos tollitur rectæ intentionis defectio ſequitur. vnde ait: Defecerunt oculi mei præ lachrymis. Ex dolore. n. quo lachrymæ naſcuntur, defectus diuinæ contemplationis generatur. Notandum autem, ꝙ talis effuſio iecoris de contritione animæ euenit, q̃ ſanctorum filia eſſe debuit, ſed hoſtibus conculcata ſuccubuit. vnde: Exterior ſenſus vigore gratiæ paruulus, & mens introrſus lactens amiſſis virtutibus, per plateas huius ſeculi dilabitur: nec eſt quò ſe vertat, niſi ad lachrymas, ex quibus
B quamuis oculi grauentur, tamen flendo confortatur. Defecerunt præ lachrymis oculi mei. Allegor. Eccleſia cum Ieremia ad lachrymas quaſi ad doloris remedia recurrit, & ſe pro membris ſuis in lachymas profundit, dicens: Defecerũt oculi mei præ lachrymis. Viſcera mea conturbata ſunt. de quibus dr̃: Venter meus conturbatus eſt. Hæc ſunt. n. viſcera quod venter: per hoc (vt dictum eſt) multitudo fidelium accipitur, quæ diuinis alimentis quotidie infra vterum eccleſiæ repletur: ſed preſſurarum tentatione aut morum prauitate quaſi mare turbatur, pro quibus maiores quaſi parturientes ſoliciti ſunt. vnde dicit eccleſia: Conturbata ſunt viſcera mea. Per iecur locupletes intelliguntur, qui in eccleſia curis & voluptatibus deſeruiunt. Aiunt. n. phyſici, ꝙ in iecore voluptas & concupiſcentia habeantur. Cum hi per varia deſideria ſe effundunt & laxant frena concupiſcentiarum, iecur eccleſiæ in terra effunditur. Et notandum, quia epar ſine felle non habetur, nec diuitiæ terrenæ ſine amaritudine poſſidentur. Fertur autem, ꝙ epar ſuccum ciborum calore ſuo contrahat ad ſe, & in ſanguinem vertat, & ſingulis membris partes diuidat, ſic qui habent, ſint quaſi nõ habentes, & in ſanguinem redemptionis ſuæ diuitias vertant, & ſingulis eccleſiæ membris quaſi ex abundantia ſanguinis paſtum & alimentum præbeant. Super contritionem filiæ populi mei. Eccleſia rectè vocatur ſanctorum filia, quę tunc conteritur & afficitur tentationibus, quando iecur. i. potentes & diuites in terrena deſideria effunduntur. Tunc paruulus & lactens deficiunt in plateis oppidi, cum tales omni felicitate abundare videntur, qui niſi paruuli & lactentes in doctrina Chriſti eſſent & fide, pro talibus in plateis non deficerent. vnde Dauid: Mei autem penè mo. ſ. p. pe. e. ſ. g. m. Mouentur autem pedes, cum fide paruuli, doctrina imperfecti terrenam felicitatem zelantes, & anguſtam viam quæ C ducit ad vitam relinquentes, exeunt in plateas, vt effundãt deſideria ſua. Matribus ſuis dixerunt. Decimus conqueſtionis locus, in quo infirmitas & inopia deploratur. Matribus ſuis dixerunt. Paſchaſius. Hiſtor. Hæc & peiora his accidiſſe *Hiſtoricè.* Iudæis declarant hiſtoriæ. Matribus ſuis dixerunt. Moraliter. Idem penè *Moraliter.* ſenſus moralitatis & tropicæ & allegoriæ eſt. Anima recto itinere derelicto, cum cęperit ſe per exteriora dilatare, & quaſi per plateas voluptatis ambulare, arripit latam & ſpatioſam viam, quæ ducit ad mortem. Ita paruuli cogitatus noſtri & lactens ſcientia mẽtis, ſi ad exteriora carnis & plateas delectationis exierint, nõ habẽt quod expoſcant à matribus. i. illecebris malè blandiẽtibus, cum quibus non eſt panis, qui confirmat cor hominis. i. doctrina ſpiritualis, nec vinũ quod lætificat. i. gratia quæ mentes inebriat: ideo exhalant animas in ſinu matris. Dum caro quam matrem ſibi crediderunt in terram redit, ipſi exhalant in ſinu gehennæ q̃ ad mortem genuit: vnde, qui mentis eſt duræ, corruet in malum. Et: Beatus ho- *Prou. 28. e* mo qui ſemper eſt pauidus. Quod qa *Ibidem.* Ieruſalẽ audire noluit, ad ipſam propheta conuertẽs querelas dicit: Cui cõparabo te. Matribus ſuis dixerunt. Alleg. Quia paruulus & lactẽs cuiuſ- *Allegoricè.* cunq;. ſ. ſexus per plateas huius ſeculi luxurioſè vagantur, ſicut prodigus filius, bonis ſuis expoliantur, & fame periclitanẽ. vnde inquiunt matribus ſuis, vbi eſt triticum & vinum? Sed ſunt miſeræ matres, q̃ ad tãtam inopiã filios ſuos longe à patribus abduxerunt. Notandum aũt quantæ ſint indolis, quãtæ nobilitatis, qui licet inopes non quærũt ſiliquas aut hordeum & talia quæ famelici gratiſſime glutiunt, ſed triticum & vinũ: & norũt quamuis vitio ſuo degeneres, quales eos pater ge- D nuerit, & qualiter nutrierit. vnde: Prodigus filius qui nec *Luc. 15. c* ſiliquas habebat: quanti (inquit) mercennarij in do. pa. mei abun. p. &c. Vnde alibi: Frumẽto & vino ſtabiliui eum. His *Gen. 26. f* duobus liberi paſcuntur, pane confirmatur cor hominis, vino lætificatur. Hic eſt panis qui de tritico conficitur, qđ in terram cecidit & mortuum fuit: & de cęlo deſcendit. Hoc vinũ de vinea Soreth. i. de vite q̃ eſt Chriſtus ſumitur. Hoc paruulus & lactens requirunt, ſed in plateis nõ inuenitur, nec à vulneratis digne accipitur: ideo in ſinu matrum ſuarum animas exhalant, quæ illos male nutrierant: & in ſinũ *Ioh. 12. e* peſſimæ oblectationis allexerunt. Sapientior eſt euangeli- *Ioh. 9. c* cus prodigus qui dicit: Surgam, & ibo ad patrem meũ &c. quam iſti qui à voluptatibus carnis quaſi a matribus requirunt ea quæ paterna ſunt. Iſti ſi cum patre eſſent, vel ad patrem redirent, non fame exhalarent: ſed carnis voluptate decepti erant, non quia quærunt hæc: ſed quia quærunt a carne. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: *Ioh. 1. a* hi autem ſunt filij patris, qui non ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

b *Cui com. &c.* Octauus locus indignationis, quia inſolitum malum & ſine comparatione. Cui compara. te. Paſchaſius. Hiſto. Nulli dubium eſt, ꝙ quantò Iudæa gens cæteris præ- *Hiſtoricè.* cellebat glorioſior, tantò peccatis exigentibus nulla eſt modò inferior. Moraliter. Alleg. miſta hiſt. Sicut Iudæa cæteris *Moraliter.* regnis glorioſior, ita eccleſia omnium noſtrum mater & filia cęleſtis patriæ ſummi regis ſponſa præ omnibus eſt glorioſa: ſic & fidelis eſt anima, cuius eſt in cęlo hæreditas. Harum iuſtificatio in ſolo Deo eſt, & ex omnibus vna eccleſia, & vnum Chriſti corpus cum capite ſuo fide, & charitate

coniun-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Defecerunt præ lachrymis oculi mi. *Verba ſunt Ieremiæ compatientis miſeriæ populi ſui.*

b Con. ſunt vi. mea. &c. *q. d. intantum doleo, quòd videtur mihi, quòd omnia membra mea vitalia debeant cadere in terram.*

c Cum de. par. & la. in pla. op. *ex defectu nutrimenti. Lacto tas, idem eſt quod lac exhibere. Lacteo lactes, idem eſt quod lac ſugere, & inde dicitur lactens, ideſt lac ſugiens. ideo ſubditur:*

d Matribus ſuis dixerunt. *Et patet litera.*

b Cui comparabo te &c. *ſubditur: & conſolabor te. Solatium enim*

¶ miſeri

## MORALITER.

✱ a *Defecerunt præ lachrymis oculi mei.* Sequitur:

c *Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.* ideſt eccleſiæ, propter defectum nutrimenti ſacræ doctrinæ.

d *Matribus ſuis dixerunt.* ideſt paſtoribus qui debent ſubditos ſpiritualiter nutrire.

e *Vbi eſt tri.* debitæ eruditionis, & vinum debitæ correctionis.

f *Cum deficerent quaſi vulnerati.* ſagitta diaboli.

g *Cum exha. ani. in ſi. ma.* i. paſtorum propter pietatis defectum.

h *Cui com. te.* Hic ponitur lamentatio caſus eccleſiæ, quantum ad

✱ eius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Cæleſtis. a ¶Nulli ſub audis.
a cui aſſimilabo te filia Ieruſalē? Cui
a ¶Ideſt cuius caſus comparatione conſolabor te.
adæquabo te & conſolabor te, vir-
a ¶Plebs Iudæa quæ non debuiſti corrumpi idololatria, quia Deo deſponſata, vel eccleſia, vel anima.
b gō filia Sion? Magna eſt enim ve- a
a ¶Sine quiete. b ¶Aut nullus ſcilicet aut ratus.
lut mare contritio tua, quis mede- b
a ¶Falſi.
c bitur tui? Nun. †Prophetæ tui vi- c
a ¶Quaſi per viſionem annuntiantes. b ¶Bona ſcilicet non vera. c ¶Populus meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt.
derunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperie d e
a ¶Tibi. b ¶Quam videbant.
bant iniquitatem tuam, vt te ad pę
a ¶Pœnas futuras prædicendo.
b ¶Vana ſpe lactantes vel luctantes.
d nitentiam prouocarent. Viderunt f
a ¶Ideſt magna & criminalia peccata eijcienda quaſi contemnenda, dicentes quæ omnia pro ſuo lucro faciunt.
autem tibi †aſſumptiones falſas, & g
a ¶Patres condolentes.
e †eiectiones. Samech. Plauſerunt h

Ꝺ coniunguntur. Et ſicut ex omnibus eſt vna ciuitas glorioſa,
E de qua dicitur: Glorioſa dicta ſunt de te ci. Dei, ita vna eſt
Pſal. 86.b illa quæ in Babylonia à Chriſto fornicans degenerat. Vnde pro tædio legentium, ſuper harum triū cōſimiles ruinas cōtra conceptū explanationis ordinē, vnus adhibetur luctus, vt de omnibus & de ſingulis dicatur.

a *Cui adæqua. &c.* Sicut.n. illa glorioſior eſt omnibus, quę ad supernę brauium vocationis peruenit, ita nulli comparanda eſt ignominia eius, quę
†recidit †recedit. Nam & trina repetitio verborum ſub vna ſignificatione harū trium, vnam amentiæ cæcitatem videtur colligere, quæ de tanto dignitatis culmine, imò deitatis altitudine ad tantam miſeriæ profunditatem, imò infra beluinam ignobilitatem ſe proiecerunt. vnde:
Pſal. 81.a Ego dixi, dij eſtis, & fi. ex. omnes: vos autem ſicut homo. Nunc autē quia de tanta gloria prolapſa eſt gens illa vel Ieruſalē, myſtica lugens propheta vel chorus electorum Dei, ait: Cui adæquabo te. Q. Non inuenitur tibi digna comparatio, vel aſſimilatio vel exæquatio, vbi nec ſpecies nec forma inuenitur.
†prophetias Tota es informis, tota es horribilis,
† quæ ſ. te expellebāt à me & à via mea totam te poſſidet contritio: ad non eſſe tēdis. Neſcio an poſſis reuocari. Q. Cui comparabo animam leproſam, vel eccleſiam à ſponſo relictam, vel gentem illam de ſolio gloriæ deiectam: non eſt cuius caſu vel ruina quælibet earum conſolari queat.

b *Magna eſt enim ve. ma. con. tua.* Contritio enim gentis illius, vel eccleſiæ corruptæ, vel cadentis animæ, ſi ſemel hoſtibus ſubiecta fuerit, quaſi mare nunquam quieſcit, ſed quaſi vndatum fluctibus ſeſe indeſinenter collidit. Traditæ enim in manibus inimicorum perſecutionibus, & tentationibus conteruntur. vnde ſequitur: Quis medebitur tui? acſi dicat: nullus medebitur, niſi ad eum redeas, à quo receſſeras.
Pſal. 13.a Quis? aut nullus ſcilicet, aut rarus. vnde: Non eſt enim, qui
Allegoricè. faciat tibi bonum, non eſt vſq; ad vnum.
F

c *Prophetæ tui.* Paſch. Allegoria miſta eſt hiſtoriæ. Habuit Ieruſalē pſeudo prophetas. Habet eccleſia hæreticos & ſchiſmaticos, doctores prauos, qui liniunt abſq; tēperamēto charitatis, & doloſis argumētationibus vel falſis opinionibus ſubuertunt corda ſimplicium à veritate rectæ fidei & ſtatu
2. Pet. 2.a boni operis. vnde Petrus ait: Fuerunt pſeudo prophetæ in populo, ſicut & in nobis ſunt magiſtri mendaces, &c. Nec dubium quin culpa magiſtrorum, & ſacerdotum ruina ſit populis. Docent enim falſa & ſtulta, quaſi viderint viſionē,
3. Reg. 3.d & populi palpant iniquitatem. Multi etiam quæ docēt verbis, malis deſtruunt exemplis, vt meretrix quæ vigilans puerum lactauit, dormiens extinxit. Hi faciunt omnia cauſa lucri, aut erroris aut iactantiæ & ſecordiæ. de quibus dicitur: Viderunt autem tibi &c. Vbi.n. in Iſaia Hier. Onus Babylonis tranſtulit, vel Tyri vel Damaſci. Lxx. dixerunt: Viſio vel verbum Symmachus & Theodotio, aſſumptio interpretati ſunt. Quādo.n. falſi prophetæ onus populi.i. afflictionem vident & imminentia delictorum ſupplicia falſis conſolationibus leuigāt, & deijcere a dorſo peccatorum onera imminentia

G minētia certāt. Sed vtraq; ſunt falſa, aſſumptio.ſ. & deiectio qa ſæpe ex leuioribus culpis grauiora onera vel aſſumptiones populo prænuntiant, ex grauioribus leuiora quaſi diuina autoritate peccantibus annuntiant. Sed vę illis qui dicūt
Iſa. 5.a bonum malum, & malum bonum. Vel ſecundum Aquilā, qui dicunt malo bonus es: & bono, quia malus es. His ergo duabus literis prauos doctores, & auditores propheta plangit: ſicut earum interpretatio oſtendit Mem, Nun, i. ex iſtis, ſempiternum, ſubaudis ſupplicium, qui. ſ. vel malè docent ſubditos, vel malè audiunt magiſtros. Prophetæ tui &c. Moraliter. Habet anima etiā falſos prophetas exterius ſenſus. ſ. carnis, qui præſentia nuntiant, futura non curant. Habet interius prauos cogitatus, quos prudentia carnis gignit, quæ falſa & ſtulta oſtendūt nobis. Hi enim iudicant eſſe damna, ſi quid in pſenti de voluptatibus mens prætermittat, iniquitatem eſſe non putant vbi aliquid acquiritur, aut alio inimicis redditur, carni iudicāt indulgendum: longiora tempora promittunt nobis, iudicia Dei futura vel omnino negant vel extenuant, vel alio modo futura prophetant. Hoc leuigant, illud grauant: ſua leuiora putant, aliena crimina ingrauant. vnde: Prudentia carnis mors eſt. Hi cogitatus vident aſſumptiones falſas aut deiectiones, & ſemper vel exaggerant, vel aſſumunt vel deijciunt vel minuunt, ex iſtis ſempiternum ſibi ſupplicium acquirunt.

d *Vide. au. &c.* Si quis non dederit in ore eorū quippiā, ſanctificās ſup eū ꝑlium quaſi magnā pęnā pro paruis peccatis imponētes & aſſumptiones, quaſi magnū pōdus iudicātes.

e *Plauſe.* Quartuſdecimus locus conqueſtionis vel indignationis, quia hoſtibus vel extraneis res miſeranda oſtenditur. Plauſerunt. Paſch. Alleg. Moral. Plauſerunt, alij ſuper te, alij ſuper ſynagogam, vel eccleſiam, vel animam hæc interpretantes, plaudentes manibus inimicos eſſe dixerunt, ex irriſione. ſ. & gaudio inſultantes. Sed nos econtrario dicimus
H ſanctos patres, & amicos zelo charitatis affectos. hi cum quamlibet proiectam cognoſcunt, plaudunt manibus non ridentis, ſed dolentis affectu: quia de tanto culmine ſynagoga vel eccleſia vel anima prolapſa, tam ſubitò ab tātam ruinam peruenit. hi verè tranſeuntes ſunt ſecundū illud: Tranſibo, & videbo viſionem hanc magnam. Hi per viam tranſeunt, non hoſtes eccleſiæ qui viā pacis neſcierunt: ſed aberrantes & tumultuantes ad ima corruunt. Sibilauerunt & mouerunt capita ſua, &c. Sibilatio ſubitum & improuiſum dolentis & admirantis affectum indicat. Solet nanq; motus capitis vel manuum ſicut ſibilus, ſignificare diuerſos affectus. vnde ſequitur: Hæccine eſt vrbs, &c. Non hoſtes animæ, vel eccleſiæ putant eā eſſe perfecti decoris aut gaudium vniuerſæ terræ: ſed ſoli ſancti & amici, qui quantò glorioſiorem & pulchriorem videbant, tantò admirantur & lugent, cum in manibus hoſtium deiectā videant. Sed quia gemitum ſanctorum ſuper eam propheta etiam ipſe gemens exhibuit, inimicorū gaudiū & †inſultationē ſubijcit, dicens:

Ꝺ a Aperue-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *miſeri eſt habere ſocium in pęna: ſed non inueniebant in propoſito. ideo dicit propheta: Cui adęquabo te &c. Quaſi diceret, non inuenio aliquam ciuitatem ita afflictam, quam tibi poſſim in exemplum proponere pro aliquali tua conſolatione. ideo ſubditur,*

a Magna eſt enim velut mare con. tua. *ideſt ſic excedit contritiones aliarum ciuitatum, ſicut mare aquas fluminum. ideo ſequitur,*

b Quis medebitur tui. *Quaſi diceret, nullus poſſet niſi Deus.*

c Prophetæ tui viderunt &c. *Hic ſpecialiter inuehitur contra falſos prophetas, qui regem, & populum induxerunt ad rebellandum regi Babylonis. ideo dicit: Prophetæ tui viderunt &c. ex ſua confictione.*

d Et ſtulta. *Quia per hoc ſecuta eſt deſtructio tua.*

e Nec aperiebant iniquitatem tuam. *Te veraciter arguendo, ſed magis palliabant peccata tua.*

f Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas. *Inducendo te per falſas perſuaſiones ad ſumendum bellum contra Chaldæos.*

g Et eiectiones. *ſcilicet de terra tua per captiuitatem tuam, quæ eſt ad hoc ſecuta.*

h Plauſerunt ſuper te manibus. *deridendo fatuitatem tuam & calamitatem tuam.*

¶ a Hæccine

## MORALITER.

✻ eius gratuitatem, cum dicitur: Cui adæquabo te &c. Quaſi diceret, non inuenitur ſimilis in grauitate: quia quantò ſtatus eſt altior, tantò caſus grauior. ideo ſubditur,

b *Quis medebitur tui &c.* Quaſi diceret, ſolus Deus hoc poteſt: & ſubditur vna cauſa dicti caſus, cum dicitur,

c *Prophetæ tui vi. tibi falſa & ſtulta &c.* Iſti ſunt adulatores peſſimi, qui aſſerunt exceſſum in familijs, equitaturis, pompis, & expenſis, & amicis carnalibus vltra gradum & meritum ſuum promouēdis, decere ſtatum prælatorum, & hoc credere ad eccleſiæ reuerentiam & honorem. Sed hoc dictum eſt valde diſſonum a dictis & geſtis ſanctorum præcedentium, qui de bonis eccleſiæ magnas eleemoſynas pauperibus erogabant: & ipſi quantum poterant bono modo ſtrictè viuebant. ideo ſubditur de talibus adulatoribus.

e *Nec ape. ini. tuam.* Sed magis occultabant & palliabant. ideo ſub.

f *Viderunt autem tibi aſ. fal.* In exceſſibus prædictis.

g *Eiectiones.* A ſtatu virtutis: & timendum ne ſequatur deiectio a ſtatu poteſtatis & dignitatis, ſicut iam contigit in terra ſancta & Armenia, quæ ſubiectæ ſunt Sarracenis. ideo ſubditur,

h *Plauſerunt ſu. te. ma. &c.* ſ. infideles de fidelium ſubiectione. Sed quoniam hoc factum eſt propter peccata noſtra, ideo ſequitur:

✻ a Fecit



a ¶Per rectitudinem fidei incedentes, non exorbitantes a iuſtitia, ſed per viam quæ Chriſtus eſt tranſeuntes, qui dicit: Ego ſum via, veritas, & vita.
ſuper te manibus omnes tranſeun-
a ¶Ideſt, condoluerunt. b ¶Compatientis affectu.
tes per viam: ſibilauerunt, & moue
a ¶Mentes. b ¶Iudaicam plebem, vel eccleſiam vel animam.
runt capita ſua ſuper filiam Ieruſa-
a ¶Quæ iam ſubito de tanta gloria corruit.
b ¶Glorioſa dicta ſunt de te ciui. Dei.
lem: hæccine eſt vrbs (dicentes) per- a
a ¶Pulchra es & decora filia Ieruſalem.
b ¶Mundi vel corporis.
fecti decoris, gaudiū vniuerſæ ter-
a ¶Accuſantes. vnde. Deus laudem meam ne ta. q. o. p. &c.
b ¶Ad deuorandum.
a ræ? Phe. Aperuerunt ſuper te os b
a ¶Chaldæi, Romani, dæmones, quilibet perſecutores.
b ¶Quaſi ſerpentes.
ſuū omnes inimici tui: ſibilauerūt
a ¶Quaſi leo deuorare cupiens.
& fremuerunt dentibus ſuis, & di-
a ¶Vel Ieruſalem terrenam, vel delinquentem eccleſiam. vel animam in ſanguine peccatorum conculcatam. b ¶Quia ablato Dei auxilio Ieruſalem deuorare poſſumus.
xerunt: Deuorabimus. En, iſta eſt c d
dies quam expectabamus, inueni-
a ¶Euge euge viderunt oculi noſtri. b ¶Tandem.
b mus, vidimus. Ain: †Fecit dominus e
a ¶Diu expectauit tribuens ſpatium pœnitendi.
¶Opere.
quæ cogitauit, & compleuit ſermo f
a ¶Non hominis. b ¶Aeterna præſcientia: vel longe ante per prophetas.
nem ſuum quē præceperat à diebus
a ¶Niſi dominus ædificauerit domum &c. ¶Ne ſemper habeat facultatem peccandi.
b ¶Quia tu tibi parcere noluiſti.
antiquis. Deſtruxit, & nō pepercit.
a ¶Exaltauit. b ¶Exteriorem vel inferiorem.
& lętificauit ſup te inimicum, & ex g
a ¶Exaltari permiſit. b ¶Poteſtatem. c ¶Chaldæorum, vel Romanorum, vel dæmonum, vel vitiorum.
altauit cornu hoſtium tuorum. Sa
a ¶Intentione. b ¶Hoſtium. c ¶Ideſt contra.
c de. Clamauit cor eorum ad domi- h i
a ¶Blaſphemandum. b ¶Diuinam potentiam.
c ¶Eccleſiæ vel animæ.
d num, †ſuper muros filiæ Sion. De- k
a ¶Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. b ¶Diuina inſpiratione non humana voluntate inſulas
duc quaſi torrentem lachrymas

Ꝺ a *Aperuę ſuper te.* Paſch. Hic quoq; hiſtoricè alleg. moral. ſi-
A mul exponemus, quia parum differre auertimus & tædioſo lectori parcimus. Propheta afficitur, vel, quia amici gemunt pro his tribus ex quibus vna ciuitas colligitur, vel quia inimici inſultant ſi qua proſternitur. vnde: Aperuerūt (inquit) ſuper te os ſuum. Inimici os aperiūt, cum qđ accuſent, inueniunt. Aliter tenent os clauſum contra Ieruſalem deiectam, vel delinquentem eccleſiā, vel animam in ſanguine peccatorū conculcatam, cum quotidie venātur
Pſal. 108.a quid accuſando obijciāt. vnde: Deus laudem meam. n. t. &c. Felix autē cui ſi obijciuntur culpę, laudes è regione aſſiſtunt quæ culpas repellunt. Sibilauerunt vt ſerpentes, fremuerunt dentibus ſuis, vt leones ad deuorandum rugientes: Sicut.n. boni charitate cōpuncti ſtupore permoti dolentes ſibilant & caput agitant, ita irridētes cum quemlibet corruiſſe viderint ſibilant & fremunt. vnde ſequitur: Iſta eſt dies quam expectabamus &c. Iſtā diem ſemper expectant hoſtes, qua liceat eis, vel cuiuſque animam, vel totam eccleſiam deuorare: ſed hoc non poteſt fieri niſi exigentibus peccatis, & iuſto Dei iudicio permiſſum fuerit, ſicut terrenæ Ieruſalem accidit. vnde addit.

b *Fecit do. quæ co.* Septimus indignationis locus, quia nefarium factū & ab omni iure remotum. Fecit dominus quæ co. Paſchaſius. Hiſt. Sæpius ſynagoga malis ſuis dñm irritans, iuſtam promeruit pęnam: ſed diuina bonitas diu ſuſtinuit ad pęnitentiā: ſed quia ſceleribus ſuis vicit Dei patientiam: tandem ſecundum merita dignam ſuſtinuit pęnam. Vnde Moy-
B ſi pro populo rogitanti reſponſum eſt: Dimittam iuxta verbum tuum: veruntamen in die vltionis viſitabo & hoc peccatum: non ꝙ dominus in die vltionis debuerit punire idē peccatum, quia non iudicat bis in idipſum: ſed quia peccatum idololatriæ patrū non dereliquerunt, nec pęnituerunt. vnde ait: Fecit dominus quę cogitauit &c. Plagas. ſ. impleuit, quas in lege prædixerat & prophetis. Fecit dominus quæ cogitauit &c. Moral. Anima quoq; in poteſtate hoſtium traditur, quia in die bonorum fuit immemor malorū. Idcirco venit dies quam expectabant hoſtes, quando fecit dominus, & compleuit ſermonem ſuum in ſcripturis prædictum, vt dominus in typo Ieruſalem perituræ, videns animam malis huiuſmodi circundatam fleuit, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu &c. Habet ergo anima peruerſa hic diē ſuam, quæ trāſitorijs bonis fruitur, cui etiam ea adſunt quæ ad pacem ſunt, dum rebus gaudet temporalibus, dum extollitur honoribus, dū carnis voluptate reſoluitur, nec venturæ formidine pęnæ terretur. Pacem habet in die ſua, ſed æterna damnatio reſtat in die aliena, in qua pro iniquitatibus ſuis cruciabitur æternis pęnis. Tunc quæ ad pacem modò ſunt,

C dò ſunt, in amaritudinem erunt, tunc ſecum rixari incipiet, dicens: Cur damnationem non præuidi? Cur mentis oculos clauſi? Cur has pęnas non expaui? vnde: Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: Facit ergo ſubitò quæ diu Luc. 19.g
expectans deliberauit, & complet dominus ſermones ſuos quos præcepit: dū iubet venire quæ prædicit, Deſtruxit & non pepercit, ne ſemper facultatem habeat peccādi, & quæ ſibi parcere neglexit, hoſtibus diripiendam tradidit: quorum cornu exaltatur, dum poteſtas dominandi tribuitur, & quæ ſe iugo inimicorum eruere noluit, ſubiugatur. vnde addit: Clamauit cor eorum. Fecit dominus quæ cogitauit, & cōpleuit ſermonem ſuum &c. Alleg. Sicut inimici corporei contra Ieruſalem hæc fecerunt, ſic ſpirituales nequitiæ & miniſtri antiqui hoſtis contra eccleſiam faciunt, quando (Deo iuſtè iniquos vlciſcente) ſibi traditam, pœnis & doloribus affligunt. Hoc tamē de his dicitur qui eccleſia eſſe videbantur, non de iſta, de qua Petro dicitur: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Sed de quibus dicitur: A nobis exierunt, ſed ex nobis non erant. Cornu hoſtiū exaltatur, cum eccleſia infirmat, regnū. ſ. & potētia diaboli. Allegoricè. Matt. 16.a Ioh. 2.a

c *Clamauit cor eo.* Paſchaſius. Hiſtor. Alleg. Moral. Clamauit magis intentione quam voce. Viſibiles inimici aut inuiſibiles ſuper muros filię Sion clamant, animæ. ſ. vel eccleſiæ, vel ciuitatis terrenæ, cum poteſtatem qua eis dominantur, non diuino iudicio, ſed ſuæ potentiæ aſcribunt. Clamāt autem contra dominum, cuius potētia quaſi murus protegit & defendit. Cum vero auxilium ſuum ſubtrahit hoſtes ſuper muros eorum quos opprimunt, dicuntur clamare cōtra dominum, cum. ſ. ſibi attrahunt quicqd contra eos poſſunt, quos Dei prius muniebat auxilium, quaſi liberare non poſſit. Talis.n. oppreſſio venit de æquitate iudicij, non de impotentia protegentis: hoc quoq; propheta inter cætera deplorat. Et notandum, ꝙ hæc ad ſuperiorē ſenſum reſpiciunt, quoties.n. metrici vno verſu vel duobus ſenſum explere non poſſunt, in principio vel in medio alterius diſtinctionem faciūt. Vnde mox ad ipſam Ieruſalem conuertitur ſermo. Moraliter † Leu. 26.b D

d *Deduc quaſi tor. la.* Torrens non ſemper vno eodemq; impetu effluit, ſed ſicut inundatio de celo confluit, ſic lachrymæ ſecūdum quod diuina inſpiratione & compunctione cordis generantur. Nemo quidem poteſt vt torrentem lachrymas deducere, ſed his verbis innuitur, ꝙ mēs & oculi ſemper parati debent eſſe & lachrymas iuxta gratiam diuinæ inſpirationis effundere, & in proſperis & in aduerſis nunquam quieſcere, vt nemo ſibi parcat dum viuit: & nemo torpeat quaſi ſecuritate accepta: donec ad illam requiem perueniat, in qua abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſuis. unde: Euntes ibāt & flebāt, &c.

Ꝺ Hæ

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Hæccine eſt vrbs (dicentes) per. *ita enim pulchrè, & magnificè ædificauit eam Salomon, quòd delectabile erat omnibus habitare in ea.*

b Aperuerunt ſuper te. *ſcilicet Chaldæi, & alij eis adiuncti conferendo ad inuicem de tua deſtructione totali. ideo ſubditur:*

c Deuo. *Et quia hoc faciebant ex magna voluntate, ideo ſubditur,*

d En iſta eſt dies quam expectabamus, inue. *ſ. cum magno deſiderio.*

e Fecit dominus quæ cogi. *ideſt ab æterno diſpoſuit.*

f Compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis. *ſ. in Deut. 27. & 28. vbi comminatur pęnam terribilem Iudæis declinantibus ad idololatriam.*

g Et lætificauit ſuper te ini. *ex ſua victoria & deiectione tua.*

h Clamauit. *Hic Ieremias inducit populum ad quærendam Dei miſericordiam: & quia ad hoc facit aduerſariorum ſuperbia, ideo dicit: Clamauit cor eorum, ideſt Chaldæorum.*

i Ad dominum. *ideſt contra dominum eum blaſphemando tanquam impotentem ad populi ſui defenſionem. Poteſt etiam hoc aliter exponi de Iudæis: Clamauit cor eorum ad dominum ſuper muros &c. Quia multi eorum videntes, quòd non poterant vltra defendere muros, clamabant ad dominum quærendo eius auxilium.*

k Deduc quaſi torrentem la. *abundanter flendo.*

¶ a Non

## MORALITER.

✻ a *Fecit dominus quæ cogitauit & com. ſer. &c.* vt dedecus culpæ non remaneret ſine decore iuſtitiæ.

h *Clamauit cor eo. ad do. &c.* Hic ponitur deprecatio bonorum, qui ſunt de eccleſia numero & merito pro dicti caſus releuatione, cum dicitur: Clamauit cor eorum ad dominum &c. & non os tantum, & maximè, quia non apparet modo humano remedium de propinquo. Et ſubditur ad idem populi fidelis exhortatio, cum dicitur,

k *Deduc quaſi torrentem lachrymas.* ad Dei miſericordiam prouocandam. Et patet ſententia vſq; ibi:

✻ f Leua

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E Hæ ſunt veræ iuſtitiæ aīæ,q̄ per Sade ſignificantur: Neq; taceat pupilla oculi tui. Pupilla oculi tui & orat & impetrat cōpuncta diuina inſpiratione. Iſta tacere non debet, donec Deus his malis finē imponat, & omnē lachrymā abſtergat.
*Pſal. 126.a* *Apoc. 21.a*

a *Neq; ta.&c.* Eſt autem oculus interior, qui ad Deum ſtillat, vnde exterior conlachrymatur: & tunc, Fluminis impetus le.c.d.&c. alioquin ſterilis eſt lachryma, quia tacet pupilla. *Pſal. 45.a*

b *Conſurge.* In nocte conſurgit qui de tribulatione vel anguſtia preſentis vitæ ſpe eleuatus, torporem negligētię excutit, & indefeſſus contra omnia aduerſa ſe accingit, in omnibus Deū laudat. vnde addit: Conſurge & lauda in nocte &c. Quia calidus hoſtis dum flagella ingerit, vt Deus blaſphemetur intendit. vnde Iob ait: Sicut domino placuit, ita f.eſt. Sit nomen domini benedi. In principio vigiliarum laudare debemus, vt omnia quę agimus aut patimur, ad gloriam & ad laudem eius referamus, ne torpentes in principio operis opprimamur ſomno deceptionis. vnde: Omnia in gloriam Dei facite. Multæ quidem ſunt vigiliæ, in quibus laudandus eſt dominus, & maximè præcauendum eſt, ne ab initio intentionis opus cōdemnetur. Cum autē opus bene incipitur, reſtant adhuc vigiliæ, quibus vſq; in finem in gloria Dei conſummetur. Effunde ſicut. Ille ſicut aquā cor ſuum effundit in conſpectu domini, qui ex intimo affectu cordis lachrymas producit compunctionis, quia ſacrificium Deo ſpiritus contri. Si tamē tantus lachrymarum imber non affuerit, non eſt deſperādum. vnde: Anima mea ſicut ter. ſine aqua ti. Animam arenam ſicut terram ſine aqua pęnitens coram domino expādit, vt irriget imbribus ſuis, qui ſitienti populo aquas de petra produxit. Cor quoq; ſicut aqua effunditur, quando liquefactum amore Dei & proximi quaſi glacies calore reſoluitur. vnde ſequitur: Leua ad eū manus tuas. Pro paruulis ad Deum manus leuat, qui opera miſericordiæ pro humilibus membris Chriſti exaltat, qui fame & ſiti pereunt, quia terrenis adhæſerunt. Hæc eſt autem perfecta charitas, vt cor quaſi aqua fundatur ad Deū, & manus leuentur ad proximum. Sicut Moyſes manus leuaſſe legitur ne populus Dei vinceretur: ſic & nos vt paruuli eccleſiæ, vel teneræ cogitationes animæ conſeruentur. vnde: Liquefacta eſt anima mea vt, dilectus locutus eſt. Nō.n.cor vel anima reſoluitur à frigore infidelitatis, niſi calore diuinæ inſpirationis. Et ideo ſemper orādum, vt reſurgat aquilo, veniat auſter, & fluant aromata. Tunc.n.fluunt aromata orationū, cum mens diuino ſpiritu afflatur. Sed ne ſola Dei dilectio ſufficere videatur, leuandæ ſunt manus pro paruulis, qui pereunt fame verbi in capite omnium compitorum. Niſi.n.in vijs & in capite compitorum eſſent: non fame verbi vel ſiti laboraſſent, ſed reuocādi ſunt de triuijs, de plateis, & de capite oīm cōpitorum, vt veniāt ad dñi prādiū, ne fame pereāt in perpetuum. Leuandæ ſunt manus vt Amalec vincaẗ, ne paruuli conteranẗ. vnde Paulus: Ne alijs fortè p̄dicans, ipſe reprobus inueniar. Poſtq̄ miſerā Ieruſalē vel eccleſiā vel cuiuſlibet animā ad lachrymas prouocauit, ad ipſum Deū verba ſupplicationis cōuertit, ſi quō à vindicta poſſit reuocare, dicēs: Vide dñe. Notāda eſt aūt pij prophetæ diligētia, q̄ multiplici ardore charitatis rapitur ad diuerſa: nunc mala ſuæ gentis replicat, nūc luget peccata, nunc p̄dita bona cōmemorat, nunc offenſum Deū dolet: ñ tñ ceſſet fundere p̄ces. vñ addit:
*Marg.: † clama; Iob 1.d; † animabus; 1.Cor. 10.g; † defecerunt; † Occidentur; Phil. 50.d; Oſal. 142.b; Exo. 27.e; Cant. 5.c* — F — G

*Interlinear:* a In proſperis. b In aduerſis. c Modum lachrymandi determinat.

per diem & noctem: nō des requiē a

a Compunctio rationis.

tibi, neque taceat pupilla oculi tui. b

a A torpore negligentiæ. b Ideſt aduerſitate.

Coph. Conſurge, † lauda in nocte in c d

a Ne in principio operis ſomnus obrepat deceptionis. Præuenerunt oculi mei a.te.di. b Lachrymas compunctionis.

principio vigiliarum: effunde ſicut e

a In calore dilectionis Dei: Diliges dominum Deum tuū.

aquam cor tuum ante conſpectum

a Vox prophetæ: Ieruſalem Deum laudare præcipitur, vt paruuli eius a fame & obſidione liberentur. b Ideſt opera.

domini. Leua ad eum manus tuas f

a Magni enim non pereunt.

pro † anima paruulorum tuorum, g

a Verbi Dei. c Si ſic non eſſent, non periſſent.

qui fame † pereunt in capite om- h

b Oculis miſericordiæ.

niū compitorum. Res. Vide domi- i

a Diligenter. b Expoliaueris bonis ſuis.

ne, & conſidera quē † vindemiaue- k

Quaſi: Quomodo poteſt hoc fieri? Animæ peccatorum. Sicut Martha filia Eleazari.

ris ita. Ergo ne comedent mulieres l

fructum ſuum, paruulos † ad mēſu- m

a Operum. Pro quia.

ram palmæ. † Si occiditur in ſan- n

a Vt Zacharias.

ctuario domini ſacerdos & prophe

a Terrenis negotijs.

ta. Sin. Iacuerunt in terra foris o

a Debilis. b Puer centum annorum. c Quæ virginitate videbantur pollere. d Fortes.

puer & ſenex, virgines meę & iuue

c Vide do.& con.&c. Quartus locus cōqueſtionis. Res.n.turpes & indignas deplāgit. vnde ſequiẗ: Ergo ne comedent mulieres &c. Iacuerunt in terra foris puer & ſenex. Vide do.&c. Deū nihil latet, cuncta videt, rogat tñ vt videat, vt verbis & affectibus ad miſericordiam flectat. Nouit.n.clementem Deū in natura: & ideo rogat vt mala ſuę gentis inſpiciat. Quē vindemiaueris ita. Q. Nulli genti tāta beneficia cōtuliſti, nulli tā iuſtè tanta irrogata ſunt ſupplicia: quia pro vuis fecit labruſcas, & pro fructu ſpinas. Non eſt quē vindemiauerit dñs ira, niſi q eius imitaẗ exempla, à quibus abſtulit legis & omnium ceremoniarum ornamenta. Cum.n.eum qui cuncta p̄ſtiterat occiderunt, omnia bona cęleſtis & terrenæ vitæ pariter amiſerunt: q de tāto amore meruerunt offenſam, de tāta gloria ignominiā. Ad hæc vidēda Deum prouocat, vt ſic afflictis q̄uis immeritis parcat. Ergo ne comedent mu. Quaſi: Quō iſta faciēt? Hoc.n.in libro Regum mulieres feciſſe legimus: & Ioſephus idē teſtatur. Paruulos ad menſurā. in alijs codicibus expreſſius legitur ad menſurā palmæ, nec incredibile. Tanta.n.erat fames, vt nec famę parcerent, nec naturę. Si oc in ſan. ſa. quaſi iuſto Dei iudicio puniuntur, qui ſanctuarium dñi polluerunt ſanguine prophetarum. Hoc quoq; eccleſiæ Chriſti & animę fideli timēdum eſt. Si.n.diuinis mancipati officijs ſimilia cōmittimus, ſimiliter puniemur & noſtra religio prophanabiẗ. Mulieres quoq;.i.animæ peccatorum ad menſurā palmæ filios vteri ſui comedēt: quia quicq̄d vitiorum ex ſe gignunt, ad menſurā operum recipiunt, ſuiſq; ſaturanẗ fructibus, vnde magis nobis lugēdum eſt, q̄ explanandū, ne exaltati vſq; ad cęlos, demergamur vſq; ad abyſſos.

d *Iacue.in ter.* Hiſt. Populum bellatorē cum regibus & principibus interemptum gladio: reliquā ætatē captā eſſe demōſtrat. Iacuerūt. Alle. Omniū mala quaſi ſua plāgit propheta, q vndiq; charitate oculatus, & oīs in oībus in ſingulorū corporum ſingulis mēbris mala ſua perſcrutatur & lamētatur. Sic q̄libet infuſus dilectione Dei & proximi, ad oīa ſe debet fundere, mala oīm quaſi p̄pria deflere, vt videaẗ ſi q̄ mēbra eccleſiæ
*Marg.: 1.Cor. 9.d; Moraliter; † fecit; † quem cauit; H; 4.Reg.; Alle.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Non des re. *Ab operibus pęnitentiæ ceſſando.*

b Neq; taceat. *Fletum interrumpendo.*

c Conſurge. *ideſt ſimul ſurge, corpore.ſ. & mente ad diuinam laudem, vt poſſis inuenire miſericordiam.*

d In princi. vigiliarum. *ideſt celeriter & expeditè.*

e Effunde. *ideſt perfectè ſicut aqua effunditur perfectius cæteris liquoribus: & talis effuſio idem eſt quod intenſa deuotio.*

f Le. ad e. ma. tuas pro ani. *ideſt pro animabus.*

g Paruulorum. *Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt animæ illæ recipiantur in ſinu Abrahæ. Alio modo, vt mors illorum innocentū in oratione recordetur ante dominum, ad prouocandum Dei vindictam contra Chaldæos.*

i Vide domine & con. *Per condeſcenſionem tuæ pietatis.*

x Quem vindemiaueris ita. *ideſt ſpoliaueris omnibus bonis, intantum quòd fame moriuntur.*

l Ergo ne co. mu. *q.d. ſic factum eſt. Legitur enim. 4. Reg. 6. f. quòd in obſidione Samariæ mulieres comederunt filios ſuos præ famis magnitudine, & idem credibile eſt accidiſſe in obſidione Ieruſalem per Chaldæos. imò expreſſè dicitur infra 4.*

m Paruulos ad men. *Mulieres enim prægnantes præ anguſtijs & doloribus pariebant ante tempus fętus imperfectos: & ſic ſtatim moriebantur & à matribus comedebantur. & hæc miſeria prædicitur Iudæis, Deut. 28. ſi relinquerent Deum declinantes ad idololatriam quod fecerunt, vt patet in libris Iudicum & Regum.*

n Sic occiditur. *Accipitur hic ſi, pro quia. quia Chaldæi paſſim interficiebant ſacerdotes in templo domini, vbi tamen parcere debuiſſent pro ſanctitate loci.*

o Iacuerunt in terra foris puer & ſenex. *Inſepulti.*

c Percuſſiſti

## MORALITER.

✱ f *Leua ad eum ma.* In oratione deuota.

g *Pro anima per.* ſcilicet ſpirituali. quia non reficiuntur doctrina & exemplari vita ſuperiorum. ideo ſubditur:

h *In ca.i.* eccleſiarum quæ dicuntur compita, eò q̄ ibi conueniunt fideles ad audiēdum diuina, doctores autem & prælati capita ſunt huiuſmodi compitorum, & pro tali miſeria exclamat eccleſia.

i *Ergo ne co.* Quod fit moraliter, quādo ſuperiores malis exemplis corrumpunt populum ſibi ſubiectum, propter quod ſequitur,

n *Si oc. in ſan.* Et accipitur hic ſi, pro quia. Nam in ſanctuario ſacerdos occiditur, qñ ab eo indignè ſacramentum euchariſtiæ celebratur, & ſimiliter propheta, qñ p̄dicator præ q̄ſtu diuitū paliat mala.

o *Iacue. in ter. fo. pu. & ſene.* Nam communiter omnes iſti ſunt in cupiditate terreſtrium defixi. ideo ſubditur:

✱ a Ceci-



A eccleſiæ iaceant in terra foris.i. terrenis occupēẗur negotijs, de quibus dr̄: Nemo militans Deo im.ſe.ne ſe. Foris iacent qui exeunt à nobis, nec permanent in operibus fidei. Plures aūt corpore intus ſunt & apud nos viuunt, ſed apud Deum perditi ſunt. Puer quia iacet in terra, virtute ſenum non roboratur: & ſenex quia puer centum annorū eſt, maledicitur. Virgines & iuuenes ætas florida & iucunda gladio aduerſariorum in animo feriuntur. & q̄d peius eſt in die furoris eius interficiūtur. Aliter percutitur vetus homo vt corruat, & nouus reſurgat. aliter percutiūtur & occiduntur qui ſtare videbantur, qui in die furoris ſine miſericordia occiduntur. Inde naſcitur fletus irremediabilis, quo plangūtur qui neſciunt, qui gladio furoris Dei iam interfecti ſunt æternæ damnationi deputati.

a *Voca. quaſi ad diem &c.* Deſcribitur vltima captiuitas omnium electorū planctibus deplorata. Tau litera præponitur, vt in frontibus gementium & dolentium ſignata inueniatur, in quibus autem inuenta non fuerit, exponentur inimicis ſuis, quaſi ad diem ſolennem vndiq; cōgregatis: qui ſuprà dixerunt: Iſta eſt dies quam expectabamus, inuenimus, vidim᷒. Dies ſolēnis dr̄, nō q̄ Deo placeat, ſed q̄ tunc improborū expectata † laſciuia cōpleaẗ: ad cuius ſolēnitatis diē.i. vltimi examinis ſolueẗ ſatanas. vnde addit.

b *Qui ter. me de cir.* videbunt etiam electi dęmones vndiq; cōgregatos viſu horrendos, ad deuorandas animas effrenatos, & exterriti purgabuntur, nec erit qui effugiat, aut qui relinquatur indiſcuſſus. Inde ſanctorum concio gemebunda & planctu conſona, adempta ſibi membra deplorans, dicit:

c *Quos ed.ſ.* Tyrocinij diſciplina & enutriui. lactea doctrina, quia non peruenerunt in virum perfectū, vt dimicarent contra exercitum hoſtiū. inimicus meus conſumpſit eos, vitiorum.ſ. delicijs. Ideo, non eſt eorum qui effugiat, niſi qui ſigna quæ Tau ſignat in fronte portat. vnde: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum &c. Reliqui non effugient gladium furoris domini, quamuis in eccleſia, editi, educati, nutriti, quia inimicus cōſumpſit eos.
*Marg.: C; † interfecisti; Luc. 9.c*

Inuiſibili.

nes mei ceciderūt in gladio: † inter- a b

fecti ſunt in die furoris tui: p̄cuſſiſti c

a Romanos vel dæmones. Cui nemo reſiſtit. Cum ſolutus fuerit timebunt electi, & territi purgabuntur.

nec † miſertus es. Tau. Vocaſti qua- d

a Hoſtibus non Deo. Quibus nemo reſiſtit.

ſi ad diem ſolennem, qui terrerent

a In circuitu impij ambulant.

me de circuitu: & non fuit in die fu

a Diſtricti iudicij. b Indiſcuſſus.

roris domini, qui effugeret & relin

a Diſciplina tyrocinij. b Lacta doctrinæ, vel corpore Chriſti.

queretur. Quos educaui & enutri- e

a Diabolus vel Romanus. b Vitijs emolliuit. In ore gladij.

ui, inimicus meus conſumpſit eos. f g

## NIC. DE LYR.

c Percuſſiſti nec mi. es. *differēdo illam pęnam: cum in omnibus operibus Dei ſemper cum iuſtitia currit miſericordia.*

d Vocaui quaſi ad diē ſo.&c. *q.d. ſicut ad ſolennitatem promptè & libenter confluunt homines, ſic gentes in circuitu Iudææ habitantes, promptè & gaudentes venerunt cum Chaldæis ad deſtructionem vrbis.*

e Quos educaui & nutriui. *ideſt habitatores Ieruſalem qui dicebantur eius filij.*

f Inimicus meos. *ideſt Chaldæorum exercitus.*

g Conſumpſit eos. *partim fame, in longa obſidione, & partim gladio in vrbis captione.*

## MORALITER.

✱ a *Ceciderunt in gladio.* ſcilicet diaboli.

b *Interfecti ſunt in die furoris.* permiſſiuè.

*In cap. 2. Quomodo obtexit caligine.*

## ADDITIO.

a *Recordare pau. per. &c.* Hiſto. Ab initio huius alphabeti deſcribit miſerias miſeræ ciuitatis & paſſiones Chriſti, & eccleſiæ laborantis, vt ẽt quaſi deſperando dixerit: Perijt finis meus. Sed vt diuinitus auditũ eſt, duc te: mox noua ſpe erectus: ad dñm conuerſus preces emittit, & promittit ſe deinceps meliora ſperare, pręteritorũ oblitus delictorum. Vnde aduertẽdum hæc elemẽta magno myſterio eſſe prænotata, quibus magnæ intelligentiæ ſacramentis quaſi metro † luxit ſpiritus in p̃pheta. Et quia ſermo Dei occultus, hinc inde myſterijs obumbratur, quibus reſeratis humanis pateat ſenſibus, egregiè ſpiritusſanctus hęc & hm̃oi interpoſuit, vt faſtidium auferret legentium: & inter lachrymas animas recrearet intelligentium. Recordare &c. Mora. Anima quoq; in hoc verbo viuificatur & reducitur, cui dr̃: Duc te huc. quaſi dicat: Tolle grabatum tuũ & ambula. vnde ſupplicans dicit: Recordare pauper. &c. Hæc enĩ in Adam quaſi in primo flore tranſgreſſa & paupertate nudata, ſed cùm in hac litera ſe abducere iubetur: memoria memoratur, & ſicut filia Abrahæ contra ſpem in ſpem erigitur: & venit ad literã Heth, quæ interpretat̃ vita & pauor: vel vt poſt quærimoniarum lachrymas timorem dñi concipiat. de quo dr̃: Initium ſapientiæ timor dñi: & guſtet nihilominus Dei verbum, & voce confeſſionis dicat: Miſericordiæ dñi eſt: quia non ſumus cõſumpti. Recordare per. &c. Allegoricè ſunt hæc verba Chriſti: ſunt eccleſiæ participantis, cui dr̃: Beati pauperes ſpũ, q̃m ipſorũ eſt regnũ cęlorũ. Chriſtus tñ nec trãſgreſſus eſt, nec aliquis ſuã trãſgreſſionẽ iudici offert: ſed verecundè profert: Auerte faciem tuam à pec. meis. ſed Chriſtus trãſgreſſio legis pro nobis factus eſt, ſicut & maledictum peccatũ. vnde: Maledictus oĩs qui pendet in ligno: & eũ qui nõ nouerat peccatũ, fecit pro nobis peccatũ: vt & peccatũ & maledictũ & trãſgreſſionẽ deleret noſtram. Magnum ergo eſt quod dr̃: Recordare pau. Quia pro nobis factus eſt pauper, vt nos ditaret & iungeret cum capite corpus: vt deprecatione capitis purgetur. Corpus aũt quia in præſenti vita ſine tranſgreſſione nõ viuit, multis ęrumnis replet̃, & amaritudine abſythij & fellis. vnde laboribus & doloribus fatigatur eccleſia, vt decocta paſſionibus ſponſo ſuo fiat acceptior. vñ dicit: Recordare pau. quaſi dicat: recordare q̃ pro trãſgreſſionibus meis patior. i. abſynthij & fellis, memoria memor ero &c. æternæ vitę. ſ. & ideo mox tabeſcet anima mea ad eam ſuſpirans, ſecundum illud: Defecit in ſa. t. anima mea. vnde addit: Hæc recolẽs in corde meo, in Deo ſpera. Cùm enim eccleſia ad eius contemplationem ſe dirigit, quaſi deficiens gemit & q̃ expreſſius p̃t dicit: memoria memor ero. ex illa. ſ. memoria æternæ vitæ, quæ interius aſpirata viuificat, vt diſcant Chriſti mẽbra nihil aliud memorare cogitare aut diligere, quã ſe in nouitatẽ vitę reformare. & notãdus ecclę ſubitus p̃fectus, q̃ prius vſq; ad deſperationẽ venit, ſed ex quo ſalutarẽ vocẽ, duc te, audiuit, mox memoria intabuit: & recolens quæ ſuſtinuit in verbo illo lõgè adducta. In Deo, inq̃t, ſperabo. Q. In verbo tuo laxabo rete: ſic cõtra ſpẽ in ſpẽ conualeſcit ęternæ uitę memoria recreata.

Pſal. 72.a. Hiſto. · Allegoricè † iuſſit · G · Marci · Ioh. 5.b. · † operime pulvere · Pſal. 110. · Hiſtoria · Matth. 5. · Pſal. 50. · Gal. 3.b. · 2. Cor. 5. · H · Pſal. 118. · Luc. 5.b. · Moraliter · Rom. 9. · Ibidem

b *Miſericordia do.* Paſchaſius. Depoſitis lamentationũ querimonijs incipit Moraliter uiam reuertendi ad Deum explanare, ut nemo audeat de ſe præſumere, quia non eſt uolẽtis neq; currentis, ſed Dei miſerentis. unde ait: Miſeri. do. quia ſumus cõſumpti, q̃a. ſ. reliquiæ Iſrael ſaluæ fiẽt. Sic aĩa q̃libet miſericordiæ dñi tribuit: q̃a non eſt cõſumpta flagitijs ſuis in infirmitate carnis, delectatione ſeculi, hoſtium inſidijs.

a ¶Vt nec vnus remaneat. b ¶Prædicatores vel ſenſus.

fregit † ad numerum dẽtes meos: † ci- a

a ¶Cinerem tanquam panem manducabam &c. b ¶Pœnitentia, mortis memoria. c ¶Amaritudine paſſionis. ¶A Deo opinione.

bauit me cinere. Vau. Et repulſa eſt b

a ¶Affectus. b ¶Præteritorum vel futurorum de quibus dicitur: Credo videre bona domini in terra viuentium.

anima mea: oblitus ſum bonorum. c

¶Periſſe videtur.

Vau. Et dixi, Perijt † finis meus, & ſpes d

a ¶Hic a perſona ſua miſera iudicis miſericordiam comparat. ¶Expoſitis ſigillatim incommodis, beneuolentiam iudicis comparat a perſona ſua, & iudicis & aduerſarij, quod proprijs notatur locis. ¶Duc te vel huc.

mea à domino. Zain. Recordare e

a ¶Pro nobis pauper factus eſt Chriſtus & tranſgreſſio, & maledictum & peccatum. b ¶Aerumnæ.

† paupertatis & trãngreſſionis meæ, f g

a ¶Amaritudinis.

abſynthij & fellis. Zain. Memoria h i

a ¶Vitæ æternæ. ¶Illius ſolius. b ¶Defecit in ſalutari tuo anima mea.

memor † erò: & tabeſcet ĩ me anima k

a ¶Vitam æternam.

mea. Zain. Hæc recolens in corde l

a ¶Vita vel pauor.

meo, in Deo ſperabo. Heth. Miſe- m n

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dentes mei fuiſſent ſigillatim confracti. Ra. Sa. dicit quòd hæc eſt litera: Confregit in arena dentes meos: quia Iudęi de terra ſua eiecti faciebant panes ſubcinericios, in quibus commiſcebantur pulueres & arenę. ſecundum quod dicitur Ezech. 4. Sic comedent filij Iſrael panem ſuum pollutum inter gẽtes ad quas eijciam eos: & ſic ex arena commiſta offendebantur dentes manducantium.*

a Cibauit me ci. *commiſto in pane.*

b Et repulſa eſt &c. *ab omni conſolatione.*

c Oblitus ſũ. bo. *i. ita elõgatus ſum à bonis, ac ſi nunq̃ aliqua habuiſſem.*

d Et dixi, Perijt &c. *Loquit̃ in p̃ſona infirmorũ, qui quaſi cadebant in deſperationem ex pondere malorum, & ideo ſuper hoc propheta deprecatur dominum in perſona populi tam afflicti, dicens:*

e Recordare. *tu domine.*

f Pau. *quam ſuſtineo in amotione omnium bonorum meorum.*

g Et tranſgreſ. meæ, abſynthij & fellis. *Et accipitur hic tranſgreſſio paſſiuè, i. paſſionis meæ, quam Chaldæi intulerunt mihi vltra modum.*

i Memoria memor ero. *ſ. peccatorum meorum, quibus iſta merui. In Hebræo habetur: Memoria memor eris tu domine ad puniendum.*

k Et tabeſcet in. *de peccatis perpetratis confuſa. & quia talis confuſio adducit gloriam, ideo ſubditur:*

l Hæc reco. *humiliter.*

m In Deo ſpe. *de conſecutione diuinæ miſericordiæ finaliter.*

n Miſericordiæ domini. *Hic propheta confitetur diuinam miſericordiam quæ*

## MORALITER.

✱ incorporatur cibus verbi diuini: qui dentes franguntur, quando meditationes malæ ingrediuntur. ideo ſubditur:

a *Cibauit me.* id eſt vili meditatione.

b *Et repulſa eſt anima.* à meditatione bonorum.

d *Et dixi: Pe. fi. meus.* quia prędicta inducũt aliq̃n in deſperationẽ.

e *Recordare.* Hic ecclesia cognoſcẽs ſuã miſericordiã ſe cõuertit ad implorãdã Dei mĩam di. Recordare pau. ex gratuitorũ ſpoliatione.

g *Et tranſ.* ex naturalium vulneratione.

h Abſynthij. ex pęnarum multiplici perpeſſione, & dixit de ſeipſa.

i *Memoria.* prædictorum frequenti meditatione. ideo ſubditur:

K *Et tabeſ.* præ confuſione, non tamen deſperabo de Dei miſeratione. ideo ſubditur:

l *Hæc re. &c.* propter quod recognoſcit Dei miſericordiã dicens:

n *Miſericor. do.* ſupple apparet in hoc:

✱ *Quia non*



a *Quia non de. mi. eius.* Vnde dicit Dauid: Miſerere mei Deus ſecundũ magnam miſericordiã tuam. Quaſi: Magna ſunt delicta, & magna miſericordia, multæ iniquitates, ſed & multæ miſerationes. Vnde nulli diffidendũ non deficiunt miſerationes. vnde fons miſericordię non ſiccat̃, niſi prius fueris exiccatus. Hoc eſt initiũ noſtræ cõuerſationis, & initiũ vitę timor dñi. vnde. Beatus vir qui timet dñm. Timentes enĩ beati ſunt & ſapientes. vñ: Beatus quẽ tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eũ. Nã & ſanctorũ eſt pauor. vñ: Cecidit pauor ſup Abrahã cũ ſacrificaret. & Dauid dixit: Ego dixi in pauore meo: oĩs homo mẽdax. Qui hũc pauorẽ habẽt, & vitam habent: Quod quã acceptum ſit, aperitur cum dicitur: b *Noui di. mul. eſt fi. tua.* Q. Poſt lachrymas q̃rimoniarũ, poſt tm̃ ſupplicĩũ, poſt cõfeſſionẽ ſcelerum, poſt precẽ & confeſſionẽ nõ differã miſerationẽ. Noui di mul. eſt fi. tua. Noui fidei cõſtantiã dicentis: Nõ defecerũt miſerationes dñi. Noui dilu. q̃a ma. eſt fi. tua Ac ſi dicat, approbaui quæ humiliter gemẽs enumeraſti, & noſcere te feci, quia multa eſt fides tua diluculo radio fidei exorto, q̃n. ſ. Chriſtus reſurrexit: In quo diluculo à dño cõmendat̃, quæ prius infirmitate carnis perijſſe videbat̃. ſ̃m illud: Perijt finis meus &c. More ſuo ſæpius p̃phetæ perſonas mutant & tp̃a. Vñ in Canticis canticorum, nũc ſponſus ad ſponſam nũc ſponſa ad ſponſum, nunc ad ſodales & amicos loquit̃, multoties abſens, multoties præſens eſt ſpõſus, vt ſpõſæ deſiderium inflammetur. Hic quoq; ſpõſæ anguſtias ſuas plãgenti, cõtinuò adeſt ſponſus & cõſolatur dicẽs. Noui dil mul. eſt fides tua. fidem tuam laudo, & præſentem me exhibeo, quẽ abſentem lugebas, quia diluculo noui, multa eſt fides tua. vnde illa reſpondet:

c *Pars mea d. di. a. m. pro. ex. eum.* Felix qui hęc dicere p̃t alienus à vitijs, ſegregatus ab oĩ labe peccati. Qđ & Dauid ſub eadẽ litera octauo loco poſuit: Portio mea dñe, dixi cuſtodire legẽ tuam. Hæc enĩ ſolũmodo vox eius eſt, qui de ſeptima trãſit ad octauam, i. de p̃ſenti & de veteri vita ad futurã, & ad nouã qui terrena non cõcupiſcit, ſolùm Deũ expectat quẽ diligit, & non ſibi, ſed Deo viuit. vnde ad Teth literã peruenit. quæ excluſio vel bonum interpretatur. Talis enim ſummo inhęret bono, excluſus ab omni ſeculari negotio: nec minas timet, nec oblectamenta amplectitur, quia foras timor à perfecta charitate excluditur. vnde ſequitur:

d *Bonus eſt do. ſperantibus in eum &c.* Vel ſ̃m alios: Bonũ eſt ſuſtinere & ſperare in ſalutare Dei. Quis. n. verè ſuſtinet dñm, niſi q̃ charitatis ſtudio excluſus eſt ab oĩ labe vitiorũ? Quis ſperat niſi q̃ verè diligit & optat? Qđ enĩ ſperamus, p patiẽtiã expectamus. Sic qui ſperat, ſuſtinet: q̃ ſuſtinet p patiẽtiã, excludit affectus carnales. Itaq; ſub hac lr̃a vtraq; interpretatio q̃ diſcordare vr̃, cõgruit, vt bonus ſit dñs ſperantibus in eũ. Qui enĩ ſperant, non delinquunt. Vñ Dauid ſub eadẽ litera dicit: Bonitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe. Et alibi: Quàm bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde. Cũ peruerſis aũt peruertit̃, licet ſit nã bonus. Et ne ſpes ſit otioſa, continuò ſubiungit: Aĩæ q̃renti illũ, q̃m q̃ ſperat, nõdũ hẽt, ſed fruit̃ in ſpe qđ hẽbit in re. vñ: In lectulo ĩ nocte q̃ſiui, quẽ diligit aĩa mea. Vbi quatuor oĩ quærenti neceſſaria notantur, vt. ſ. deliberet q̃d quęrat, & vbi & q̃n & quandiu, donec. ſ. inueniat. Qui enĩ in lecto quietis & in nocte cęcitatis Deum q̃rit, nulli dubiũ eſt, q̃ inuenire nõ poſſit: ſed lectum exeat, ad diẽ veniat, quærat donec inueniat. Vbi aũt quærendum ſit Moyſes innuit: Propè eſt verbũ in ore tuo & in corde tuo. De quo dr̃: In pace factus eſt locus eius. Et qui. ſ. loquet̃ pacem in plebem ſuam: & in eos q̃ conuertũtur ad cor. Quia ergo immẽſus, eſt ſemper q̃rendus & expectandus. vnde ſequitur: Bonum eſt præſto. cum ſilen. ſalu. Dei.

e *Bonum eſt præſto. cum ſilen. ſalu. Dei.* Nota quãtum p̃fecerit, poſtq̃ moraliter vires reſumpſit, excludẽs oĩa quæ mundi ſunt vltra angelicã dignitatem tranſit, vt inueniat quem diligit, quod fatetur quaſi ſummũ bonum ſuſtinendũ & ſperandum. Et vt ſemper inhæreat, dicit:

f *Bonũ eſt viro cũ por. iu. dñi ab adol. ſua.* ſcilicet ſolitarium ſedere & tacere. Hæc bona excluſio eſt, vt ſedeat ſolus cum Deo, qui ſe ſentit portare graue iugum ab adoleſcentia ſua. Sed q̃a inſtitutio hęc moraliter tñ dr̃, videamus de quo iugo dicat̃. Eſt enim graue iugũ ſup filios Adę. Eſt iugum infidelitatis. Eſt iugum domini leue releuatum ſpe remunerationis æternę. de quo dicitur: Tollite iugum meum ſuper vos. Si quis autem antequam ſarcina peccatorum oneretur, hoc iugum tulerit, ſedebit ſingulariter cũ Deo. ſ. & cũ eo qui in illo ſingulariter ſperat. Hoc iugũ propter auſteritatem correctionis graue eſt, ſed ſpe remunerationis ſuaue. Qui hoc iugum tulerit, cũ Deo ſolitarius ſedebit: non immiſtus negotiorũ vel deſideriorũ turbis, tacebit ab oĩ ſtrepitu ſeculi: vel excuſatio peccati nõ erit neceſſaria illi. Magnũ eſt aũt iuuenibus ſe à vitijs abſtinere, & lubricæ & perplexæ viæ errorẽ fugere. vñ Dauid: Delicta iuuen. meę & ig. me. &c. Hæc enim ętas fragilis eſt & labilis, & inſcia & temeraria: hoc graue iugum ſuper ſe leuat, qui à iuuẽtute ſeculo renunciat, & ad moleſtiarũ tumultus quaſi ſurdus tacet. Hoc ritè ſup ſe dicitur tuliſſe, quia vltra vires corruptæ naturæ eſt quicquid nouitatis imperatur. Sequitur.

g *Iod.* quæ principium vel deſolationem ſonat, ſub qua plangitur qui ponit in puluere os ſuum. Vel iuxta alios, qui dabit in ſepulturam foſſuræ os ſuum, ſi tamen eſt ſpes patientiæ. Vnde videndum eſt, quomodo principiũ ſit quod in puluere

Pſal. 50. · Pſal. 111. · Pſal. 93. · Gen. 15. · Pſal. 115. · B · C · Pſal. 118.a. · Pſal. 72.a. · Cant. 3.a. · † ſunt conſumptæ · † bonæ. ſ. miſericordiæ quolibet mane: magna eſt fides q̃ eſt de te. ſeu magna eſt fidelitas tua. · Deu. 30.c. · Pſal. 75.a. · Pſal. 84.b. · † ſalutem · Iugum quo triplex · D · Matt. 11.d. · Pſal. 24.b. · Iob.

a ¶A perſona iudicis. b ¶Non noſtri meriti. c ¶Reliquiæ ſaluæ fient.

ricordiæ domini, quia non † ſumus a

a ¶Tot malis. b ¶Fons viuus deficere neſcit. c ¶Secundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem m. &c.

cõnſumpti: quia nõ defecerunt miſe b

a ¶Confeſſionem tuam & patientiam tuam. ¶Dilexi & te cognoſcere feci. b ¶Quando ſol iuſtitiæ reſurrexit.

rationes eius. Heth. † Noui diluculo, c

a ¶Pars mea qui modo dicebas Perijt finis meus. ¶Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei &c. Portio mea domine in terra viuentium. Portio mea domine: dixi cuſtodire legem tuam.

multa eſt fides tua. Heth. Pars mea d e f

dominus, dixit anima mea, propter-

a ¶Vnde: Expecta dominum, viriliter age. b ¶Si moram fecerit. c ¶Vnde: Bonitatem feciſti cum ſer. t. do. ¶Quam bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde. ¶Cum peruerſo peruerte.

ea expectabo eum. Teth. Bonus eſt g

a ¶Optando & diligendo.

dominus ſperantibus in eum, animę

a ¶Deſideranti illum. ¶Non eſt otioſa ſpes.

quęrenti illum. Teth. Bonum eſt h

¶Cum patientia.

praſtolari cum ſilentio † ſalutare Dei.

Teth. Bonum eſt viro, cùm portaue- i

a ¶Doctrinæ. ¶Graue. ¶Græci non habent, graue. b ¶Scilicet ſi portauerit. c ¶In quo corri. ado. viam ſuam. d ¶principium vel deſolatio. e ¶Quieſcet. ¶Si portauerit iugum ab adoleſcentia. ¶Non in ſtrepitu mundi.

rit iugum ab adoleſcẽtia ſua. Iod. Sẽ- k

a ¶Non erit ei opus excuſatione.

debit ſolitarius & tacebit: quia le- l

a ¶Vltra vires corruptæ naturæ. b ¶Alijſic: Dabit in ſepultura vel in foſſura os ſuum.

uauit ſe ſuper ſe. Iod. Ponet in pul- m

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *diam quæ ſemper concomitatur iuſtitiam ſuam. propter quod pœna à Deo inflicta eſt patienter toleranda. Et primò ponitur huius confeſſio. ſecundò remouetur erroris occaſio, ibi: Non enim. Dicit igitur: Miſericordiæ domini ſupple apparent in punitione noſtra.*

a Quia non ſumus conſumpti. *Licet hoc meruiſſent peccata noſtra.*

b Quia non defecerunt miſerationes eius. *dimittẽdo nobis reliquias populi, quamuis non meruiſſemus.*

c Noui diluculo. *i. à pueritia mea, quæ dicitur diluculum vitæ humanæ, ſicut ſenectus dicitur veſpera. Fuit enim Ieremias à pueritia illuſtratus cognitione diuina: vt habetur in principio huius libri.*

d Multa eſt fides tua. *id eſt fidelitas. Et dirigit ſermonẽ ad Deum, qui eſt fideliſſimus remunerator bonorum, ideo ſubditur:*

e Pars mea dominus. *quaſi dicat: ſufficit mihi pro omnibus.*

f Propterea expectabo eum. *id eſt remunerationem eius.*

g Bonus eſt dominus ſperantibus in eum. *Replicatio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem confirmationem.*

h Bonum eſt præſtolari cum ſilentio. *Id eſt patienter, & abſq; murmure tribulationis tempore. Et quia hoc facit exercitium patientiæ. ideo ſubditur: Bo. eſt vi. cum por. iugum ab adoleſcentia ſua.*

k Sedebit ſolitarius & tacebit. *vir in patientia ſua exercitatus.*

l Quia leuabit ſe ſuper ſe. *aſpirando ad bona cæleſtia, & contemnendo terreſtria.*

m Ponet in puluere os ſuum. *humiliter loquendo.*

¶ *a* Si fortè

## MORALITER.

✱ a *Quia non ſumus conſump.* licèt meruiſſemus.

c *Noui diluculo.* id eſt à noui teſtamenti principio, quod dicit̃ dies. Romano. 13. d. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.

d *Multa eſt fides tua.* id eſt fidelitas in ſupportatione peccatorum, & remuneratione bonorum, ideo ſubditur:

e *Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio.* id eſt patienter. Et quia hoc acquiritur per bonum exercitium, ideo ſequitur:

i *Bonum eſt vi. cum por. iu. &c.* Et quoniam homo ſerenatus per virtutem patientiæ, diſpoſitus eſt ad contemplationem cęleſtis gloriæ, ſequitur:

K *Sedebit ſolitarius. &c.* Et quia quantũ quis in Deum eleuatur, tãtò verius humiliatur, cogitans ſuam fragilitatem iuxta diuinam maieſtatem, ideo ſubditur:

m *Ponet in puluere os ſuum.* Et quia ad veram humilitatem ſequitur patientia, ſubditur:

 ✱ *Dabit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E in puluere propter ſpem os ſuum ponit,ſed moraliter poſt miſeriarum ſupplicia,fide reddita,principium eſt profeſſionis noſtræ,in puluere os ponere, & momẽtis ſingulis ꝙ ſumus puluis,cogitare. Vnde ſpes geminatur,& charitas dilatat̃. Hæc oīa ſuperius dicta de capite intelligunt̃,cui ſi cõpatimur & cõregnabimus. vñ ſequit̃:

Mat. 5. f. a *Dabit percutien. ſe maxil. &c.* Cui ſimile dr̃: Si quis te ꝑcuſſerit in dexterã maxillã,præbe ei & alterã. Pñt de terrena Ieruſalem in captiuitate humiliata hæc intelligi : ſed melius eſt Chriſto & eccleſiæ attribui. Eccleſiæ enim bonũ eſt ꝑſtolari cũ ſilẽtio ſalutare dñi, & maxillã ꝓbere ꝑcutienti. Hoc aũt eſt ꝓceptũ euãgelicũ bonũ.ſ.principiũ: cũ ſeruare cęperimus & implere: quaſi dicam⁹:

Pſal. 115. a. † ſi dolore affecerit. Hoc retribuemus dño pro oibus q̃ retribuit nobis. Calicem ſalutaris accipiemus:& ſic excutiemus iugũ captiuitatis noſtræ de ceruice, cum ſubierimus iugum dñi qđ leue eſt.

† affixit. b *Saturabitur op.* Nõ dicit,ſuſtinebit opꝓbria, ſed ſaturabit̃ opprobrijs. Facile eñ eſt vnũ & alterũ ſuſtinere. Sed vt fa,cilius miſericordiã iudicis moueat multitudinẽ opꝓbriorũ auidè ſe ſuſcepiſſe declarat:quia

1. Reg. 16. b. ab auiditate ſurgit ſatietas. Qđ oſtẽdit Dauid cũ Semei opprobria & conuitia patiẽter tolerat dicens:qa dñs iuſſit illi vt maledicat mihi : ſi q̃uo videat humilitatẽ meã:& retribuat mihi bona ꝓ maledicto, ſ̃m

Iſa. 40. a. illud Iſaiæ : Dimiſſa eſt iniquitas illius:quia ſuſcepit de manu dñi duplicia. Felix ergo demonſtratur deſolatio ſub hac litera:quia vbi deſolatio,ibi humilitas: quã cõmitat̃ patientia, & illã probatio, & illã ſpes quæ non confundit per ſpũm ſanctũ:qui dat̃ nobis charitate diffuſa:qui eſt verus cõ-

† ne reſciret dominus acſi ne ſciret dominus.

F ſolator. Bonũ eſt ergo viro iugũ portare,ſolitariũ ſedere:vt

Iſa. 53. c. Virg. in bu. c. Pſal. 101. b. ſingularitater cõſtituatur in ſpe : qm̃ numero Deus impari gaudet vñ Pſ. Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto &c. Secũdũ alios dabit in ſepultura vel in foſſura os ſuũ. In quo patiẽtiæ virtus oſtẽdit̃ : vt.ſ.quodam aggere virtutũ obſtruſus non loquat̃: nec querimoniã dolor extorqueat. vt quodã tumulo ſpes futuri vocẽ doloris obruat,quã nulla ſuſcitet iniuria. ſecũdũ illud : Quaſi ouis ad occiſionẽ ductus eſt.

c *Caph.* Manus vel incuruatus interpretat̃. Quicunq; eñ rectè ſentiunt,ſub manu dñi curuantur,q̃ aut punit,aut corrigit. Ideo vir tantus, humiliatus ꝑſſuris, correctus diſciplinis, gaudet curuare ceruicẽ ſub manu dñi, mentis.ſ.& cordis,ſpem ad Deum dirigens qui in ſempiternum nõ repellit:qui ſi abijcit,& miſerebitur &c. Ipſe verſuum ſenſus de-

Pſal. 118. l. clarat : quid ſit ſub manu dñi curuari, patienter ſcilicet oia ſuſtinere,quia in ſempiternum non repellit. vnde ſub hac litera inquit Dauid: Paulominus cõſummauerunt me in terra. Abiectum eñ ſentiebat ſe inter certamina. vnde mentis

Eccle. 5. c. ceruicem ad dñm flectebat,de qua:Non ſic flectas vt circulum collum tuum. qui enim non flectit humiliandũ & miſerendum cor ſuum: fruſtra exterius ceruicem ſuam curuat ad ſupplicandum. Hic aũt opprobrijs ſatiatus , ſpe ſingulariter ere-

a ¶Memorans quia puluis es,& in puluerem reuerte.

ueret os ſuum , ſi fortè ſit ſpes. Iod. a

a ¶Si quis percuſſerit te in dexteram maxillam,præbe ei & alteram. ¶Paratus ſuſtinere.

a b Dabit percutienti ſe maxillam , ſatu- b c

a ¶Auide ſuſcipiet vſque ad completionem. ¶Calicem ſalutaris accipiam. b ¶Multis. c ¶Manus vel incuruatus.

c rabitur opprobrijs. Caph. Quia d

¶Et ſi ad horam.

non repellet in ſempiternum domi-

a ¶Non in perpetuum iraſcetur

nus. Caph. Quia † ſi abiecit & miſere e f

a ¶Non obliuiſcetur miſereri Deus.

bitur,ſecundũ multitudinem miſeri- g

a ¶Nolens ſaturari pœnis noſtris. Non vult mortem peccatoris.

cordiarum ſuarum. Caph. Non enim h

¶Penitus.

† humiliauit ex corde ſuo, & † abiecit i

a ¶Mira eſt elegantia huius literæ diſciplina vel cordis confeſſio vel ſeruo. b ¶Crudeliter. ¶Dominus ignorauit

d filios hominum . Lamed. Vt conte- k

a ¶De quo. Omnia ſubieciſti ſub pedib. eius.

reret ſub pedibus ſuis omnes vinctos

a ¶Terrenis compedibus. b ¶Qui eſt iudex viuorum & mortuorum,& reddet vnicuiq; iuxta opera ſua.

terræ. Lamed. Vt declinaret iudiciũ l

a ¶Et ſi non in conſpectu hominum.

viri , in conſpectu vultus altiſſimi .

Lamed. Vt peruerteret hominem

a ¶Præſenti vel futuro. b ¶Qui omnia iuſte agit.

in iudicio ſuo, † dominus ignorauit. m

riter erectus confident̃ ait:Si abijcit & miſe. &c. Ad hoc abijcit vt miſereatur . Et addit : Non enim humil. ex corde ſuo &c. vt.ſ. ſatietur pœnis noſtris , ſed vult vt humiliemur & curuemur vt miſereatur. vnde ſuprà ſub eadem litera ait: Omnis populus eius ge. & quæ.p. dederũt deſiderabilia ſua in eſcã . Vide dñe q̃uo facta ſum vilis. Qui ergo quærit animæ erectionem: iure curuatur humilitate,qua poſſit ad Dei miſericordiam aſcendere, & ſentire de dño in bonitate: quia ſi abiecit,& miſerebitur. vnde tanquã curuatus corpore & mente ad multitudinem miſericordiarum Dei confugiat:Non enim humiliauit neq; abiecit ex corde ſuo filios hoīum , vt humiliet.ſ.i pnitiẽ,ſed vt releuet in ſalutem. Huius ſenſus cõſequẽtiã ſub Lamed litera ꝓſequit̃. d *Lamed.* Vt conte. ſub pedi. ſuis. Mirum immodũ poetarũ more cũ tres ab vna litera verſus incipiãt vna dictione,vna clauſula terminãtur , vt ſit ſenſus: Dñs vt contereret ſub pedibus ſuis,oẽs vinctos terrę ignorauit. Et vt declinaret iudicium viri, dñs ignorauit:Vt peruerteret hoĩem in iudicio ſuo , hoc quoq; ignorauit, quia maluit ſeruare quã damnare, & hæc eſt magna diſciplina vel cordis cõfeſſio. Lamed quippe vtrumque ſignificat, vel ſeruo,quibus ſenſibus magna declaratur obſcuritas, vt intelligamus ſub diſciplina Chriſti & puritate cordis ſeruãda eſſe q̃ dicit. Qui eñ habet diſciplinã Chriſti, ſeruare ſe profitet̃ ꝓcepta ſalutis cũ puritate cordis: quia nõ ſic abiecit vinctos terræ,i. terræ criminibus obligatos,vt contereret: Dñs cõtere-

re nõ nouit,quia ſic nõ abiecit vt repelleret, ſed vt redire cõpelleret. de quo dictũ eſt: Oĩa ſubieciſti ſub pe. eius. Quia conſtitutus eſt oĩum iudex fideẽter ſubdit : Decli. iu. viri dñs ignorauit,qui iuſtè iudicare nouit,& vt peruerteret hoĩem in iudicio ſuo ignorauit , quod vel de præſenti vel de futuro poteſt accipi. Mala enim quæ à dño inferuntur, aut ſupplicia meritorum aut cã futurorũ bonorũ. Oẽs eñ viæ eius miſericordia & veritas Ergo ſ̃m diſciplinam Chriſti profitet̃ cordis innocẽtiã,& dicit vir vidẽs Deũ , ſeruo præceptũ diuinũ. Bene contra hæreticos,qui Deũ affirmant aĩas crudeliter affligere,corporeis traditas ergaſtulis,& in ve.te.multos puniſſe indiſcretis præiudicijs: Vir iſte flagellis eruditus, ſ̃m illud: Virga caſtigaberis filia Sion. cordis puritate confitetur, ꝙ omnia iuſto Dei iudicio aguntur, vt ſalutẽ oĩbus tribuat in veritate inuocantibus, & ſ̃m interpretationem literæ clamat: Seruo diſciplinam caſtigationis , ſeruo ꝓfeſſionis puritatem,ſeruo inter hæreticos inuiolatam fidẽ. Magnus animæ profectus,quę inter tot diſcrimina à charitate Chriſti nõ ſeparatur,ſed dicit: Oculi noſtri ad dñm Deũ noſtrũ. Poſt iſtius fidei conſtantiã venit ad Mem literã procinctam ad defendendã iuſtitiã cõtra Epicureos, & cõtra eos qui dñt Deum mortalia non curare : contra quos pſal. ille dirigit̃,in quo dr̃: Q̃uo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo, quos ẽt vir tãtus increpat his verbis: Quis eſt iſte qui di. &c.

a Mem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Si forte ſit ſpes. *quæ eſt expectatio futuræ beatitudinis . Et dicit fortè: non propter mutabilitatem à parte Dei , ſed à parte liberi arbitrij, quia homo quantumcunque exercitatus in virtute patientiæ per defectibilitatem liberi arbitrij poteſt ab ea cadere: & ſic fruſtrari remuneratione. Et quoniam homo perfectus in virtute patientiæ, non ſolùm ſuſtinet aduerſa patienter, ſed etiam gaudenter, ſecũdum illud Actu. 5. g. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij , quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, ideo ſequitur:*

b Dabit percutienti &c. *iniurijs ſe offerendo.*

c Saturabitur opprobrijs. *in ipſis gaudendo . Et quia iſtud fit intuitu futuræ mercedis. ideo ſubditur:*

d Quia non repel. &c. *ſcilicet iuſtos tribulari permittendo,*

e Quia ſi abiecit. *in præſenti vita .*

f Et miſerebitur, *in futura.*

g Secundum multitud. &c. *Quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, ad Rom. 8. d.*

Diuiſio. h Non enim. *Hic remouetur erroris occaſio. & diuiditur in duas partes, ſecundum duplicem errorem, ſecunda ibi: Quis eſt. Circa primũ ſciẽdum, ꝙ aliqui acceperũt occaſionẽ errandi, eo ꝙ videbant iuſtos in præſenti vita, vt cõiter tribulari, credentes ꝙ iſtud eſſet Deo per ſe & directè placitum: quod non eſt verum, ſicut amaritudo medicinæ non eſt accepta medico per ſe, ſed ſolùm ratione ſanitatis conſequendæ : & ſic eſt de pęnis præſentis vitæ, quæ ſunt quædam medicinæ reſpectu Dei: qui eſt medicus animarum: & hoc eſt quod dicitur: Non enim humiliauit. pœnis & afflictionibus vitæ præſentis.*

i Ex corde ſuo. *id eſt per ſe & ex directa electione: ſed vt per exercitium patientiæ ſequatur præmium gloriæ.*

k Vt conte. ſub ſuis &c. *reſumatur. Non enim ex corde ſuo : Id eſt ex electione directa hoc non fecit. Et ſimiliter quod ſubditur:*

l Vt declinaret iudicium viri. *permittendo eum iniuſtè tribulari, ideo ſubditur:*

m Dominus ignorauit. *Id eſt non approbauit malitiam facientium.*

¶ a Quis

## MORALITER.

✻ a *Dabit percutienti ſe maxillam, &c.* Et ſubditur cauſa: Quia nõ repellet in ſempiternum dominus, ſcilicet humiliter patientes.

e *Quia ſi abiecit.* humiles in conſpectu hominum.

f *Miſerebitur &c.* ſuſcipiens eos honorificè in conſortio angelorũ.

✻ Quis eſt



A a *Mem.* Ex intimis: vel, ex ipſis: vel, ignis ex vltimis interpretatur. Magni enim ardoris eſt ꝓ fide tam fideliter certare, vnde irriſoriè dicit: Quis eſt iſte qui (cũ ſit cinis & puluis inflatus ſpiritu ſuo) de immenſo & de incircũſcriptibili audet diſputare, & nos (qui tanq̃ filij flagellamur, ne cũ hoc mũdo dãnemur) ſubſannare, acſi patiẽter dicat: Omnia fiũt iuſto & vero iudicio Dei, & quęcunq; ſuperius lachrymando ꝑtuli : magis ex fonte pietatis quã ex ꝑiudicij querimonia dixi: qđ ex intimis viſceribus fluxit, qa ignis charitatis ex intimis medulis exarſit. de quo ſuprà : De alto miſit ignem in oſſibus meis, quẽ.ſ. venit mittere ĩ terrã, & vult vt ardeat, & noſtra peccata cõſumat, & intimis viſceribus , ſuæ cognitionis ardorem infundat: vt citiſſimè cor noſtrũ ſcripturæ ſacræ fontẽ hauriat, q̃ ſalit in vitã ęternã. vñ : Nõne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis. Hoc igne exurit̃ ſe. lignũ ſti. & plũbũ iniq̃tatis . Hoc igne inardeſcimus, vt ꝓ fide certantes dicamus: Quis eſt iſte q̃ dicit, vt fieret do. nõ iubente? Ex dñi miſericordia præſtant̃ (alias patrantur) bona , & ex Dei iudicio fiunt mala, vt nec malus ius querelæ habeat. vnde ſequitur:

b *Quid mur. hõ.* i. peccatorum. vel vir viuẽs. i. iuſtus. de quo dr̃: Iuſtus ex fide viuit. Hinc Paulus ait : O homo tu quis es, q̃ rñdeas Deo, &c. Q. Quid dicturus eſt homo ꝓ peccatis ſuis , cũ oẽ os obſtruat. Nõ potes dicere Deũ non curare mortalia, cũ ab ipſo ſũt vel bona vel mala, oĩs iniquitas oppillabit os ſuum. Hęc cõfeſſio eſt ex intimis, vel ex ipſis viſceribus: hãc oſtẽdit ignis ex intimis medulis: Non hẽt vir viuens. i. iuſtus ex fide quid dicat, multò minus peccator & impius. Vnde vigilanter ait :

c *Vir pro pec. ſuis.* Vir indicat ſexũ , homo cõem nãm. Aliud eſt ex natura, aliud ex gratia, vt nec homo q̃ ex ꝓpagine pri-

B mæ naturę flagellat̃, neq; vir q̃ grã diſcernit, habeat contra figulum quid querat̃. vñ Iob ait (licèt excruciatus tormẽtis) Sit nomen dñi benedictum , ſicut placuit dño, ita factũ eſt.

d *Nun.* ſempiternũ vel paſcua q̃ eſt Chriſtus. de quo dr̃ : In loco paſcuę, ibi me collocauit. Ipſe nos reficit bonis paſcuę ſuæ, & diuinis ſacris ex vbertate agri pleni, cui bñdixit dñs. In hac paſcua ſcripturarũ ſunt myſtica ſacra , pro q̃bus dr̃: Scrutemur vi. no. &c. Tria facere debemus, ſcrutari, q̃rere, reuerti. Quæramus qđ facti ſumus , qđ fuerim⁹, qđ debeamus eſſe, vt perſpectis his cõpulſi ad dñm reuertamur. ad quod nos litera Nun inuitat, quæ principiũ interpretat̃. vnde vnicus patris ait: Ego principium q̃ & loquor vobis. Hæc. n. litera ẽt vnicus interpretat̃, qui verũ principium, & verũ pabulum. Sunt quoq; ſcripturæ paſcua, q̃bus paſcimur & inſtruimur: ſed vnicus , paſcua ſpũalis , ad quem leuare debemus corda noſtra cum manibus in cęlum vbi vera paſcua. Et notandum, ꝙ corda ſine manibus nõ leuantur , neque manus ſine cordibus , vt integritas fidei nos cõmẽdet Deo & operatio . Vera enim fides eſt quæ per dilectionem operatur, ſicque recolentes paupertatẽ noſtram dicamus Deo:

e *Nos inique*

a ¶Quam ſtultus, quam audax cum ſit puluis, & cinis. ¶A perſona aduerſariorum.

a Mem. Quis eſt iſte qui dixit † vt a

a ¶Aliquid. b ¶Quo iuſte diſponente omnia fiunt.

fieret, domino non iubente? b

a ¶Quaſi : Sine Dei diſpoſitione fluctuant omnia mortalia.

Mem. Ex ore altiſſimi non egre c d

dient nec bona nec mala. Mem.

a ¶Contra Deum. b ¶Humus peccator. c ¶Fide.

b † Quid murmurauit homo ui- e

a ¶Non fœmina, diſcretus gratia. b ¶Defendendis. c Ex ſe. d ¶Sempiternum vel principium, vel paſcua, vel vnicus.

c d uens, uir pro peccatis ſuis? Nun. f

a ¶A propria perſona. ¶Diligenter. ¶Scito teipſum, attende tibi. b ¶Actiones. c ¶Diligenter.

Scrutemur vias noſtras, & quæ- g

a ¶Pœnitendo. b ¶A quo receſſimus per peccatũ.

ramus & reuertamur ad domi- h

a ¶A limo terræ. b ¶Integritatem fidei.

nũ. Nun. Leuemus corda cum i k

a ¶Operimus.

manibus ad dominũ in cęlos.

a ¶Quaſi: Culpa noſtra eſt, non tua. b ¶Contra proximum.

e Nun. Nos inique egimus, & ad l

a ¶Quod eius eſt.

iracundiã prouocauimus: idcir m

a ¶Pro tantis peccatis. b ¶Audi vel firmamentum vel adiutorium.

f co tu † inexorabilis es. Samech.

e *Nos inique egimus.* & (quod peius eſt) ad iracũdiam prouocauimus, idcirco tu inexora. es. Omnis ſcripturarum doctrina horum trium verſuum intelligentia redditur, vt ſcrutemur vias, id eſt actiones: & quæramus quid fuerimus & qđ ſimus, reuertamur ad dñm pęnitentes à quo diſceſſeramus peccantes, magnum eſt vnicuique ſeipſum noſcere. vnde Moyſes: Attende tibi ne fiat verbum abſconditum in corde, attende tibi, non diuitijs tuis , non poſſeſſionibus , non viribus, ſed animo & menti. vnde facta & conſilia & cogitationes , ibi te attende, vbi potior es . Hoc Apollinis aſſignat fabula Gentilis quaſi huius ſententiæ autor fuerit, qua dicitur : Scito teipſum . cùm de Moyſe tranſlata ſit, qui prior fuit. Hinc quoq; Salomõ : Si ignoras te ò pulchra inter mulieres , egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum . Notandum quantùm vir videns paupertatem ſuam, flagellis eruditus profuerit, poſtquam ad Zain literam venit: & duc te audiuit, & graue iugum ſuper ſe tulit, & ſedit ſolitarius. vbi alto ſilentio videns cognouit, quòd noſtra ſalus ſit vt ſcrutemur vias noſtras: quia lubricæ & tortuoſæ ſunt maximè in adoleſcentia . vnde præuenire oportet correctione annos iuuentutis, dicens: Domine paſcis me à iuuẽtute mea, & nihil mihi deerit : in loco paſcuæ ibi me collocauit. Hæc ſunt vera paſcua vitæ, vbi vnicus patris paſcit inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Hoc autem nobis ſubſidium eſt. Leuemus ad eum corda noſtra cum manibus , dicentes : Delicta iuuentutis meæ , & ig. me. ne me. quia grauiora ſunt ſenectutis quàm iuuentutis vulnera . vnde ait : Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Senibus remedium eſt peccare deſinere, ſed ſtimulant eos peccata, exagitat conſcientia, & cõſuetudo peccati inſtabiles facit. Leuemus ergo corda noſtra cum manibus ad Deum : quia Deũ ad iracun. prouo. quia ꝑterita abundant, præſentia peccata non ceſſant, aliter enim inexorabilis eſt. non ꝙ veniæ clauditur ianua, niſi noſtra claudat̃ malitia. vnde rectè Samech ſequitur, quæ audi, vel firmamentum, uel adiutorium interpretatur: quod ipſe textum indicat.

Marginal notes: Deu. 30. c. — † ꝙ aliqđ factum ſit — Noſce teipſum, à quo primo dictũ. — Can. 1. c. — Pſal. 22. a. — Pſal. 24. b. — Supra eo. — C — D

Allegoricè. f *Samech.* Allego. Audi uel firmamentum uel adiutorium: Dominus deſtruxit regna diaboli, quæ in monte ſibi oſtendit, & aduerſarias, poteſtates perdidit, & à quibuſdã qui mẽbra ſunt huius capitis abſtulit adiutorium: & inter eos, & prædeſtinatos ad vitam ſtatuit chaos magnũ, qui iuſto Dei iudicio præordinati ſunt ad ſupplicium. unde: Inter nos &

Luc. 19. g. uos magnũ chaos firmatum eſt . Secundũ hoc à quibuſdã hæc litera interpretatur firmamentum: quia non otioſè dicitur, audi. Hoc enim audiendum eſt aure audiendi, nõ ſenſu communi. Hic quoq; notandum eſt poſt moralem ſenſum quid ſequatur eos, qui peccandi finem neſciunt. Oppo

Iſa. 19. a. Mat. 17. a. Exo. 14. c. ſuiſti nubem tibi, ne tran. ora. Eſt nubes leuis ſupra quam aſcendit dominus : Eſt nubes lucida : Eſt tenebroſa, ſed

quia oppoſita

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quis eſt. *Hic remouetur ſecundus error: Ex hoc enim, ꝙ iuſti in præſenti vita vt frequenter tribulantur & impij proſperantur, crediderunt aliqui ꝙ Deus non haberet notitiã de his quæ fiũt in terra, ex quorũ ꝑſona dicitur Iob. 22. b. Circa cardines cęli perambulat, nec noſtra cõſideret. Sed hoc eſt erroneũ, non ſolum ſecundũ ſanctos, ſed ẽt ſecundum philoſophos. Philoſophus enim. 1. de anima , arguens contra Empedoclem, ducit ipſum ad iſtud inconueniens, ꝙ Deus aliquid ignoraret. ſ. diſcordiam, quod nos cognoſceremus. propter quod dicit Ieremias: Quis eſt iſte qui dixit vt fie. aliquid ſcilicet in terra.*

b Domino non iuben. *id eſt Deo non præuidente & ordinante, & ſimiliter quod ſequitur:*

c Ex ore al. *id eſt ex eius diſpoſitione.*

d Non egre. nec bo. nec ma. *q̃ ſimiliter fiunt in terra: quaſi dicat iſta ſunt erronea. & ideo conſequenter inducit ad tolerantiam aduerſorum quæ à Deo ordinantur ad meritum & præmium electorum di.*

e Quid mur. ho. vi. *afflictus in præſenti ſecundum diſpoſitionem Dei.*

f Vir pro peccatis ſuis. *per pœnam expiandis.*

g Scrutemur ui. no. &c. *quaſi dicat ſi diligenter ſcrutemur conſcientias noſtras, inueniemus plura peccata.*

h Et reuerta. &c. *per pęnitentiam.*

i Leue.

i Leue. cor. no. *in oratione deuota, quæ eſt aſcenſus mentis in Deum, ſecundum Damaſcenum.*

k Cum manibus. *vt ſimul eleuemur mente & corpore.*

Oratio ſecũdum Damaſcenum. l Nos inique egi. *Licèt enim Ieremias eſſet innocens & ſanctus , tamen connumerat ſe Iudæis peccantibus, quia erat de populo illo.*

m Idcir. exa. es. *nõ ex defectu tuæ pietatis , ſed ex actu nr̃æ iniquitatis.*

¶ a Operuiſti

## MORALITER.

✻ a *Quis eſt &c.* Hic remouet̃ error eorũ q̃ dixerũt diuinã ꝓuidẽtiã ſe non extẽdere ad hæc inferiora . & ſic dicebãt quod ſequitur.

c *Ex ore alt. nõ egre. &c.* qđ falſum eſt. nã ex eius ꝓuidẽtia & ordinatione ꝓcedũt oĩa bona & ẽt mala pęnę. & ſic dr̃ Amos. 3. b. Nõ eſt malũ in ciuitate qđ nõ fecerit dñs. ideo cõtra prædictos ſubdit̃:

e *Quid mur. h. &c.* detrahẽs ꝓuidẽtiæ diuinę. nã & Philoſoph⁹. j. de aĩa hẽt ꝓ incõueniẽti, ꝙ De⁹ aliq̃d ignoret, qđ nos ſciam⁹, iõ ſequit̃.

g *Scrutemur vias no. &c.* q. d. ſi bene conſideremus facta noſtra , inueniemus quod mala pęnæ inflicta ſunt nobis à Deo & iuſtè. Et quia vexatio dat intellectum ſubditur :

h *Et reuertamur ad d. &c.* Nos iniquè egimus contra te domine.

m *Idcirco inexorabilis es.* non ſimpliciter , ſed ad tempus, quouſq; appareat iuſtitiæ decus.



✻ Oppoſuiſti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

a ¶Cęcitate. b ¶Plaga diſperſionis.
Operuiſti in furore, & pcuſſiſti: a b
a ¶Spiritualem legis intellectum abſtuliſti. b ¶Omnibus bonis ſpoliaſti.
occidiſti, nec pepciſti. Samech. c d
a ¶Peccatorum quę contra nos clamat. b ¶Ad te.
b Oppoſuiſti nubem tibi, ne trãn e f
a ¶Noſtra. b ¶De terra viuentium.
c ſeat oratio. Samech. Eradicatio- g
a ¶Contra indignos. b ¶Chriſtum.
nẽ & abiectionẽ poſuiſti me in h i
a ¶In manifeſto. ¶Fons vel oculus.
medio populorũ. Ain. Oculus k

E quia oppoſita plãgit, dẽſitatẽ peccatorũ ſignificat. Colũna nubis q̃ excludebat Aegyptios, claudebat Hebræos: his lux Exod.10.f. Iſa.8.c. erat, illis cęcitas. Nubes quoq; corporis Chriſti: lux credẽtibus, cęcitas nõ credẽtibus: & petra ſcãdali, & lapis offenſionis, vt operiret in furore.i. Deũ in hoĩe latẽtẽ occultaret: pcuſſiſti † vulnere infidelitatis.ſ. occidiſti.i. ĩpenitẽtes feciſti: nec peperciſti.i. ſeueritatẽ iudicij exercuiſti. Hęc nubes oppoſita eſt: hãc nõ pt tranſire orõ, dũ Rom.11.c. cęcitas eſt in Iſrael. Idcirco Chriſtꝰ eradicatio & indignatio poſitus eſt. ſ̃m illud: Propterea Deꝰ deſtruet te in finẽ Pſal.51.a. Rom.11.d. e.t.&c. Iõ hęc lr̃a interp̃tat̃ audi. Quia incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, vt oẽs.ſ. corde audiãt & intelligãt. vñ ſuprà ſub eadẽ litera: Lacũ calcauit dñs Sup.5.c. iugũ filię Iuda: qñ.ſ. lacus factus eſt Iudęis paſſio ſaluatoris, & gẽtibus portꝰ ſalutis. Crux.n. dñi infidelibꝰ ſcopulꝰ, fidelibus portus. iõ p̃mittit̃: Audi vt futura cognoſcas, quia torcular vt lacus quem calcauit dñs: ideo calcatus eſt, vt ex paſſionis prælo fides gentium clareſceret, & fex infidelitatis in amurcam tranſiret. Myſticè. Samech, audi, vel firmamentum, vel adiutorium interpretatur, qui ſenſus verbis ſequentibus declaratur.

b *Oppoſuiſti nu.ti.* Qui.n. p̃terita nõ plangũt: & nouis pc̃tis p̃uocant Deũ, quotidie delinquẽdo inexorabilẽ reddũt. Qđ Sup.1.c. ſuperiꝰ ſub eadẽ litera plãgit̃: Abſtulit dñs oẽs fortes meos de medio mei, &c. Non.n. tũc abſtulit oẽs fortes, qñ populꝰ in Babylonẽ ductus eſt, ſed qñ Chriſtꝰ venit, & tp̃s viſitationis ſuę Iudęa nõ nouit, & noluit captiuã erigere ceruicẽ, & fidei ſuſcipere lucẽ, iõ Chriſtus eradicatio & indignatio poſitus eſt in medio pp̃lorũ. vñ: Ego veni, vt vidẽtes nõ videãt, Mar.4.b. Luc.2.e. & q videt, cęci fiãt. Et: Ecce hic poſitus eſt in ruinã, & in re. mul. & in ſignũ cui ꝯdicet̃. Meritò ergo ſublatũ plãgit̃ adiutoriũ, qđ indurato corde relinquit̃. vñ rectè dr̃: Ecce ꝯſtitui te hodie ſup̃ ge & ſup̃ re. vt euel. & de. Quatuor triſtib. duo Iere.1.b. lęta oppoſuit, nõ.n. ędificant̃ bona, ſi nõ deſtruantur mala.

c *Eradicati.* & indignationẽ plangũt.ſ. ſe poni in medio pp̃lorũ. qa Iudæi q in Chriſti paſſione aberrauerũt, indignatione p̃petua digni ſunt eradicari de terra viuẽtiũ. iõ p̃pheta quatuor ĩducit: Operuiſti ĩ furore, p̃cuſſiſti, occidiſti, nec F peperciſti. In furore.n. ſuo, velamẽto cęcitatis faciẽ Iudęorũ 2.Cor.3.c. operuit, ne agnoſceret̃: qa velamentũ poſitũ eſt ſup̃ faciem Moyſi vſq; hodie, dũ legit̃: Percuſſit eos plaga diſperſionis, nec ſenſerũt. occidiſti.i. ſpũm vitę abſtuliſti, quẽ in lege nõ intelligũt. Nec peperciſti, qa à gr̃a, à tẽplo, à lege, à ſolo patrio, & ab oĩbus expulit ſcr̃is. vñ nubes pc̃torũ oppoſita plãgit̃, ne oratio ad Deum ingrediat̃. Hic nimirũ locus & de p̃ſona Chriſti legit̃, & de Ieremia, qui excelſus domini ſonat.

a *Operuiſti in fu.* Moral. Plangit animã peccatorũ caligine & Moraliter. ĩniq̃tatis operiri, & p̃cuſſam, & occiſam iudicio Dei p̃euntẽ vulnere prauitatis: Nubes delictorũ oppoſita plãgit̃, q̃ magis ꝯ nos orare q̃ Deũ exorare credit̃. vnde: Vox ſanguinis Gen.4.b. fratris tui Abel clamat ad me de terra. quã.ſ. cogitatio terrena & delictorũ immanitas facit, ne poſſit nr̃a orõ ad Deum trãſire, ne ipſe orãtibus parceret, qa clamor terrenus opponit̃. Vſq; ad finem huius alphabeti luce clarius refertur paſſio domini, quid Ain ergo litera ſignificet, videamus.

d *Ain.* fons vel oculus dr̃, qa ſicut de fonte fluuius, ſic de viſione oculorũ bona vel mala gñant̃. Cũ ad bona aperiunt̃, Gen.3.b. Supra.1.f. fons iuſtitię: cũ ad mala, ſicut Adæ aperti ſunt, fons ſunt & origo malorũ. vñ ſup. ſub eadẽ litera: Oculus meus dedu.aq. lon.ſ. eſt à me conſo. &c. Vbi patet, qđ nõ ſe captiuũ deplorat, ſed pp̃lm de conſolatione Dei derelictũ. Q. verè dolẽda eſt captiuitas. Inde quoq; nũc afflictus plangit̃ oculus, nec tacuiſſe, nec requieuiſſe. Ibi.n. nulla quies, vbi ſpũſſancti cõſolatio deeſt. Vnde q ab eius ſanctificatione receſſerũt, nullã ſabbathi requiẽ inuenerũt, in quo requieuit Deus. Hanc Matt.10.c. captiuitatẽ p̃pheta p̃uidens luget. Sed quia afflictus nõ tacuit, & p̃ſeuerauit, reſpexit dñs de cęlis. Qui eñ p̃ſeuerauerit uſque rit vſq; in finẽ, ſaluus erit. Oculus me. depræ. eſt ani. euidenter futurũ iudiciũ enuntiat, & pręuidens, q̃ futura ſunt ciuitatibus Iudę, imbre lachrimarũ manat. Pręuidet.n. obſtinatã plebẽ, q̃ negatura erat p̃priũ autorẽ: Oculus aũt animam deprædatur, qñ oĩs doloris affectus effundit̃, & languor & ardor animi in lachrymas liquat̃, qñ quicquid eſt in aĩa ſicut de fonte riuus effluit. vnde: Defecit in ſalutari tuo aĩa mea. Et, Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum. aĩa eñ depręda̅t ab oculo, vt ſuo creatori hæreat de ſe diffiſa, in illo confiſa. Deficit vt in ſpũ trãſeat, & ſit vnus ſpũs cũ Deo, ideo dr̃ oculꝰ ſingulariter, non oculi: vt cũ Deo vniat̃. vnde: Vulneraſti cor meũ in vno oculorũ tuorũ. Chriſtus.n. ĩ vno oculo vr̃. Alij ſunt oculi carnis qui aperiunt̃ ad malũ: Alij mentis qui tranſeũt in vnũ, vt ſit vna mẽs cum Deo. Alij oculi eccleſiæ, q̃ habet duos oculos, moralẽ & myſticũ. Myſticus acutior, moralis dulcior: ita oculus Chriſti amore repletus, aĩam deprædat̃ in cunctis filiabus vrbis meæ p̃ ſingulas delictorũ afflictiones & æternæ vitæ cogitationes.ſ. deprædat̃. Ideo aũt hæc litera fons vel oculus interpretatur, quia nec oculus ſine fonte, nec fons ſine oculo dilectionis manat. Debet eñ quiſq; peccator fonte lachrymarum rebaptizari: qui nutritur oculo ſanctæ contemplationis. Ain. Fons vel oculus interpretatur. vnde:

e *Ocu. me. af. eſt nec ta. eò qđ nõ eſ. requies. Ocu. dep. eſt an. m.* cuius.ſ. officiũ eſt qđ viderit nuntiare. Chriſtus quoq; alijs in ruinã poſitus eſt, alijs in reſurrectionẽ. In hac litera oculorũ declarant̃ officia, vt ſic.ſ. defleant p̃ peccatis vel deſiderio cęleſtis gratiæ: Hi ſuauibus delectantur, aſperis oſtenduntur. vnde Ennon oculus ſuppliciorum dicitur, vel tentationis, vel hędi, vel vitulæ, vel generationis, vel fons generationis, vbi.ſ. Iohannes baptizabat: vt eorum afflictione per fontem generationis renati tranſirent in adoptionem filiorum Dei. & hoc eſt: Oculus meus af. eſt doloribus, id eſt afflictꝰ ſum: nec tacui. lachrymæ enim à maxilla aſcendunt in cęlũ. Oculus tentationis dicitur: quia per eum ſemper tentamur. vnde: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, &c. Nõ dixit ſimpliciter: qui viderit mulierem: ſed addidit, ad concu. &c. vbi oculum abſoluit, mentem ligauit. Nec dixit, mœ H chatus eſt in oculo, ſed in corde. Oculus uerò eſt hædi: qui ſcilicet ad ſiniſtram eſt. Peccator enim quæ à dextris ſunt, videre non poteſt. Vnde: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Eſt oculus vitulæ, quando aſſiduo loro uitulæ peccatores iniquitates trahunt. Et oculus generationis aut fons generationis, quia ex conſpectu oculorum aut bona aut mala generãtur. Et eſt oculus ſuppliciorum, quia renatus peccatorum ſuorum ſupplicia corde pauido perhorreſcit. Idcirco Ain oculus uel fons dicitur. Hiſtoricè. Phe, oris interpretatur, vel erraui uel os aperui. Cui alludẽs propheta ait:

f *Aperuerunt ſu.* Sic quoq: in pluribus literis interpretationibus alludit: ut literæ ſenſum uerborum, & uerba ſenſum literæ expediant. Vnde ſe erraſſe ſecundum ſenſum literæ oſtendit dicens:

g *Formido & la. fa. eſt no.* Erroris autem fuit, uaticinationem prophetarum & contritionem cordis eorum quæ pęnitentiam ſuadebant, non errorem reſpuere: unde formido infanabilis & laqueus accidit. Propheta quidem non errauit, ſed populi uoce gemit, cui cõtritio & uaticinium laqueus & formido fuit. unde ait:

h *Diuiſiones aq. ded. oc.* Alia uerò eſt cõtritio p̃phetarũ deuotione diuinę inſpirationis: alia eorũ qui pro peccatis afflicti ſpũ uexant̃ erroris. Deus.n. cor contritũ & humiliatũ non ſpernit, niſi prius uaticiniũ & cõtritionẽ prophetarũ p̃ ipſis gementium & mœrentiũ ſpreuiſſet, ideo uaticiniũ eis laqueus eſt: quod in paſſione dñi ei accidiſſe nulli dubiũ eſt. Aperuerunt ſuper. Allegor. Chriſti & membrorũ eius uox inimicis

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Oper. *Hic reuertit̃ Iere. ad lamẽtandũ ſuã & populi miſeriã, dicẽs: Operuiſti.ſ. nos multitudine aduerſariorũ. In furo.i. vindicta tuæ iuſtitię.*
b Et percuſſiſti. *nos fame.*
c Occidiſti. *gladio aduerſariorum.*
d Nec peperciſti. *propter defectum meritorum noſtrorum.*
e Oppoſuiſti nu. t. *i. peccatorum noſtrorum caliginem conſideraſti.*
f Ne tran. ora. *q.d. ex hoc noſtra oratio fit inexaudibilis coram te.*
g Eradicationem. *à Iudæa.*
h Et abiectionem. *in terra aliena.*
i Poſuiſti me in medio. *ſecundum ordinem tuæ iuſtitiæ.*
e Aperuerunt ſuper nos &c. *maledicendo & conuitiando.*

¶ a Formido

## MORALITER.

✻ d *Oppo. nu. t.* ſ. peccatorum noſtrorum caliginem.
f *Ne t. o.* ſ. noſtra ad habendum effectum donec fiat iuſtitiæ cõplementum. ideo ſubditur:
g *Eradica. & indi.* i. me eradicatam, & tua miſericordia indignam oſtendiſti. Et ſequitur poſtea. Donec reſpiceret & videret do. id eſt donec tu domine velles exaudire.
K *Oculus m.* hoc exponi p̃t de inſolẽtia clericorũ, vt dicat eccleſia:
c *Ocul. meus depręd. eſt. ani.* Oculus eccleſiæ debet eſſe clerus: qui tamen deprædatur caſtitatem mulierum quaſi vbicunque eſt habitatio clericorum: Et quia inde ſurgit infamia clericorum, ſubditur:
e *Aperue. ſu.* Nam inde infamatur eccleſia. ideo ſubditur:

✻ Formido



a ¶Dolore captiuitatis. b ¶Lachrymæ apud Deum pondera vocis habent. c ¶Quia Deum amiſerunt, qui in ſabbatho requieuit.
meꝰ †afflictus eſt, nec tacuit, eò ꝙ a
a ¶Qui perſeuerauerit vſq; in finem ſaluus erit.
non eſſet requies. Ain. Donec re- b
a ¶Oculis miſericordiæ.
ſpiceret, & videret dominꝰ de cę
a ¶Singulariter quia ad vnum tendit. b ¶Omnia extrahendo in Deum.
lis. Ain. Oculus meus †de præda- c
tus eſt animam meam in cunctis d
a ¶Afflictionibus delictorum. ¶Cogitationibus æternæ vitæ. b ¶A perſona aduerſariorum. ¶Vox prophetæ & populi. ¶Quaſi leo.
filiabus vrbis meę. Phe. Aperue- e
a ¶Deuorandos. b ¶Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. ¶Viſibiles & inuiſibiles.
runt ſuper nos os ſuum omnes
a ¶Vox ſolius populi. ¶Ne impleretur, in Chriſto. b ¶Cauſa captiuitatis.
inimici. Phe. Formido & laqueus f
a ¶Quæ debuit iuuare. ¶Chriſti. ¶Prophetarum.
facta eſt nobis † vaticinatio & g
a ¶Eorum. b ¶A propria perſona. c ¶Ad abluenda crimina vel amoris vulnera mitiganda.
a contritio. Phe. Diuiſiones aqua- h
rum †deduxit oculus meus in
a ¶Spirituali captiuitate. b ¶Conſolatio vel iuſtitiæ. ¶A perſona aduerſariorum.
b c contritione filiæ populi mei. Sa-
a ¶Deceptione.
d de. Venatione ceperunt me qua- i
a ¶De qua: Semitam ignorauit auis. b ¶Iudæi. c ¶Sine cauſa. ¶Res turpes & humiles & indignę.
ſi auem inimici mei gratis. Sa-
a ¶Torcular paſſionis. de quo: Torcular calcaui ſolus.
e de. †Lapſa eſt in lacum vita mea, k
a ¶Qui aduolutus eſt ad oſtium monumenti. b ¶Vt non reſurgerem.
f & poſuerunt lapidem ſuper me.

A inimicis formido, facta eſt vaticinatio prophetarum, quam timebant ne impleretur in Chriſto. Ita quoq; paſſio & cõtritio & humilitas Chriſti, fuit infidelibus ruina. vñ Dauid (quaſi ipſius literæ ſono) quia: Os meum aperui & at.

a *Diui. aqua. &c.* Vñ in Euang. Si nõ veniſſem, & locutus eis nõ fuiſſem, pc̃tũ non haberent: nunc autẽ inexcuſabiles ſunt, quaſi laqueus factꝰ eſt eis vaticinatio: vñ ſuprà quoq; ſub hac litera lachrymabilis quærimonia exponitur. Expandit Sion m. &c. quaſi dignã remunerationem erroris accepit, quia expãdentẽ manus in cruce neglexit audire, et a lis eiꝰ ſuccedere.

b *Qui veſcebantur &c.* Hiſto. Luce clarius Iudęorũ perfidia reſeratur, quorũ obſcuratum eſt aurũ, mutatus eſt color optimus, quẽ habuerunt in patriarchis & in prophetis: & diſpſi ſunt (ſicut hodie cernimus) in capite omniũ platearum. Et quamuis inclyti & amicti auro primo, ſ m prærogatiuã pa- F trum, reputati tñ ſunt in vaſa teſtea lamijs ſęuiores, & ſtruthionibus, quorum perfidia lactentes ſiti defecerunt, & paruuli fame perierunt, vt q veſcebãtur voluptuosè in vijs Dei, interirẽt fame, quia omnia ſcripturarum myſteria, in qbus veſcebantur voluptuosè prophetæ & patriarchæ obſtinanter eiecerunt, & negauerunt Chriſtũ eſſe Dei filium, qui eſt principium omnium viarum, & ideo in vijs ſeculi interierunt. vñ ſeqt̃: Qui nutrie. in croceis amp. ſunt ſter. Croceus color eſt igneus, quo deſignat̃ ignis ſpiritusſancti, quo corda inflammantur. In croceis hmõi ſancti patres enutriebantur ſacramentis gratiarum, ſed filij dñm abnegantes amplexati ſunt ſtercora. *Phil. 3. b* de quibus Apoſtolus: Omnia detrimentũ feci, & arbitror vt ſtercora: ſenſum. ſ. legis literalem, quem catholici abijciunt, vt lucrifaciant Chriſtum volentes habere iuſtitiam, quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti: cui Iudæi non ſunt ſubiecti, qui iuſtitiam ſuam volunt conſtituere, & literam legis defendere. In obſidione quoq; pro cibo amplexati ſunt ſtercora, vt pretio detraherẽtur ſtercora columbina, nec tñ *Moraliter* ad dñm redierunt. Qui veſce. &c. Moraliter. virtutes animæ voluptuosè veſci, & in croceis nutriri videntur, cùm dilectione Dei & proximi affectæ ſatiantur & illuminãtur. Color enim croceus claritatem dilectionis deſignat. Cùm autem charitas amittitur, reliquæ virtutes amplexantur ſtercora: quia de bono Dei & proximi odore dilectionis tranſeunt ad fœtorem prauitatis. vnde Paulus: Si charitatẽ non habuero, factus ſum velut æs ſonãs, &c. Qui veſcebant &c. Allegori. Delinquentes deplorat eccleſia, qui charitatem, & cęteras virtutes in quibus quaſi in croceis nutriebãtur, derelinquentes, ſtercora delictorum amplexãtur. vnde: Computruerunt iumenta in ſter. ſuo. In ſtercore quaſi iumenta computreſcunt qui in fœtore luxurię ſuæ ſecundũ deſideria cordis flagitijs deſeruiunt: Quia verò ſunt plerique qui ad pœnitentiam non redeunt, plangit eos eccleſia, qa plangere neſciunt & amore peccandi ſtercora amplexari non deſinunt.

c *Et maior eſſe. &c.* Hiſto. Per exaggerationẽ ſcelera ſynagogę, & miſeria deplorantur, ſ m illud: A planta pedis vſq; ad verticẽ non eſt in eo ſanitas. Peccatũ Sodomorũ ſ m Ezechielem, ſuperbia fuit abundantia, ſaturitas panis & otium, quia & egeno & pauperi non porrexerũt manũ. vnde hic quoq;. Et non cepe. in ea manus, aliquid boni ſubaudi, ad comparationem ſcilicet mali quod geſſit, cui dicit: Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua ex te: quæ, ſcilicet mandata Dei accepiſti, & facere iuſſa Dei cępiſti: ſed poſtea contempſiſti, vt vinceres Sodomam peccatis tuis, quæ ſubuerſa eſt in momento, quantò ergo ſynagogę pœna grauior quæ ſceleroſior. Et maior eſt. Moraliter. ſcelera animæ planguntur, quæ in hypocriſim labitur, cuius maior eſt iniquitas peccato Sodomorum: quæ mala deaurando tegit, bona fraudulenter facit. vnde: Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum. Sicut populus in ſeſe erigitur, ita mores, & actus hypocritarum contra ſe confligunt, & bona quæ agunt, peiora ſunt vitijs Sodomorum: quia cùm ſpiritus immundus exierit ab homine, ſi reuerſus fuerit cũ ſpiritus nequioribus, fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Spiritus ab homine egreditur, quando in Chriſto renaſcitur. Regreditur, quando inuenit animam à bono opere vacuam, per hypocriſim à ſordibus mũdatam, & ſimulationibus ornatam, tunc populo immundorũ ſpirituum, & turba vitiorum anima repletur, & maior eius iniquitas peccato Sodomorum efficitur: iniquitas filiæ popu. vitiorum. ſ. & operi, & non mittitur manus ad fructum boni operis, exterius ornata falſis bonis, intus repleta vitijs. vnde ſequitur: Candidiores Na. eius niue &c. Alleg. Maior eſt &c. Plangit eccleſia pctĩ populi, quaſi maiora peccatis Sodomorũ. Videmus eñ, q fides & iuſtitia terram reliquerit, humanitas & benignitas nulla ſit, diſcordia & concupiſcentia orbẽ incẽdunt, & irę & inuidię flamma vorax, rapinis & fraudibus eccleſia populatur, pauperes exoſſantur, iam iacet terrarũ orbis in vepribus incultus, legũ iura pro fabulis habentur, diuina & humana faſq; nefaſq; cõfundunt: quotidie innumera mala cumulãtur. Maior ergo iniqtas noſtra, q̃ eorũ q viã veritatis non agnouerũt, & ideo minora ſupplicia meruerũt, quæ in momento ſubuerſa eſt. Momentũ eſt omne quod viuimus, & quotidie peccando quaſi in momento ad pęnã ſubuertimur, q deteriora meremur, q theſaurizamus nobis iram in die

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Quaſi ſtruthio in deſer. *Quæ ponit oua & abſcondit in arena, & ſic dimittit, nec eſt ſolicita de fotu ouorum, nec de eductione pullorum, & ſic erant matres in obſidione Ieruſalem reſpectu filiorum, ideo ſubditur:*
*b* Adhęſit lingua lacten. *i. lac ſugentis, ſicut dictum eſt ſuprà. 2. ca.*
*c* Ad palatum eius in ſiti. *i. ex nimia ſiti quæ deſiccat linguam.*
*d* Paruuli petierunt pa. *à patribus & matribus.*
*e* Et non erat &c. *Ex cauſa prædicta.*
*f* Qui veſcebantur voluptuosè. *Ante obſidionem.*
*g* Interierunt in vi. *Fame dum quærerent panem.*
*h* Qui nutriebantur in croceis. *i. in veſtibus ſuauibus & pulchris. vnde in Hebræo habetur: In ſcarleto.*
*i* Amplexati ſunt ſtercora. *In Hebræo habetur, Fimos, ſicut pauperes in hyeme qui veſtimenta non habent, inuoluunt ſe fimo.*
K Et maior ef. *Quia idololatria quæ vigebat in Iudæa, cùm ſit directè contra Deum grauius peccatum eſt, quàm Sodomia. Ra. Sa. exponit hoc de grauitate punitionis, vt ſit ſenſus: Et maior effecta eſt iniquitas &c. i. grauius punita quam iniquitas Sodomorum. Et ſubditur ad hoc duplex ratio: Prima cum dicitur:*
*l* Quę ſubuerſa eſt. *i. non habens longum cruciatum. ſicut Iudęi in Ieruſalem obſeſſi. Secunda cùm dicitur:*
*m* Et non cępe. in ea manus. *ſ. aduerſariorum. Sodoma. n. fuit ſubuerſa per Angelum, & ſic bona ciuitatis non rapuerunt ſibi aduerſarij: ſed bona Ieruſalem rapuerunt ſibi Chaldæi totaliter, & hæc fuit vna pœna Iudæorum, ſcilicet quòd aduerſarij ſui gauderent dę bonis eorum.*

¶ a Candi-

## MORALITER.

✻ b *Adhæſit lin. la. &c.* i. nouitij ex defectu boni nutrimenti. Et quia non ſolùm nouitij malis exemplis talium pereunt, ſed etiam aliqñ iuuenes profeſſi, qui prius fuerant bene nutriti. Sequitur:
f *Qui veſcebantur voluptuo. &c.* Sequitur:
i *Amplexati ſunt ſter. &c.* id eſt aliorum mala exempla.
K *Et maior effecta eſt iniquitas &c.* Inquantum directius opponitur charitati.

✻ Candi-



a ¶Quia manus non extendit ad pauperes.
b ¶Primus conqueſtionis locus. Indignatio iudicis contra aduerſarios excitatur, cuius Nazarei affliguntur. ¶Florentes, vel ſancti.
a manus. Zain † Candidiores Naza- a
a ¶Contemplatiuis. b ¶Actiuis.
rei eius niue, nitidiores lacte, rubi- b c d
a ¶Antiquorum patrum fortitudine & ſpirituali feruore.
cundiores † ebore antiquo, ſapphi e
a ¶Amiſſo candore, quia præſumit de ſe. vnde: Noli eſſe nimium iuſtus. quia prius in anguſta via, quæ ducit ad vitam, nunc ſunt in ampla, quæ ducit ad mortem.
b ro pulchriores. Heth. Denigrata eſt f
† ſuper carbones facies eorũ, & non g
a ¶Infirmitas vitiorum.
ſunt cogniti in plateis. Adhæſit cu- h
a ¶Fortitudini virtutum.
tis eorum oſſibus, aruit, & facta eſt i
a ¶Aridum, inſenſibile, ſterile, inflexibile.
c quaſi lignum. Teth. † Melius fuit k
a ¶Verbo Dei. b ¶Eiuſdem verbi.
occiſis gladio, quã interfectis fame:
quoniam iſti extabuerunt conſum
¶Penuria eccleſiæ: dum prædicatio ceſſat, eccleſia non fructificat.
d e pti à ſterilitate terræ. Iod. † Manus l

die iudicij. A a *Candi. Na. Hiſt.* Secundũ literã pulchritudo Nazareorũ deſcribit̃, qui abſtinentia cãdidi, carne nitidi, facie rubore iucũdi: qui p exaggerationẽ laudant̃, vt eorũ fęditas maior oſtendat̃, quorũ facies fame confecta ſuper carbones denigrata plangit̃, q̃ deformata nõ agnoſcit̃. Alle. Cãdidiores Nazarei, &c. Habet eccleſia Nazareos ſuos niue cãdidiores & lacte nitidiores, p quos abſtinẽtiũ vita ſignat̃. nix. n. de ſupernis, lac de carne quaſi de imis. Per niuẽ ergo cãdor vitæ cęleſtis, p lac tẽporalium diſpenſatio demonſtrat̃. Habet ergo eccleſia Nazareos, q p contẽplationẽ vitã celeſtẽ ducunt: & p actualis vitæ diſpẽſationẽ lacte candidius ad laudẽ creatoris nitent, vt plerũq; eos qui cęleſtẽ vitã tenuerãt, vel terrena bene diſpẽſauerant, virtutũ operibus tranſcendãt. Quia verò p feruorẽ ſpiritus antiquorũ patrũ & fortiorũ vitã ſuperare vñr, rectè adiungit̃, rubicundiores ebore antiquo. Dñ. n. ruboris pulchritudo laudat̃, flãma deſiderij † ſui exprimit̃: Ebur aũt elephantis os eſſe nõ ignorat̃. Sapphiro pulchriores. Sapphirus ætherei coloris ẽ, vbi breuiter tota Nazareorũ vita expreſſa eſt: qa pactionẽ ad ſuperna tẽdẽtes, & per contẽplationẽ pcellentes, patres ſuperare vñr. Sed quia plerunq; inopẽ copia fecit: & felicior homo eſt q̃ expedit: mens ſæpe de ſe pſumens, & vano fauori acquieſcens fuſcatur, & quæ albeſcere videbatur, denigrata ſordeſcit. vnde ſequit̃: Denigrata eſt ſup car.

b *Denigra. eſt. Alle.* Nigri poſt candorẽ fiunt, qui amiſſa Dei iuſtitia ſuã laudẽ q̃runt: quia de ſe pſumant. vnde neſciẽtes ruunt in peccatũ: & poſt ignem mentis ad frigus corporis, poſt candorẽ vitæ ad nigredinẽ adulationis vanę deſcendit. Vnde extinctis carbonibus ſimiles fiunt. pp qđ dr̃: Noli eſſe nimiũ iuſtus. Et non ſunt cogniti in pla. in latitudine. ſ. vitæ ſecularis. Nihil. n. humanę menti anguſtius, quã proprias vo- B luntates abnegare, carnis deſideria frangere, & huiuſmodi: & inde intrare p anguſtã portam. Nihil aũt latius, q̃ proprijs ſeruire voluptatibus, nullis ſubeſſe legibus & huiuſmodi. In plateis aũt ſunt qui ſua quærunt. vnde: Lata eſt. n. & ampla via, q̃ ducit ad mortem. Sed in plateis non cognoſcũtur qui non ſunt qđ videbant, qui aliud erant, & aliud oſtendebãt. vnde ſequitur: Adhæſit cu. e. oſ. Per oſſa fortitudo, per cutẽ infirmitas figuratur. Cutis ergo adhæret oſſibus, qñ infirmitas vitiorum putatur fortitudo virtutum. Hæret cutis oſſibus, dum adulatio pro bene geſtis exterius & intus virtutibus ſociatur, quibus coniunctis merces amittitur. Et quia decepti adulationibus de ſe magna ſentiunt, emendari contemnunt. vnde: Aruit, & facta eſt quaſi lig. Culpa nanq; tãtò inſenſibilior redditur, quanto (quaſi vera virtus) laudatur. vnde & areſcit, quia nulla intus gratia vireſcit, quia multi dum corriguntur quaſi lignum inſenſibiles ſunt, & à rore gratiæ alieni & aridi ſunt: hoc eis contingit, quia altiora ſe appetũt, & ſancti videri cupiũt: ſed occultè vitijs deſeruiũt: hi in plateis cogniti ſunt. Norunt. n. viri ſpirituales, qa aliud ſunt & aliud fingunt. Cãdent exterius niue pulchrius, lacte nitidius, ebore rubicũdius: ſed quaſi lignũ aridũ inſenſibiles ſunt interius: vnde ſæpe nec blãditijs nec minis emendant̃.

c *Ne fuit. Hiſt.* Hoc in vltima captiuitate Iudæi paſſi ſunt, qũ leuius fuit ſubito occiſis q̃ lentis & diuturnis afflictis cruciatibus: qui fame & ſiti & cæteris miſerijs paulatim conſum- C pti ſunt. Melius fuit. Moral. Melius eſt ſenſibus gladio verbi *Moral.* Dei occiſis exterius, viuẽtibus interius, q̃ aggeratis virtutibꝰ ſine pabulo charitatis quaſi fame & ſiti deperire. Sterilitas. n. virtutũ, abſentia charitatis, qua abſente virtutes animæ quaſi inopia veri panis tabeſcũt, ideo ſeptẽ filij Iob tres ſorores ſuas vocãt p conuiuia. Cæteræ. n. virtutes ſine fide, ſpe, & charitate nõ ſatiant̃. vnde: *Iob 1. a* Sicut adipe & pĩguedine repleat̃ aĩa *Pſal. 62. d* mea, &c. Melius fuit, &c. All. Gladio verbi Dei q̃ interfectis fame eiuſdem verbi. Hi. n. occidunt̃, vt viuant: illi interficiunt̃ vt pereãt. Vnde: Aſſumite *Eph. 6. c* gladiũ ſpiritus, qđ eſt verbũ Dei. Eſt aũt gladius quo mors perimit̃, vt vita ſubſequat̃ eius. Eſt alius q pſcidit vitã, occidit animã. de quo: Gladius meus deuorabit carnes. *Iere. 46. d* Et gladius flã meus atq; verſatilis ad cuſtodiẽdam *Gen. 3. d* viã ligni vitæ. Eſt gladius limatus & *Ezech. 21. g* acutus, cui dr̃: Reuertere ad vaginam *Luc. 2. e* tuã. Marię quoq; animã gladius ptrãſiuit, dolor. ſ. de paſſione Chriſti. Sed eccleſia de his gaudet qui gladio verbi occidunt̃. *† Iud. 7. c* De his dolet qui eiuſdẽ fame interficiunt̃. Illos luget quos fame vel ſiti pro ſterilitate terræ cõſumptos nouit. vnde: Mittã in eos nõ fa- *Amos 8. d* mẽ panis neq; ſitim aquæ, ſed audiẽdi verbũ Dei. Hac fame qui perẽptus *† 4 Re. 6. f* fuerit, æternæ morti ſubiacebit: quia nõ in ſolo pane viuit homo. *Deu. 8. a* Sicut. n. ex duabus ſubſtantijs homo cõſtat, ita duabus vitam conſeruat, caro ſuſtentatur corporali cibo, & anima verbo diuino. vnde: Panem noſtrũ *Matt. 6. b* quotidianum da. no. ho. Vtrunq; enim petimus, qui vtroq; quotidie indigemus. Sterilitas terræ, penuria eccleſiæ eſt, quando (magiſtris deficientibus) diuini verbi imbribus non infunditur. Culpam enim ſacerdotum, & inſcientiam, vel negligentiam docendi conſumptio ſequitur plebis.

d *Iod. Hiſt.* principium vel deſolatio. Principium deſolatio- *Hyſtoriè.* nis imminebat Iudæis, qñ vxores eorũ filios ſuos fame & ſi- D ti cõſumptos (q̃ſi p miſericordiã ne diu lãguerẽt, & matres redimerẽt) coxerũt ſibi ĩ cibos. Lege hiſtorias, nec dubitabis hęc Iudæis cõtigiſſe, Romanis circũfurẽtibꝰ obſeſſa ciuitate.

e *Manus mu. Moral.* *Moraliter* Hypocritæ conceptus animi teneros coquunt & comedunt, dũ ſimulatè (quaſi per miſericordiam) laudis vel fauoris gratia virtutes nouiter cõceptas perimũt, & in cibos decoquunt, qui nõ futura, ſed pſentia lucra q̃rũt: & dum virtutũ paſcunt̃ laudibus, quaſi proprios natos fauoris adulatione decoctos comedunt. Qui bene mulieres fuiſſe & talia geſſiſſe perhibent̃, niſi. n. muliebria ſimulatæ virtutis in animo ſectarentur, cõceptus animi ad vitam formati, vanis non exponerent̃ fauoribus. *Allegor.* Manus mu. Alleg. In eccleſia quaſi per miſericordiam filios ſuos decoquũt, qui culmine regiminis ſublimati igne zeli vel inuidiæ inflammat animas ſubditorũ, dũ nimis iuſti videri cupiunt, & tyrãnica poteſtate opprimunt: qui forſitan habent Dei zelũ, ſed non ſecundum ſcientiã. Ita auſteritate dominationis quaſi pro iuſtitia adurunt, & infirmã & carnalem eorum vitã minis, & increpationibus quaſi dẽtibus rodũt. Hæc oĩa in cõtritione eccleſiæ (q̃ eſt filia populi Dei apoſtolorũ. ſ. & ſucceſſorũ) ab eis fiunt, qui ſeculari aut eccleſiaſtica poteſtate tyrãnicè animas exurunt, dũ concupiſcẽtia inflammati filios quos lacte doctrinæ nutrire debuerant, aduſtione afflictionis vexant.

☞ a Com-

## NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Candidiores Nazarei. *ideſt ſacerdotes & Leuitæ diuino cultui deputati, qui erant induti lineis veſtimentis & albis.*
*b* Niue. *Emphatica eſt locutio, ad exprimendam intentionem albedinis, & ad idem facit quod ſubditur:*
*c* Nitidio. la. rubicundiores ebore antiquo. *Hebræi dicunt: Rubicundiores auro.*
*e* Sapphiro pulchriores. *In hoc denotatur pulchritudo ornamentorum maximè ſacerdotum.*
*f* Denigrata eſt &c. *præ fame & miſeria. & ſimiliter eſt hic emphatica locutio ad expreſſionem nigredinis.*
*g* Et non ſunt co. in pla. *i. diſtincti ab alijs communibus perſonis.*
*h* Adhæſit cu. eorum. *propter defectum nutrimenti.*
*k* Melius fuit oc. gla. *ideſt minus malè propter breuiorem cruciatum. vnde Iud. 7. d. dicitur: Sit finis noſter breuis in ore gladij, qui longior efficitur in auiditate ſitis.*
*l* Manus mulierum miſericordium. *ideſt quæ ratione ſexus ſolent eſſe miſericordes.*

¶ a Coxerunt

## MORALITER.

✻ a *Candidiores Naza. eius.* ſcilicet fuerunt per caſtitatem.
c *Nitidiores la.* per honeſtatem.
d *Rubicundiores ebore antiquo.* per charitatem.
e *Sap. pu.* per contemplationẽ, eò q ſapphirus eſt cęleſtis coloris.
f *Denigra. eſt.* ſcilicet modò per infamiam.
g *Et non ſunt co. in pla.* nam effigies patrum deleta eſt in eis.
h *Adhæſit cu.* Talis autem adhæſio fit per abſtractionem carnis quæ eſt in medio: propter quod ſignat obdurationem mentis, per hoc quod deficit teneritudo pietatis.
i *Aruit f.a.* per deuotionis defectum.
K *Me. fuit oc. gla.* i. minus malè. occiſi verò gladio dicũtur qui peccato mortali ſtante tamẽ fide informi dęmonis gladio feriunt̃: mortui verò fame, q pp defectũ ſpiritualis nutrimẽti in fide periclitant̃.
l *Manus mu. mi.* eccleſiæ paſtores debent eſſe matres piè filios eccleſiæ verbo & exẽplo in fide & moribus, & etiam temporali ſubſidio quantũ ad pauperes nutriẽtes: ſed aliqui per contrariũ coquũt eos anxietatis igne, rapiẽtes eorum bona, & inde viuentes nimis lautè.

 ✻ b Com-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Comple.do.Hiſt.* Quia completa eſt malitia Ieruſalem, compleuit dñs ſuper eā furorem ſuum, ſicut cōpleta erāt Amorrhæorū peccata, q̄ñ deleti ſunt. Effundit iram indi.ſuæ. quia & ipſa ſcelera ſua effudit. Deuorauit fun.eius. quia non recepit fundamentum qđ eſt Chriſtus. Vnde: Cum vidiſſet Ieruſalem, fleuit ſuper eā dicens, quia ſi cognouiſſes & tu, quia nō relinquetur in te lapis ſuper la. Compleuit do. Moral. Fundamenta hypocritarum & hæreticorum deuorātur ab igne furoris dñi, in quorum mente dominatur ignis idignationis eius, & ſuper eos cōpletus eſt furor dñi. vnde Iob: Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim. Quamuis.n. videātur operibus firmati & radicati, ſtatim corā Deo ſunt maledicti, quorum corda vanis laudibus & fauoribus inflammantur. vnde ſequitur: Non credi. re.&c. Compleuit. Alleg. Super eccleſiam completus eſt furor dñi, qa imēſuram peccatorum ſuorum impleuit. vnde: Effuſa eſt contentio ſuper principes, & er.ſe.e.&c. Et alibi: Qui ī ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Effudit irā indignationis. quia peccando ſumus effuſi. Succendit ignē in Sion. non qui ſuper apoſtolos de cęlo deſcendit, ſed qui pueros Iob cōſumpſit. Habet.n. Deus ignes varios, quos emittit de theſauris ſuis: Cuius ignis in Sion & caminus in Ieruſalem, alios inflāmat, vt erudiat alios vt exurat. Quibus ſuccenſis oē fundamentū deſtruit, fidem.ſ. integram & verā omnino ſubuerti permittit. Vnde magis noſtras quā Iudæorum miſerias debemus plangere, in quibus ignis concupiſcentiæ ſuccenſus eſt, & cęterorum vitiorū flamma vorax vniuerſos poſſidet, & olla ſuccenſa à facie aquilonis feruet, & fornax Chaldæorum quoſcunq; reperit de Chaldæis incendit.

*Hiſtor.* — *Luc.19.f* — *Moral.* — *Allegor.* — *Pſal.106.d* — *Apoc.22.c* — † Nouerūt ſe vt cæci

F

b *Non cre.Hiſt.* ſecundum literam: Quandiu Ieruſalē auxilio Dei vallata, & præſidio angelorū munita, iudicium & iuſtitiam ſecuta eſt: nec reges terræ, nec habitatores orbis credere poterant, q̄ in eam ingrederetur hoſtis, cuius ſeras portarum dñs cōfortauerat, & fines eius pacē poſuerat. Sed quia auerſa eſt à dño Deo ſuo, cuius muniebatur beneficio, receſſit omne p̄ſidium, & facta eſt præda hoſtium. Non crediderunt reges terræ. Alleg. de quibus dr̄: Aſtiterunt reges terræ, & prin.conue.in vnum, vel dæmones. ſecundum illud: Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates, &c. Habitatores orbis qui neſciunt dicere: Aduena ego ſum, & peregrinus apud te, &c. ſed audiuit: Væ ſuper omnes habitatores terræ. Hi videntes eccleſiā munitam, & auxilio Dei firmatam, non credunt qđ ingrediaī hoſtis per portas Ieruſalem, de quibus dicitur: Qui exaltas me de por.mor.vt an.o.lau.t.in por.fi.ſi.

*Hiſtor.* — *Allegor.* — *Pſal.2.a* — *Eph.6.b* — *Pſal.38.c* — *Apoc.8.d* — *Pſal.9.c* — *Hyſtoricè.*

c *Propter pec.Hiſt.* ſecundum literā pro peccatis ſacerdotum & pſeudoprophetarū, qui ſanguinem innocentē in medio eius effuderunt, q̄ dicta & dicenda ſunt, ciuitati contigerūt. Allegoricè aūt pp iniquitates ſacerdotum & principum eccleſiæ mala crebreſcunt, qui legē in publico peruertunt, iudicia inuertunt, & ſanguinē ſanguini addūt, repleti dolis iuſtos opprimentes, & ſanguinē innocentē effundētes. Non eſt hic exponēdi labor conſumēdus, vel ſenſus tripliciter exponēdus, & in terrena Ieruſalem & in eccleſia, vt vnuſcuiuſq; anima iſta cōmunis eſt ruina.

G

a ¶Prædicatorum fauore vano effœminatorum. b ¶Opinione ſua. ¶Qui ſexus natura miſericors. c ¶Nimis afflictionibus.

mulierum miſericordium coxerunt a

a ¶Subditos vel fœtus animi teneros. b ¶Dum carnalem vitam ſubditorum affligunt, reprehendunt, detrahunt.

filios ſuos: facti ſunt † cibus earum in

a ¶Eccleſiæ. ¶Apoſtolorum & ſucceſſorum.

contritione filiæ populi mei. Caph.

a ¶Impletis peccatis. ¶Quaſi: Ceſſet iam ira cui ſatisfecit pœna. b ¶Hominibus per vitia effuſis.

a Compleuit dominus furorē ſuum, ef- b

fudit iram indignationis ſuæ. Et ſuc- c

a ¶Qui pueros Iob conſumpſit.

cendit ignē in Sion, & deuorauit fun- d

a ¶Vera fide deſtructa.

b damenta eius. Lamed. Non credi- e

a ¶Dæmones vel quilibet principes. b ¶Non tranſitores.

derunt reges terræ, & vniuerſi habita

a ¶Diabolus & membra eius.

tores orbis, quòd ingrederetur ho- f

a ¶Vnde: Confortauit dominus ſeras por.tuarum. ¶Prædicatores vel virtutes. b ¶Eccleſiæ.

ſtis & inimicus per portas Ieruſa- g

lem. Mem. Propter peccata pro- h

a ¶Prælatorum.

phetarum eius & iniquitates ſacer-

a ¶Facto vel exemplo. b ¶Publice.

dotum eius, qui effuderunt in me- i

a ¶Qui iuſti eſſe poſſent, ſi doctores docuiſſent.

dio eius ſanguinem iuſtorum.

a ¶Doctores. b ¶Sine lumine Chriſti. c ¶A via veritatis.

d Nun. † Errauerunt cæci in plateis: k

d *Erra.cæci. Hiſt.* Scribæ & Phariſæi effuſo ſanguine polluti, ab introitu templi ſe abſtinebāt, errantes in plateis, non lugētes peccata, ſed in plateis laſciuientes. Errabāt aūt vt cęci, putantes q̄ taliter purgarentur, ſ. ſi templū ſic abſtinentes non ingrederent, cum ſuperbiā iactarent, & humilitatē fingerēt. Tenue.la.ſuas.laciniosis.ſ.induti veſtibus & ſciſſis, quaſi cæci viciſſim ſeſe tenentes ſequebanī, vt ſub hac humilitate populo placaretur. Errauerunt. Moral. Ambulant vani appetitus, vt cæci in plateis luce carentes, q̄ Chriſtus eſt, & dum ipſum qui via eſt retinere nequeūt, quia extra ſe vani fauoris gratiam effundunt, tenētes lacinias vetuſtatis ſuæ explere nō valētes vias vitæ, quia veſtiuntur vitiorum vetuſtate, de quibus bene ſubditur: Recedite polluti, &c. Errauerunt. Alleg. In eccleſia ſacerdotes, & doctores ſanguinē iuſtorū effundunt, qui iuſti eſſe poſſent, niſi eorū negligentia deperiſſent. vnde: Si non annuntiaueris impio iniquitates ſuas, ſanguinē eius de manu tua requirā: quia.ſ. ſanguis eius.i. peccatum culpa ſacerdotū vſq; ad mortē effundit: Et ſæpe qui videbanī iuſti exēplis p̄latorum & doctrina prauitatis peruertunī, & peccati ſanguine polluti moriunī. Inde ſacerdotes & prophetæ cæci errant in plateis, dū latā & ſpatioſam viā, q̄ ducit ad mortē apprehendunt: & anguſtā q̄ ducit ad vitā non introeunt, nec alios introire permittunt, & hoc eſt, ſanguinē iuſtorum effuderunt in medio eius.i. eccleſiæ quæ eſt Ieruſalē vera & mater noſtra. Hi cum templum Dei ſanguine ſuo polluti ingredi nequeāt, tenent lacinias ſuas.i. diſciſſam vetuſtatis ſuę vitā. Tenent aūt inuicē lacinias ſuas, vt cū cæcus cæco ducatum p̄beat, ambo in foueā cadunt. Hoc deplorat propheta, imò electorum cōcio tota, q̄ in ſpatioſa via ambulātes, & vitā veterē ducentes, vias vitæ non apprehenderunt, & ſuis ſe anfractibus impediūt, cæci ſeſe ſequunī, qui Chriſtum verā lucē ſequi dedignanī. Errauerunt. Myſt. Hæreticorum cæcitatē deplorat, qui rectum ſcripturarū tramitē relinquentes, & catholicæ fidei regulā aſpernātes, latitudinē erroris elegerunt, polluti ſanguine, quorū aīas deceperūt, & cū catholicā eccleſiā ītrare dedignanī, lacinias ſuas viciſſim amplectunī, ſcripturarū.ſ. ſciſſiones, q̄rū fraudulēter pāniculos furati ſūt.

H

a Recedite

## NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Coxerunt filios ſuos. *præ nimia anxietate famis.*

*b* Compleuit. *Hic conſequenter Ieremias lamentatur miſeriam populi ex deſtructione ciuitatis, cum dicitur: Compleuit dominus furorem ſuum. ideſt vindictæ ſuæ effectum.*

*c* Et ſuc.ignem in Sion. *vbi erat templum & regis domicilium.*

*d* Et deuorauit fun.eius. *ideſt ipſius Sion, quia non ſolum ædificia, quæ erant in monte Sion, fuerunt combuſta: ſed etiam omnia alia, quæ erant in pede montis & circa montem, vt habetur ſupra 52.*

*e* Non cre.reges terræ. *quia Salomon potentiſſimus Ieruſalem murauit, & tam fortiter muniuit, quod inexpugnabilis videbatur.*

*h* Propter peccata pro.eius. *Hic conſequenter tangitur prædictæ miſeriæ cauſa, & eſt duplex. Secunda ponitur ibi: Cum adhuc. Vna eſt occiſio innocentum in Ieruſalem, & maximè tempore Manaſſe, vt habetur 4. Reg.24. & hoc fiebat ad inſtinctum & exhortationem falſorum prophetarum & ſacerdotum: vnde & mortem ipſius Ieremiæ quærebant, vt habetur ſupra 26. ideo dicitur hic: Propter peccata prophetarum. Et patet litera.*

*x* Errauerunt cæci. *Litera iſta eſt obſcura & inuoluta, & multipliciter exponitur. Accipiam tamen illum modum qui mihi videtur magis literæ conſonare, ſcilicet vt continuetur literæ immediatè præcedenti: quæ loquitur de punitione iniqua innocentum, quorum aliqui occidebantur, quidam excæcabantur, & quantum ad iſtos dicitur: Errauerunt cæci. ideſt iuſti nequiter excęcati.*

¶ a Polluti

### MORALITER.

* b *Compleuit dominus.* Hoc referri poteſt ad perſecutionem Antichriſti, quæ poſterior erit, & de ea dicitur: Compleuit dominus furorem ſuum. Erit enim illa grauior cæteris, propter quod furor nominatur.

d *Et deuorauit fundamenta eius.* Nam plurimi de illis qui ſuſtentare deberent eccleſiam, cadent per inconſtantiam: quod videtur incredibile multis. ideo ſubditur:

e *Non crediderunt reges terræ.* & ſubditur:

f *Quòd ingrederetur hoſtis & ini.* ideſt Antichriſtus.

g *Per portas Ieruſalem.* ideſt eccleſiæ militantis, vel ad literam ciuitatis Ieruſalem: nam ibi ſedebit in templo Dei tanquam ſit Deus, vt dicitur ſecundo ad Theſſalo.2.

h *Propter peccata prophetarum eius & ini.ſacerdotum eius.* ideſt propter peccata prædicantium & aliorum eccleſiæ miniſtrorum ſalutem animarum non quærentium, ſed quæſtum.

i *Qui effuderunt in medio eius ſanguinem iu.* ipſos malis exemplis ſpiritualiter occidendo, ideo ſubditur:

k *Errauerunt cæci.* ideſt ſimplices Chriſtiani ex ignorantia legis.

* Cumq;



a *Recedite. Hiſt.* Deflet propheta ſcelera Iudæorum quibus etiā hoſtes inſultant ciuitatem ingreſſi, clamātes: Recedite, criminibus polluti à ſanctuario Dei: Abite, in captiuitatē: Nolite tāgere religionē. vnde propheta ſubdit: Iurgati ſunt .ſ. inimici, & vtriq; commoti: illi ad iurgia, iſti ad lachrymas. Dixerunt inter gentes, &c. vel Iudæi hoc dixerunt, vel de gentibus aliqui. Inter gentes.n. Deum verum reliquerunt, & idola coluerunt: vel ipſi fortaſſis inter gentes iurgati ſunt, & ſanguine polluti alijs clamauerunt: Recedite. quia tanq̄ iuſti alios aſpernati ſunt, vnde inter eos iurgia & ſeditiones. Recedite. Moral. Hęretici contra fidē catholicā, & maximè donatiſtæ, & qui catharos ſe vocant, clamāt: Recedite à nobis, quia nos mundi, vos immundi. Nolite tangere, ne inquinetis nos. Hi inter ſe iurgātur, diuerſis erroribus. Commoti ſunt, quia in fide ſtare noluerunt, mouerunt ab oriēte pedes ſuos, & venerunt in Babylonē, vbi conſtruētes ſuperbiæ turrim, linguis diuerſis diſperſi ſunt. vnde ſequitur. Facies d.di. &c. Recedite. Alleg. Sępe in eccleſia cæci & polluti nequeūt ingredi tēplum Dei viui & ſacris participare myſterijs, quos alij (quis & ipſi polluti) quaſi zelo Dei deſpiciunt, qui iuſti videri cupiunt, quia nondū manifeſti ſunt. Vnde erecto ſupercilio obiurgantes dicunt: Recedite à nobis & à ſacramentis Dei. Ite, ad eos quorū conſortes eſtis. Nolite tāgere ſacroſancta, quibus indigni eſtis. His & huiuſmodi alios criminando iuſtos ſe oſtendere conanī. Inde ſępe lites generantur, quia non ſecundum Deum corrigunt, ſed alijs oppreſſis ſanctiores videri appetunt. vnde ſubdit: Iurgati ſunt quippe, & cōmoti ſunt. Prius.n. commoti iurganī, deinde acrius cōmouenī, qa non ſtāt in eo qui idē eſt, & cum reliquerunt qui pax vera eſt, p̄pea ſubditur: inter gentes nō addet vltrà, &c. quia vbi pax & concordia nō eſt, Deus eſſe non poteſt: quia in pace factus eſt locus eius, &c. Inter gentes nanq; per tales nomen domini blaſphematur.

A — B

b *Facies do.Hiſt.* Q. Quia facies ſacerdotum non erubuerunt, imò Deum in eis contempſerunt, nec Deum in ſuis ſacerdotibus reueriti ſunt: ideo diuiſi ſunt à facie dñi, quia extēdit manum ſuam in retribuēdo. Diuiſi ſunt, quia alij per orbem diſperſi ſunt, alij ad fidem conuerſi ſunt, nec Deus miſeretur eorū, qui ſenum miſerti non ſunt, prophetarum.ſ. & ſacerdotum. Facies dñi. Moral. Hæreticorum diuerſitas deſignatur, qui diuerſis pugnant erroribus, nec recipiūt doctrinam catholicæ fidei, qui nec ſibi cōueniunt nec catholicis, quia facies catholicorum ſacerdotum non erubuerunt, nec addet vltra dñs, vt reſpiciat ſicut non reſpexit ad Cain, nec ad munera eius. Iurgijs ergo cōmoti ſunt à ſtatione rectæ fidei. vnde ſubdiī: Cū adhuc ſubſiſteremus. Facies dñi. Alleg. Quidā in eccleſia Dei timore abiecto facies ſacerdotum nō erubuerūt, qui à facie dñi & ab ira vultus eius diuiſi ſunt, ab his.ſ. qui vocati ſunt ad vitā. Neq; ſenū miſerti ſunt, p̄latorū .ſ. qui in oībus eis condolētes condeſcendūt. Nota q̄ terribile ſit ſacerdotes contēnere, nec facies eorū erubeſcere.i. illis monentibus & vidētibus à ſceleribus non ceſſare. De his.n. dñs dicit: Qui vos audit, me audit: q̄ vos ſpernit, me ſpernit. vnde ſubditur: Nō addet vt reſpiciat eos, vt non conuertanī nec ſaluenī, quia facies dñi diuiſit eos, à ſanctis. Hæc facies reſpexit Petrū, & conuerſus amare fleuit: & receptus in corpore meruit audire: Petre amas me, paſce oues meas. Hęc aūt diuiſio plenè fiet in iudicio dicēte dño: Ite maledicti in ignē æternū. tunc facies Dei, ira.ſ. vel vindicta in ignē æternum diuidet eos: qa facies ſacerdotum contēpſerunt, nec ſenū miſerti ſunt. Et notandum, q̄ ſupra ſacerdotes quaſi homicidas planxit, & hic ſeparantur à facie dñi qui non detulerunt eis: q̄uis.n. mali ſint, non ſunt contemnendi, ſed ille in illis colēdus & honorādus à quo miſſi ſunt.

C — *Gen.4.a* — *Allegor.* — † adeò vt nō poſſent qui tāgere voluiſſent, veſtimēta eorum — † laſciuias — *Luc.10.c* — *Luc.22.g* — *Ioh.21.e* — *Matt.25.d*

a ¶Voluptatibus. b ¶Peccatis ſubditorum.

polluti ſunt ſanguine: † cumque a b

a ¶Quia nolebant. b ¶Peccata veteris vitæ.

non poſſent, tenuerunt † lacinias c

a ¶A nobis. b ¶Ne nos polluatis.

a ſuas. Samech. Recedite polluti, cla- d

a ¶Ad conſimiles.

mauerunt eis, recedite, abite, noli- e

a ¶Sacramenta Dei. b ¶Pro tali correctione. b ¶Ideo.

te tangere: † iurgati quippe ſunt, et f

a ¶Gentiles inter quos per tales nomen Dei blaſphematur.

commoti: dixerunt inter gentes: g

a ¶Vbi non eſt pax vel concordia.

Non † addet vltra vt habitet in eis. h i

a ¶Ira vel vindicta. ¶Ite maledicti in ignem æternum. b ¶A prædeſtinatis.

b Phe. † Facies domini diuiſit eos: k l

a ¶Miſerando. ¶Vnde: Reſpexit dominus Petrum.

non addet, vt reſpiciat eos. Facies m n

a ¶Quorum dignitas reuerenda. ¶Quibus præſentibus & corrigentibus peccauerunt.

ſacerdotum non erubuerunt, neq; o

a ¶Dicentium: Quis infirmatur, & ego non in.&c. b ¶Cum ſit miſeranda ſenectus.

c ſenum miſerti ſunt. Ain. Cū adhuc p q

c *Cum ad.ſub. Hiſt.* Luget errorē miſeræ gentis, q̄ magis ſperauit auxilium Aegypti, & Pharaonis q̄ Dei, cuius oculi proſpiciēdo defecerūt, dū gentē q̄ nec ſe, nec alios ſaluare poterat, expectabat: qđ ſupra expoſuit, ſed hic deplorat amarius. Cum adhuc ſubſi. &c. Alleg. Vox eſt in eccleſia plangentium, qui ſe vana ſpe lactauerunt ſecularibus negotijs occupati: ſed mortis infirmitate aut qualibet tentatione p̄uenti, inueniunt ſe non ſolum deceptos, ſed etiā cęcos. Cum adhuc ſubſi. Subſiſtit quiſq;, qui dum viuit in carne, rectā fidē tenet: & ſi operibus non implet, ſed aliqua tactus moleſtia, inuenit oculos ſuos defeciſſe, quos ad caduca & labentia intēderat, vanum q̄rens auxiliū. Quantò magis.n. intentio cordis in rebus figiī terrenis, tātò ab interno lumine & pinguedine gratiæ marceſcit. vnde bene reuerſus plorat, dicens: Defecerunt oculi noſtri, &c. Cū reſpiceremus attenti ad gentem, &c. Sæpe.n. in diuitibus & potentibus ſpem ponimus, quibus Iacobus apoſtolus: Vlulate miſeri, & plorate ſuper miſerijs q̄ ad venient vobis: hi nec ſe nec alios p̄nt ſaluare. Imò maledictus omnis qui confidit in ho.&c. P̄nt hæc & de hæreticis cōuenienter accipi, & de his qui in eorū confidunt auxilijs, quorum oculi dū falſa in ſcripturis perſcrutanī, a veritate deficiunt, ad quos eorum auditores quos ſaluare nō p̄nt, in vanū oculos deficientes dirigūt. Vn̄ ex p̄ſona gementiū ſequitur: Lubricauerūt veſtigia no.&c.

*Hiſtor.* — *Allegor.* — D — *Iac.5.a*

a Lubri-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Polluti ſunt ſanguine. *ſ. aliorum iuſtorum occiſorum, quia non videntes ponebant pedes ſuos ita in ſanguine, ſicut in alijs locis.*

*b* Cumq; non poſſent. *ideſt rectè incedere. Aliqui libri habent hic additum: Intrare, ſed non eſt in Heb. nec in libris correctis.*

*c* Tenue.la.ſuas. *i. apprehendere tentauerunt oras veſtimentorum videntium, vt ſic exirent de locis ſanguine repletis, & ipſi videntes & maximè prophetæ falſi & ſacerdotes non permittebant, dicentes:*

*d* Recedite polluti. *Quia quamuis ſecundum veritatem eſſent iuſti, tamen à malis reputabantur iniqui.*

*e* Nolite tangere. *ſcilicet nos, ne malitia veſtra inquinemur. Et per hunc modum de talibus dicitur Iſa.65.a. qui dicunt: Recedite à me, non appropinques mihi, quia immundus es.*

*f* Iurgati quippe ſunt. *Non enim ſufficiebat falſis prophetis & ſacerdotibus iuſtos affligere factis, ſed etiam affligebant verbis iniurioſis. Et quia tale facinus erat execrabile factum, ideo ſubditur:*

*g* Dixerunt inter gentes. *dictum crimen deteſtantes.*

*h* Non addet vltra. *ſcilicet Deus Iudæorum.*

*i* Vt habitet in eis. *propter malitiam ipſorum, ideo ſubditur:*

*k* Facies do. *In Heb. habetur: Ira domini. eſt tamen eadem ſententia.*

*l* Diuiſit eos. *ideſt in diuerſis terris diſperſit.*

*m* Non addet vt reſpiciat eos. *reducendo eos ad terram ſuam.*

*n* Facies ſacer. *ſcilicet bonorum de quorum numero erat Ieremias, cuius verba increpatiua non receperunt, ſed multa opprobria & vituperia ei intulerunt, vt patet per ſuprà dicta in pluribus locis: & idem faciebant de alijs iuſtis. poteſt etiam hæc litera aliter exponi referendo eam ad Chaldæos, qui propter malitiam Iudæorum ab eis cognitam, vt prædictum eſt, ſic contempſerunt totum populum, quòd non deferebant alicui ratione ordinis aut ætatis.*

*q* Cum adhuc. *Hic ponitur ſecunda cauſa prædictæ miſeriæ Iudæorum, quæ fuit vana confidentia in auxilio Aegyptiorum, vt frequenter dictum eſt ſupra. & hoc eſt quod dicitur: Cum adhuc ſub. ideſt antequam ciuitas eſſet capta.*

¶ a Defece-

### MORALITER.

* a *Cumq; non po.* ideſt ingredi in viam ſalutis per ſeipſos.

c *Tenue.la.ſuas.* quærentes à prædictis ſacerdotibus & prophetis dirigi, ſicut cæcus corporaliter tenet laciniā ductoris ſui. Sed quoniam inter ignorantes ſunt multi pauperes à quibus non ſperatur temporale lucrum, ideo nō habent à dictis ſacerdotibus & prophetis conſilium, ſed magis repulſionem & vituperium. ideo ſubditur,

d *Recedite polluti, clamauerunt eis, &c.* vt ſint verba repellentium dictos pauperes, eò quòd non ſperant inde temporale lucrum. Sed quoniam inde aliqui diuites ſcandalizantur, ideo ſe falsè excuſando dicunt quod ſequitur:

h *Non addet vl.* ſ. Deus. Dicunt.n. q̄ non repellunt eos propter paupertatem, ſed propter obſtinationem eorū in malo. ideo ſubditur:

K *Facies domini diuiſit eos.* per reprobationem: & ſic amitteremus noſtrum laborem.

n *Facies ſacerdotum non erubuerunt.* ſcilicet deuotè pauperibus conſulentium, imò fatuos reputant eos, eò quòd laborāt circa tales perſonas à quibus non habent temporale lucrum.

o *Neq; ſenum.* ſcilicet pauperum.

p *Miſerti ſunt.* quibus tamen propter ætatem eſſet miſerendum.

q *Cum adhuc ſubſiſteremus.* ideſt adhuc eſſemus in aliqua ſpe bona de dictis prædicatoribus & prælatis.



* a Defece-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a ¶In carne,in fide. b ¶A vero lumine. c ¶Intentionis terrenis inhærentes.
† ſubſiſteremus, defecerunt oculi no- a
a ¶Quod in vanum ſperauimus. ¶Exaggeratione.
ſtri ad auxilium noſtrũ vanũ, cum † re b c
a ¶Diuites,potentes,vel hæreticorum principes. b ¶Quaſi: Tu ſolus ſalua domine,quia alius non poteſt: ſed auxilium noſtrum a domino qui fecit cælum &c. vnde: Maledictus qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum.
ſpiceremus attenti ad gentem,quę ſal d
¶Fiat via illorum teneb. & lubri.
a uare nos non poterat. Sade. † Lubri- e
a ¶Non fixa ſupra petram.
cauerunt veſtigia noſtra in itinere pla
a ¶Voluptatem. b ¶Dum ſcelera complentur, dum ſecuris ad radicem arboris ponitur.
tearum noſtrarum, appropinquauit f
¶Retributionis. a ¶Sicut completis Ammorrhæorum peccatis venit eorum finis.
finis noſter,completi ſunt dies noſtri,
quia venit finis noſter. Caph. Velo- g
a ¶A perſona aduerſariorum. ¶Dæmones hæretici.
ciores fuerunt perſecutores noſtri
a ¶Doctoribus plebis. b ¶In ſpecula regiminis poſitos. c ¶Quia percutiam paſt.& diſper.oues gre.
aquilis cæli: ſuper montes perſecuti h
ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt i
a ¶Monachis & eremitis. b ¶De quo. Spiritum rectum inno.&c. c ¶Corde creditur ad iuſti.ore autem fit confeſſio ad ſalutem.
d nobis. Res. Spiritus † oris noſtri k

E b *Lubrica.Hiſt.* Congruit hæc lamentatio Iudæis,qui ſub articulo mortis ſcelera ſua reuoluunt. Sed propheta oẽs in ſe transfigurat, omnium ſcelera tanq̃ ſua deplorat, quia tam amara & inſperata captiuitas deſæuit in gente ſua. *Hiſtoricè.* Lubricauerunt. *Moraliter* Mora. Vox eſt hæreticorum ſerò plangentium,quia veſtigia eorum in ſcripturis ſacris lubricauerunt, & quia latam viã arripuerunt, dum catholicorũ patrum regulas tenere noluerunt,nec viam q̃ eſt Chriſtus: ſed vnuſquiſq; à recto tramite defluxit, ſecutus latitudinẽ ſuæ peruerſitatis: Philoſophorum etiam regulas ingenioli ſui igniculo tentans, & impudenter vituperans: ideo lubricãtes cadũt in mortem,& ſceleribus completis venit finis damnationis. *Allegor.* Lubricauerũt.Alleg. Hæc quoq; in eccleſia iure plangimus,dũ eos qui ſplendidè & voluptuosè viuunt, reſpicimus: Plangimus eorum laſciuiã,qui lubricam ſectantur viã: quia non ſunt fundati ſupra firmã petram. vnde plãgentes dicimus: Lubrica.v.n. Niſi.n.in plateas pedes exiſſent, à recto tramite nõ lubricaſſent.vnde. Exi citò in plateas. *Luc.14.e* Qui.n.latã & ſpatioſam tenent viam,ante oculos ſummi iudicis extra ſunt, qui corpore in eccleſia sũt. Lubrica ſunt plateарũ itinera & pcliua. Hæc ſe euaſiſſe Dauid gaudebat,dicens: *Pſal.39.a* Statuit ſupra pe.pe.me. & di.gr.m. & alibi: *Ibid.17.e* Qui perfecit pe. m.tanq̃ c.&c. Vna eſt platearum via & lutulenta, in qua non ambulatur ſine ruina. ideo congruè annectitur: appropinquauit finis,&c.

b *Com.ſunt di.* Completio.n.nõ ſemper in bono accipitur, ſecundũ illud: *Gen.15.d* Nondũ ſunt completa peccata Ammorhęorũ. quorum cõpletio finis fuit eorum & exterminium,ſicut hic dr̃: Completi ſunt dies noſtri,quia venit. Dies complentur, F dum ſcelera & menſura patrũ cumulãtur. & venit finis,qui prius appropinquauit illis cõpletis. *Matt.3.c* Appropinquabat autẽ dum cõplerentur, & ſecuris ad radicem arboris poneretur.

c *Velo.fue. Hiſt.* *Hiſtoricè.* Hæc hyperbolicè de Iudæorum inimicis dicta ſunt,ſicut Saul & Ionathas in threnis Dauid velociores aquilis fuiſſe laudantur. Forſitan reges & principes populi qui obſidionem Chaldæorum euaſerant, maiori velocitate ab his quos fugiebant,captos eſſe ſignificat. Velociores fue. *Moraliter* Moral. Hæretici ſæpe in diſputando velociores ſunt aquilis cęli. i.doctoribus plebis, quos perſequuntur ſuper montes, ſuper ſcripturam.ſ. & doctrinam apoſtolorũ & ſanctorum patrum,eremitis inſidiantur fraudibus & mellifluis ſermonibus. Nota quantis vrgemur malis. In occultò inſtant inſidiæ: In aperto ſuper mõtes ſæuit perſecutor,vt paſtores deijciat, oues ſternat, ſecundum illud: *Matt.14.c* Percutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis. Inde ſequitur: Spiritus oris,&c. *Allegoricè.* Velociores.Alleg. Quia propheta omnium lamentationes, & perſonas & proprietates in ſe transformat (omnibus factus omnia) plangit pſecutiones eccleſię,cuius perſecutores aquilis velociores ſunt. Immũdi ſiquidẽ ſpiritus velociores ſunt nequitia, fraude,& agilitate naturæ ad lacerandum & deuorandum,q̃ cęli.i.pdicatores ad eripiendum,de quibus: G Vbi fuerit corpus, ibi congregabunt & aquilæ: qa vbi memoria paſſionis Chriſti celebrat̃,& panis & vinum per myſteriũ ſanctæ orationis in corpus & ſanguinẽ Chriſti transfigurat̃,aduolant aquilæ cęli quaſi ad eſcã,vt de morte eius vitã percipiant. Sed velociores ſunt aeriæ poteſtates,qa non eſt ſup terra poteſtas,quę cõparetur eis, hę rugiunt & q̃runt quẽ deuorẽt. Super montes perſ.ſunt nos. quia dum ad eccleſiæ regimina extollimur, acrius eos ad perſequendũ excitamus,nec in ſpecula apoſtolicæ ſedis poſiti ſecuri ſunt: qa quos ſuper montes eleuatos vident, vt cæteros diligentius inſpiciendo cõſeruent,& ad culmina virtutũ prouocent, tantò audacius & ardentius infeſtant. In deſerto inſidiati ſunt nobis. Per deſertũ vita monaſtica aut eremitica (q̃ in deſertis & in ſolitudinibus agit̃) deſignatur, cõtra quos quaſi athletas fortiores inuiſibiles ſæuiunt hoſtes. Sed quia ſecularibus curis expediti, contra hoſtes tantũ ſolliciti ſunt,& circumſpecti, ideo occultius inſidiãtur illis quos vident latere in occultis. Sed qui ſup montes exaltati eminẽt, exaltatos manifeſtis viribus crebris inſultibus ſuſtinent. His aquilis cœli ſæpe hoſtes velociores ſunt ad decipiendũ,q̃ ipſi ad cauendum: Qui aquilæ cęli conuenienter dñr, quia deſpectis terrenis in cęleſtibus ſpatiant̃. Notandũ aũt,ꝙ ouibus & bobus, vel equis vel vulturibus, vel quibuslibet auibus nõ dñr velociores,ſed aquilis cæli. vnde alibi: Grex pditus factus eſt populus meus,paſtores ſeduxerunt eos,feceruntq; vagari in mõtibus: qui.ſ.de mõte in collem tranſierunt obliti cubilis ſui.

d *Spiri.o.* Sicut ex hoc aere ſpiritũ ducimus, quẽ ad ipſum reducimus,& inde viuimus, ita homo interior, per fidẽ ſpiritũ Dei attrahit,& inde viuit: & rurſus ei,qđ viuit qđ bene H facit,qđ orat,qđ cogitat,deniq; omnia bona ſibi aſcribẽdo reddit. Spiri.oris no. Hæc Iudæi de Ioſia dicta putant,qa iuſtus rex non pro ſuis, ſed pro populi peccatis occiſus ſit, in quo ſpem poſuerãt, cuius alas vbiq; gentibus opponebant. Sed veriſſimè Chriſtus hic intelligitur, qui pro peccatis humani generis,non pro ſuis,à Iudæis captus & occiſus eſt: cuius diuinitas notatur cum dr̃: Spi.o.no. Spiritus.n.dr̃ filius ſecundum illud: Spiritum rectum innoua in viſc.meis. Humanitas inſinuatur,cũ ſubiungitur: Chriſtus dñs &c. Quia .n.vna perſona eſt homo & Deus, vbi Chriſtus capit̃, Deus capi dr̃: Spiritus oris no. Chriſtus bene dicitur,quia quem corde credimus,ore confitemur,ſecũdum illud: Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem &c. Oris eſt aſpirare, & quod infuſione gratiæ aſpirando reſpicimus, reſpirando confitemur. Sed eorum propriè iſta vox eſt, qui ita habent in ore verbum veritatis quod eſt Chriſtus, ſicut & in corde: quia ex abundantia cordis os loquitur. Hic captus eſt in peccatis noſtris,vt & noſtra ſcilicet peccata deleret,non pro ſuis: quia quæ non rapuit, ſoluit: cui diximus.

a In

## NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Defecerunt oculi noſtri. *expectando cum magno deſiderio.*
*b* Ad auxilium noſtrum va.*ideſt ad exercitum Aegyptiorum.*
*c* Cum reſpiceremus attenti. *ad videndum ſi veniret ad lauandum obſidionem Chaldæorum.*
*d* Ad gentem quæ ſal.nos non po. *Quia ſicut dictum eſt ſupra 37.b. cum exercitus Aegypti eſſet in via veniendi in auxilium Iudæorum,rediſt in Aegyptum timore Chaldæorum ſibi occurrentium.*
*e* Lubricauerunt veſtigia no.*partim timore,partim fame: quia timidi & fame conſumpti non incedunt firmiter,ſed lubricando.*
*f* Appropinquauit finis noſter.*ideſt mors, quia multi fuerunt occiſi, & reliqui captiuati, quæ captiuitas eſt mors ciuilis.*
*g* Velo.fue.per.no.aqui. *q.d.pauci aut nulli poterant effugere ab eis.*
*h* Su. mon. per. ſunt. *vbi credebamus eſſe tuti propter inacceſſibilitatem loci.*
*i* In de.inſi.ſunt no. *q.d.non patebat nobis aliquis locus fugiendi.*
*k* Spiritus.*Hic conſequenter Ieremias lamentatur Ioſię mortem. Circa quod ſciendum, quod ſecundum Hebræos iſta eſt litera: Spiritus naris noſtræ Chriſtus domini captus eſt in foſſis eorum: quod ſic exponitur: Spiritus naris noſtræ,&c.licèt in hominibus reſpiratio fiat per os & per nares: tamen illa quæ fit per nares, eſt melior ſecundum Philoſophum. talis autem reſpiratio eſt vitæ humanæ ſaluatio,quia ipſa deficiente,deficit vita. Dicit ergo Ieremias in perſona populi Iudæ: Spiritus na.no.id eſt rex Ioſias ex tua bonitate & prudentia conſeruator vitæ noſtræ.*

¶ a Chriſtus

## MORALITER.

✻ a *Defe.ocu.no.* Quia nullum auxiliũ habuimus ab eis,ideo ſub.
e *Lubri.ve.no.* vt ſint verba illorum qui non poſſunt habere conſilium & auxilium à prædictis. Et quoniã in hoc apparet magnus defectus charitatis & abundantia iniquitatis,ſignum eſt appropinquationis aduentus Antichriſti.ſicut dicitur Matt.24.a. ideo ſubditur,
f *Appro.fi.no.* quia finis mundi ſequitur aduentum Antichriſti. Et quoniam ſub Antichriſto erit maxima perſecutio.Sequitur:
g *Ve.fue.perſe. no.* Et loquitur ſcriptura de futuro p modũ pteriti.
k *Spi.oris no.* Hoc literaliter exponitur de morte Chriſti. Moraliter autem poteſt exponi de paſtore bono Chriſti vicario,qui eius exẽplo in perſecutionibus non fugit, ſed conſtanter exponit ſe pro populi ſui ſalute,& pro peccatis populi patitur perſecutionem: quod maximè continget tpibus Antichriſti, ideo dicitur: Spiritus or.no. Nã ad vitam ſpiritualẽ ſui populi,laborat fideliter verbo & exẽplo.

✻ a Chriſtus



a ¶Dei filius. ¶Ioſias. b ¶Quaſi totius miſeriæ ſolatium. in Chriſto ſperemus: illum imitemur,qui captus eſt pro peccatis noſtris. c ¶Qui peccatum non fecit.
Chriſtus dominus captus eſt † in pec- a b
a ¶Refrigerationis. vnde: Sub vmbra alarum tuarum &c.
a catis noſtris: † cui diximus,in vmbra c d
a ¶Adunati gentibus,vt fiat vnum ouile & vnus paſtor. ¶Ante mortem.
b tua viuemus in gentibus. Sin. Gau- e f
a ¶Sed. ¶Ironice loquitur. b ¶Terrena vel ſanguinea, quia ſicut in Chriſto ſpes ſanctorum & exultatio, ita & malorum confuſio & damnatio.
de & lætare filia Edom, quæ habi- g
a ¶Pertinaci ſtudio. b ¶Non in cęlo. c ¶Conſiliatoris,ideſt diaboli. d ¶Sicut ad Ieruſalem. vnde: ¶Qui acceperit gladium, gladio peribit.
c tas in terra Hus. Ad te quoque per- h
a ¶Babylonis,qui inebriat omnes gentes.
ueniet calix, inebriaberis atque † nu- i k
a ¶Virtutibus. b ¶Finita. vnde: Dimiſſa eſt iniquitas illius.
d daberis. Tau. Completa eſt iniquitas l

a *In vm.tua vi.in gen.* quia ipſe eſt expectatio gentiũ, & ſemẽ A Abrahæ, in quo benedicent̃ gẽtes terræ: in hunc propheta corde credebat & ore proferebat. In vm.tua vi.in gen. Vẽturus.n.erat,vt cũ gentibus Iudæos ſaluaret. vnde p futurũ dixit. Viuemus: qui peccatis mortui eramus. In vmbra tua.de qua dr̃: Sub vmbra alarum tuarum pro.n. Chriſtus captus eſt & crucifixus,ſub vmbra paſſionis nos protexit: qa alis in cruce extẽſis caro eius nobis vmbra fuit,q̃ æſtus mẽtis noſtræ refrigerauit, & varias æſtuũ paſſiones tẽperauit. Nã & apoſtolorũ vmbra ſanabat infirmos. Caro eius quaſi vmbra fuit, qa vidimus eũ nõ habentẽ ſpeciẽ neq; de. De qua dr̃: Aſcendet dñs ſuper nubẽ leuem,& ingredietur Aegyptũ. Hæc eſt nubes lucida ſup apoſtolos, ne eos iniqtatis exureret ardor: qđ propheta pdicebat: Iã in vmbra tu.vi.in gẽ. Nam & propheta eũ in vmbra videbat, q quaſi in ſpeculo mentis,diuino illuminatus ſpiritu futura præuidebat: nũc aũt totũ illuminat mundũ,q̃uis adhuc p vmbrã ſui corporis. i eccleſiæ videamus eũ nõ facie ad faciẽ. In hac vmbra refrigerati ſpe viuimus. Notandũ,ꝙ omnis lamẽtationis intẽtio ad hũc finẽ tendit,in quo omnis moleſtia finit: poſtea verò quaſi biuiũ demonſtrat̃,qa pars electa tenet dexterã: reproba peccatis polluta, amplectit̃ leuã. Vnde ei dãnatio æterna,alij vita æterna. Cũ abſter. Deus omnẽ la.ab ocu. Quod crux dñi quaſi tribunal iudicis pſignauit, vbi per fidem alter eorum qui hinc inde depẽdebat aſſumptus eſt, alter per blaſphemiam damnatus eſt, quia pendentem coram oculis ſuis vitam contempſit. Eſt quoq; diligenti diſcretione notandum,quod ſanctorũ luctus terminatur, & gaudium poſt triſtitiam incipitur. In duobus ſequentibus verſibus,a gaudio ve vltimum inchoatur: quod nullo doloris remedio terminatur.vnde additur: Gaude,& lætare filia Edõ.

b *Gau.Hiſt.* Idumæos ſp Iudæis inimicos fuiſſe,& cæteras gẽtes p circuitũ hiſtoriæ narrãt & prophetæ: & qa de malis eorũ lætati ſunt,digna vindicta dñi inebriant̃. vnde ſubiungit̃.

B c *Ad te quoq; per.ca.* Hæc omnia cõpleta ſunt Babylonijs Iudæos captiuantibus,qui & ipſi captiuati ſunt,Perſis & Mædis vaſtantibus: ſed melius hæc de vltimo iudicio accipiunt̃. Gaude & lætare. Alle. Edõ & Babylonia idẽ ſignificãt. Duæ C .n.ciuitates ab initio ſeculi ſignant̃: altera Ieruſalem, altera *Allegoricè.* Edõ,q̃ & Babylon: Altera cũ propheta plangit,& parturit: altera cur plangat̃ neſcit: Alteram Chriſtus ædificat, alterã diabolus,qui per Nabuchodonoſor ſignat̃: Babylon eſt ciuitas perditorum, q̃ inebriat omnẽ terrã vino iniquitatis. vnde: *Iere.51.a* Calix aureus Babylon in manu dñi de vino furoris eius biberunt oẽs gẽ. quo † Edõ & inebriata plangit̃. Ideo ei ironicè dr̃: Gaude & lætare filia Edõ. (*† in foueis quas foderunt*) Edõ ſanguineus vel rubeus interp̃tatur: hic eſt populus qui carnis vitia ſectat̃, q de primogenitis p̃ſentis vitæ voluptates nundinat̃. vnde ſequit̃: Quæ hab.in ter.Hus. Niſi.n.in *Gal.4.d* terrenis mentẽ poſuiſſet,inebriari, *Apoc 8.d* vel virtutibus ſpoliari non poſſet. Ieruſalem aũt ſurſum eſt,cuius cõuerſatio in cęlis eſt. Væ.n.habitãtibus in terra. Edõ verò q̃ in terra habitat, licèt gaudere & lętari videat̃, aureo † tñ poculo inebriat̃, & in furore dñi nudat̃: qa decreuit non in terra ſimpliciter cõuerſari,ſed iuxta alios codices in terra Hus, ideſt conſiliatoris, diaboli.ſ.qui peruerſa ſuggerit conſilia contra angelum magni conſilij. Nã & Edom terrenus interpretatur: in quo ſignantur, qui terrena ſectantur diaboli decepti conſilio, vnde ad eos peruenit aureus calix,& nudantur gratia Dei. (*† vomes*)

d *Com.eſt ini.* Nota ꝙ in clauſula vltimi verſus attribuit vnicuiq; parti qđ conuenit,vt Sion.ſ.afflicta non deſperet,& filia Edõ affligenda non inſultet. Cõpleta eſt iniquitas. Hiſt. *Hiſtor.* Abſolutis peccatis populo Iſrael reditus in terram ſuam,& quies ſecura promittit̃. In eos verò qui eũ perſecuti ſunt.i.filios Edõ futura vindicta declarat̃. Hæc iuxta literam vtriſq; contigiſſe manifeſtũ eſt,ſed generaliter de omnibus accipiẽdum eſt,q̃bus in vltimo examine ſm opera ſua ſentẽtia dãda eſt: vt Sion de męrore trãſeat ad lætitiã,Edõ de lætitia ad triſtitiã ſempiternã. Notandũ maximè admirandũ,ad q̃tam altitudinẽ Ieremias conſcenderit: vnde quaſi de ſpecula dilatato corde agones huius ſeculi cõſiderat, nunc ſimul oẽs nunc ſingulos, nũc Iudæorũ caſus deplorat, nũc eccleſiæ lu D get detrimẽta, morũ pturbationẽ dolet, nunc reſtaurationẽ Ieruſalem & gloriã intuetur, & eccleſiã exaltandam gloriat̃ cum

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Chriſtus do.*ideſt vnctus in regem ex ordinatione diuina.*
*b* Captus eſt. *in foſſis eorum.ſ.Aegyptiorum. Dicit enim Ra.Sa. quòd cum Ioſias iret ad pugnandum contra regem Aegypti,& nollet à pugna requieſcere,vt habetur 4.Reg.23.& 2.Paral.25. Aegyptij fecerũt foſſas prope ſuum exercitum,vbi Iudæi debebant eos aggredi,quæ erãt opertæ deſuper: & ideo exercitus Ioſiæ illuc veniens per foſſas illas deceptus fuit ſtatim debellatus, & Ioſias lætaliter vulneratus, & ex vulnere poſtea mortuus.*
*c* Cui di. *ideſt de quo viuente diximus:*
*d* In vmb.t.*ideſt ſub protectione.*
*e* Viue.in gen. *i.ſecuri ab impugnatione gentium quæ circa nos habitant. Expoſitores vero Latini dicunt cõmuniter,quòd Ieremias hic prophetauit de morte domini noſtri Ieſu Chriſti: & ſecundum hoc hæc eſt litera: Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus,&c. Circa quod ſciendum, quod vbi habemus hic dominus: In Heb.habetur, nomen domini tetragrammaton, quod non poteſt dici de aliquo in nominatiuo caſu, niſi de Deo vero: veruntamen quia illud nomen eſt indeclinabile,ſicut & alia nomina Hebraica,indifferẽter accipitur in caſu nominatiuo & genitiuo & reliquis,ſicut hæc nomina cornu & gelu in Latino. & ideo ſecũdum quod iſte paſſus exponitur de Ioſia, qui fuit homo purus,non poteſt dici de eo in nominatiuo caſu: ſed bene põt prout exponitur de Chriſto, qui eſt verus homo & verus Deus in vno ſuppoſito, & ſic eſt ſenſus: Chriſtus dominus.i.Ieſus verus homo & verus Deus. Qui eſt ſpiritus oris noſtri.i.nos viuificans in reſpiratione ſuæ gratiæ. Captus eſt in peccatis noſtris.i.Iudæis traditus propter peccata noſtra delenda. Cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus. Loquebatur enim Ieremias in perſona populi,vt prædictum eſt. Vidit autem Ieremias aliquos de Iudæis fidem Chriſti recepturos,& per conſequens ſub vmbra eius victuros cum gentibus fidem Chriſti recipiẽtibus ſub nomine Chriſtiano. Vidit etiam alios in infidelitate permãſuros,& iſtos etiam vidit victuros inter Chriſtianos temporaliter ſub vmbra Chriſti. Vna enim cauſa quare ſic permittũtur viuere eſt,vt Chriſtiani per præſentiam Iudæorum magis habeãt memoriam Chriſti,ſicut diffuſius dictũ fuit ſuper illud Pſal.58.c. Deus oſtẽdit mihi ſup inimicos meos, ne occidas eos, ne q̃do obliuiſcãtur po.mei.&c.*
*f* Gaude. *Poſtquam poſita eſt Ieremiæ lamẽtatio,hic in fine ponitur contra aduerſarios inuectio. Et dicit hic Ra.Sa. quòd Ieremias hic prophetizat de deſtructione Romani imperij, eò quod deſtruxerit templum & captiuauit populum Iudæorum tempore Titi & Vaſpaſiani: & ſic per filiam Edom hic intelligitur Roma ſeu populus Romanus,cũ dicitur: Gaude & læ.fi. Edom. q.d. gaudium iſtud quod habuiſti de deſtructione ciuitatis & templi,in triſtitiam tuam cõuertetur. Ad te quoq; perueniet calix vindictæ diuinæ. Sed iſta expoſitio non videtur rationabilis, quia Edom aliò nomine dictus eſt Eſau.Gen.25.& ſic Edom deſcendit de Sẽ filio Noe per Iſaac,cuius filius fuit Eſau. Tota autem Europa in qua eſt Roma,dicitur populata fuiſſe à filijs Iaphet: propter quod non videtur rationabiliter dictum,quod per Edom ſignificetur Romanum imperium, propter quod dicunt doctores noſtri,ꝙ per filiam Edom intelligitur ipſa Idumæa ab ipſo Eſau prout dictus eſt Edom denominata: & inuehitur hic propheta ſpecialiter contra Idumæos,qui debuerãt diligere filios Iſrael,eò quod deſcenderunt à duobus fratribus vterinis.ſ.Iacob & Eſau, & ipſi magis econuerſo habuerunt eos odio, & in deſtructione Ieruſalẽ fuerunt cũ Chaldæis gaudentes de illa deſtructione: ideo dicitur hic: Gaude & læ.f.Edom.q.d.iſta lætitia tanquã iniuſta in triſtitiam conuertetur.*
*g* Quæ ha.in terra Hus. *Iſta Hus non eſt illa de qua natus fuit Iob,vt habetur Iob 1.ſed alia eiuſdem nominis exiſtens in regno Idumææ. Frequenter enim in ſcriptura reperitur,quod duæ ciuitates vel loca in diuerſis regnis poſita,eodem nomine æquiuocè nominantur.*
*h* Ad te quoq; perue.ca.*ideſt pęna diuinæ vltionis.*
*i* Inebriabe.*ideſt ad plenum punieris.*
*k* Atq; nudaberis.*honore & alijs bonis.*
*l* Completa eſt iniquitas. *ideſt complebitur in fine lxx.annorũ: quia tunc reuerteris ad terram tuam completa captiuitatis tuæ pęna,quę pro iniquitatibus tuis eſt tibi inflicta.*

¶ a Non

## MORALITER.

✻ a *Chriſtus do.* quia gerit vices domini noſtri Ieſu Chriſti.
b *Ca.eſt.* hoc debent dicere ſubditi, qñ pro peccatis habent pati.
c *Cui di.* i.debẽt.n.boni ſubditi cõfiteri,qd uiuũt ex meriti bõi p̃lati.
f *Gaude.* hic ad literam deſcribitur deſtructio Idumææ, q̃ fuit multũ moleſta Iudæis,& quoniã interpretatur terrena,ſignat populum terrenis cupiditatibus immerſum,cui dicitur ironicè: Gaude & læ. q.d.magis deberes triſtari & plorare. Et ſubditur cauſa cũ dicitur:
h *Ad te quoq; per.ca.* ideſt punitio diuina.
i *Inebriaberis & nu.* in quo deſignatur pondus tribulationis.
l *Com.eſt.* nam in tribulatione Antichriſti purgabuntur electi.



✻ a Non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E cum victoribus gaudet, cũ victis luget: deniq; omnē ſexum, omnē ætatem, ꝑlatos & ſubditos tanq̃ vnus ſit in omnibus ſi malè excedat deplorat, & ad plorandũ inuitat: ſingulis ꝑſonis propria lamenta impertit, & ſꝑ nouas lachrymas fundit. Vnde dum alternatim nouas ꝑſonas inducit, ad vltimũ dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ eſſe captũ teſtat̃ pro peccatis noſtris: nõ tñ oẽs a morte redimiſſe prope finẽ ingemiſcit. Et eorum qui cõuerſi ſunt, finitã eſſe malitiam gaudet, vt vltra eos dñs nõ tranſmigret, quia plantati ſunt in domo Dei, & erunt ſicut angeli in cęlo.i.regnabunt cũ Chriſto. Eos vero qui ſanctos perſecuti ſunt pro iniquitatibus puniẽdos eſſe affirmat, cũ eorum detegent peccata. Hinc intelligendũ eſt, ꝙ in ſcripturis ſanctis nihil aliud eſt q̃ lamentationes, q̃ frequentandæ ſunt in hoc ſeculo, & carmen qđ cũ angelis cantabimus in cęlo, & væ qđ filij Edõ vlulabunt in inferno. Lugeamus ergo cũ Ieremia in hoc ſeculo, ne vlulemus cũ filijs Edõ in inferno. Fugiamus gaudia p̃ntis vitæ & inania carmina, vt cũ angelis cantare poſſimus perpetuũ halleluia.

*Allegoricè.* Cõpleta eſt. Alleg. Hæ ſunt (vt diximus) duæ ciuitates, q̃ ab initio conſtruuntur: Sion q̃ & Ieruſalem per Iſaiam dr̃, ꝙ cõpleta ſit malitia eius, & dimiſſa iniquitas illius. ſecũdum illud: Beati quorum remiſſæ ſunt iniqui.&c. Cui ſimile eſt iſtud: Completa eſt iniqui.tua filia Sion. Completa eſt, quia remiſſa, & finita: quia ſuſcepit de manu dñi du.pro o.peccatis ſuis. vnde læta promiſſio ſubiungitur: Non addet vltra vt tranſmigret te. Cum enim facto iudicio iniquitas ceſſauerit, & plena requies affuerit, nulla amplius mutatio erit. *Iſa.40.a* *Pſal.31.d* *Iſa.40.a*

*Matt.25.d* a *Viſita.ini.tuam.* non vt remittat, ſed vt puniat, dicens: Ite maledicti in ignem æternũ, &c. Diſcooperiet peccata, q̃ tecta fuerunt, & iniquitates, quia tunc manifeſta erunt abſcõdita cordis noſtri, qñ illuminabit dñs abſcondita tenebrarum. *1.Cor.4.a* Quæ hic celando tegimus, ibi deteget Deus, & teget q̃ per confeſſionem detegimus, & quæ lachrymis abluimus, attritione cordis & corporis obliteramus. Hæc quidē ſunt ſigna futuri examinis, qđ per Tau literam ſignificatur: quæ (vt ſæpe diximus) ſigna interpretat̃: vnde & lamentationes ſub eadē litera terminantur. vnde: Dediſti metuentibus te ſig. *Pſal.59.a*

G ſig.v.f.a.f.arcus. Recapitulat tanq̃ rhetor diuinus, omnia ſub vno aſpectu colligens more rhetorico, cõqueſtionē & indignationē alternatim ꝑmiſcens. Cõqueſtione in ſe & in ſuos clemētiã iudicis alliciēs. Indignatione in aduerſarios irã cõpellēs: Cõquerēdo ergo exponit quibus in bonis fuerũt, & q̃bus in malis ſint dicēs: Recordare dñe quid acci.nobis. Vel ſcđm alios: Memento dñe, quid acci.no.&c. Deplorẽt igit̃ ante iudicē clementiſſimũ q̃ turpes res & humiles paſſi ſint. Inuenies ergo ſi bene ꝑpēdis etiã loquēdi artes a noſtris ad philoſophos tranſiſſe, nõ ab illis ad noſtros aſcendiſſe: Qđ plenè ꝑcipies ſi ꝑ ſingula intentionē prophetæ & affectũ & verba cõſideres. Ipſe eſt.n.fratrũ amator, q multũ orat pro populo, pro oĩbus lamētans, & oẽs ad lamentandũ inuitãs. Hæc lamentatio a quibuſdã canticũ appellat̃. Nam & lamenta rectè cantica dñr, & ecõuerſo: Sicut.n.in p̃nti ſine miſerijs nulla ſunt gaudia, ita ſine lamentis aut pauca aut nulla ſunt cãtica. Monachi tñ tanq̃ pſalmũ decantant. Vera aũt cantica in cęleſti Siõ decent, lamētationes in exilio. Iure tñ anteq̃ ad patriã veniat̃ ad quam properatur, quaſi in meditullio carmina fletibus & econuerſo permiſcentur, dum præſentia mala planguntur, & gaudia futura ſperantur.

a ¶Eccleſia. b ¶Speculationis. c ¶Plantati in domo domini in atrijs do.Dei n. ¶Quia immutabili immutabiliter adhærens

tua filia Sion: non addet vltrà, vt tranſmi- a b

a ¶Eccleſiam. b ¶Puniendo. c ¶Non creaturam ſuam. d ¶Pars iniqua.

gret te. Viſitauit iniquitatem tuam filia c

a ¶Terrena & ſanguinea. b ¶Qui confiteri noluiſti.

Edom, diſcooperiet peccata tua. d

## NIC. DE LYRA.

¶ a Non addet vltrà. *ſcilicet dominus.*

b Vt tranſ.te. *de terra tua eijciendo: ſubintelligitur tamen conditio.ſ.ſi adhæreas & ſeruias fideliter domino Deo tuo: quia iſtæ promiſſiones diuinæ intelliguntur ſub conditione, ſicut dictum eſt ſupra 18. & ita factũ eſt, quia filij Iſrael non fuerunt eiecti de terra illa, donec negauerunt dominum ſuum Ieſum Chriſtum coram Pilato, dicentes: Non habemus regem niſi Cæſarem, Iohan.19.c. eius mortem iniqui procurantes: propter quod per Romanos fuerunt partim occiſi, & partim captiuati.*

c Viſitauit. *eam iuſtè puniendo.*

d Diſcooperiet. *pœnam manifeſtam omnibus inferendo: & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

## MORALITER.

✲ a *Nõ ad.vl.* nã electi immutabiliter recipient̃ in gloria cæleſti.

b *Viſitauit in.* grauiter puniendo.

c *Diſcooperiet.* in finali iudicio.

F ——— H

*In cap.4. Quomodo obſcuratum, &c.*

## ADDITIO.

*Diuiſio.* ¶ Sequitur quarta lamētatio q̃ incipit: Quõ obſcuratum eſt aurũ. vbi poſtq̃ propheta deplorauit deſtructionem Ieruſalē, quæ erat caput regni, nũc deplorat deſtructionē tēpli & cultus diuini ſanctuarij. Eſt tñ notandũ, ꝙ licèt in qualibet lamentatione tangat̃ aliquid de deſtructione iſterũ quatuor: tñ principaliter intendit prima lamentatio de primo, & ſecunda de ſecundo, & ſic de alijs. Diuiditur ergo hæc lamentatio in tres partes principales. Primò nãq; propheta deplorat templi & cultus diuini deſolationē. Secũdò verò infert deſolationis cauſam, & inquirit & inueſtigat rationē in verſu. 12. qui incipit: Non crediderunt reges terræ. Tertiò verò cum gaudio ꝓdicit & aſpicit futurã conuerſationē in verſu. 21. qui incipit: Gaude & lætare. Prima aũt pars in qua deplorat propheta deſtructionē tēpli, diuiditur in quatuor partes, ſecundum quatuor quæ conſideranda ſunt circa templum. Põt.n. primo conſiderari eius apparatus quo veſtiebatur. Nam 3.Reg.7.dr̃, qđ nihil erat in tēplo, quod non tegeretur auro: vbi erant lapides ſaltem in rationali & veſtibus ſacerdotum. Hunc apparatum deplorat propheta in primo verſu, dicēs: Quõ obſcuratum eſt aurum, & mutatus eſt color optimus. Secundò verò põt conſiderari circa tēplum comitatus & cętus qui ingrediebatur ipſum, & per quos frequentabatur. Nã ingrediebantur ipſum inclyti homines, quos deplorat in ſecundo verſu propheta, dicens: Filij Sion inclyti & amicti auro puro, alias primo. Ingrediebantur ipſum piæ ac deuotæ mulieres: ſuꝑ quibus deplorat in tertio verſu propheta: q̃ a verſæ ſunt ad ſimilitudinē lamiarũ quæ filios lactãt, & in ſimilitudinē crudeliũ ſtruthionũ. quia mulieres de Ieruſalē legunt̃ comediſſe filios ſuos tꝑe obſidionis. vnde ſubdit: Sed & lamiæ nudauerunt mãmas ſuas. Ingrediebant̃ etiã pueri, & infantes, quos deplorat in quarto verſu, dicens: Adhæſit lingua lactentis, ad palatũ eius in ſiti. Ingrediebãtur etiam delicioſi iuuenes & adoleſcētes, quos deplorat in quinto verſu, dicēs: Qui veſcebant̃ voluptuoſè, interierũt in vijs: Ingrediebant̃ qñq; diuerſi ſtatus homines & conditionis, quos oẽs ſub vna clauſula generali per cõparationē ad deſtructionem Sodomorum propheta deplorat in 7. verſu, dicens: Et maior effecta eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorũ. Tertiò põt conſiderari circa templum Nazaręorum ritus, & cęlibatus quo oblectabatur: Qui quidem Nazarei deſcribuntur in priſtina dignitate in verſu ſeptimo, qui incipit. Cãdidiores Nazarei eius niue: quos deplorat in verſu octauo, qui incipit: Denigrata eſt ſuꝑ carbones. Deindeverò concludit̃ ex ꝓdicta calamitate quædam generalis ſententia in nono verſu: Melius fuit occiſis gladio, quam interfectis fame. Deinde verò illa ſententia approbatur ex facti euidentia, & per locũ à minori in decimo verſu: Manus mulierũ miſericordiũ coxerunt filios ſuos. Ex quo intendit propheta probare, ꝙ melius fuit occiſis gladio, quã interfectis fame. Quartò verò põt conſiderari circa templum conſtructura & totius fabricæ ſtatus q̃ in ſublime erigebatur, cuius cõbuſtionē & deſtructionē vſq; ad fundamenta deplorat in 11. verſu, dicens: Compleuit dñs furorem ſuum: ſuccendit ignem in Sion, et deuorabit fundamenta eius: et ſic finit̃ prima pars principalis quartæ lamētationis. Eſt autē ſciendũ qđ licèt aliqualiter poſſit exponi, qđ in iſta lamentatione prædictum eſt de cõbuſtione templi, quæ facta eſt per Chaldæos, et per Nabuzardan principem militiæ Nabuchodonoſor imperante, magis tñ clarè et literaliter exponi habet de deſtructione facta per Romanos ſub Tito et Veſpeſiano: quia in obſidione Romanorum leguntur mulieres miſericordes coxiſſe filios ſuos, et hoĩes extabuiſſe ꝑ fame, etc. q̃ hic dñr, q̃ tñ non leguntur fuiſſe facta in obſidione Ieruſalē per Chaldæos. Deinde ſequitur pars ſecũda principalis, in qua propheta inueſtigat et narrat deſolationis templi cauſam et rõnem, q̃ incipit verſu. 12. Non crediderunt reges terræ. vbi propheta oſtendit hanc deſolationem anteq̃ fieret, fuiſſe vniuerſis gentibus incredibilē: et hoc verſu. 12. ait: Non crediderunt vniuerſi habitatores orbis, qm̃ ingrederetur hoſtis per portas Ieruſalem. Secundò verò oſtendit eandem deſolationē poſtmodum viſam eiſdē gentibus iuſtam et rõnabilem ꝑꝑ tres cauſas. Prima effuſio ſanguinis innocentis et iuſti: quia ſacerdotes et falſi prophetæ interfecerunt Zachariã, Iſaiam, et multos alios prophetas Iſrael: et hanc cauſam Ieremias deſcribit in verſ. 13. qui incipit: Propter peccata prophetarũ et iniquitates ſacerdotũ, et in verſ. 14. qui incipit: Errauerũt cæci, polluti ſunt ſanguine: ꝑ quã cauſam introducit clamorē oĩm gentium et nationũ cõtra habitatores Ieruſalē in verſu. 15. Recedite polluti. clamauerũt eis: rece. etc. et in verſu. 16. Facies dñi diuiſit eos. Secunda verò cã quare rõnabilis fuit tēpli deſolatio, fuit ꝓſtolatio alterius auxilij quã Dei. Cũ.n. Nabuchodonoſor obſideret ciuitatē, Sedecias et populus ad auxilium dñi debuiſſent recurriſſe, et potius recurrerunt ad auxilium regis Pharaonis: ꝑꝑ quod dñs tradidit eos in manus Nabuchodonoſor, qui templum deſtruxit. Et huiuſmodi cauſa tangitur in verſu. 17. qui incipit: Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cum reſpiceremus attenti ad gentem quæ ſaluare nos non poterat. In verſu. 18. deſcribitur qualiter ipſis ſic præſtolantibus, Ægyptijs non venientibus, finis venit obſidionis eorum, et capti ſunt, vnde incipit verſus ille: Lubricauerunt ueſtigia noſtra. In uerſu uero 19. oſtenditur, ꝙ nec potuerunt



A fuerunt fugientes de ciuitate peruenire vſq; in Ægyptum. vnde ſubdit: Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cęli. Tertiò verò cauſa deſolationis templi fuit mors & interfectio Ieſu Chriſti, quæ tangitur verſu. 20. qui incipit: Spiritus oris noſtri Chriſtus dñs captus eſt in peccatis noſtris. Quamuis.n. aliqui Iudæorum intelligũt hũc verſiculum de Ioſia, qui interfectus eſt à Pharaone Nechao, alij verò de Sedecia qui egreſſus de ciuitate voluit fugere in Ægyptũ, quem perſecutus eſt Chaldęorum exercitus, & comprehendit in deſerto Iericho: tamen non poteſt intelligi ad literam de illis, cum quilibet iſtorum captus fuerit in peccatis ſuis. Ioſias quidem quia non obediuit vero prophetæ ex ore domini, vt dicitur in 2. libro Eſdræ. 1. Sedecias autem quia non obediuit verbis Ieremiæ, nec ſeruauit iuramentum quo ſe aſtrinxerat cum rege Chaldæorum. Et idcirco dicitur literaliter non poſſe iſta intelligi, niſi de domino Ieſu Chriſto. Vnde quæ dicuntur à 12. verſu. & deinceps habent referri ad mortem eius, in quem conſpirauerunt. ſ. ſacerdotes & prophetæ, hoc eſt legis doctores & ſcribæ: vnde etiam de Iudæis verificatur poſt mortem Chriſti prælatus verſus, qui dicit: Facies dñi diuiſit eos: non addet vt reſpiciat eos. Poſt captiuitatem.n. Chaldæorum Deus reſpexit eos, & in terram ſuã reduxit: ſed poſt mortem Chriſti deſpexit eos ſicut eſt hodie. Item ſi bene attendantur prædicta verba. ſ. Spiritus oris noſtri Chriſtus: propriè intelliguntur de Chriſto, qui ſecundum diuinam naturam inſpirauit in faciē primi hominis ſpiraculum vitæ, Gen. 2.b. quod pertinet ad eſſe naturæ hominis. De ipſo etiam legitur Ioh. 20.e. Inſufflauit in eos dicens: Accipite ſpiritumſanctum, quod pertinet ad eſſe gratię: & ſic ſecundum prædictas cõſiderationes propriè dr̃ de Chriſto Deo, & homine. Spiritus oris noſtri, non aũt de aliquo alio puro homine. C Item qđ ſequitur: Gaude & lætare filia Edõ, propriè vr̃ intelligendum de illa Idumæa, q̃ eſt ſynagoga Iudæorum procurantiũ mortē Chriſti, prout fuit declaratũ in additione ſupra. Iſa. 34. De illa.n. poteſt intelligi quod in litera dr̃: Quæ habitas in terra Hus, &c. Hus .n. interpretatur conſilium: vnde de iſta Idumæa dr̃ ſupra. Iſa. 34. Quòd conſilium iniuit contra Chriſtum. Si.n. in hoc loco Idumæa intelligeretur de illa quæ deſcendit ab Eſau ſecundum carnem, & Hus de illa natione quæ deſcendit à Nachor: ſic falſum eſſet dicere, ꝙ Idumæa habitaret in terra Hus: nam Idumæa & Hus ſunt diuerſæ nationes in diuerſis regionibus habitantes. Deinde ſequitur tertia pars & vltima iſtius lamētationis, in qua propheta aſpicit, & prædicit futuram conſolationē de conuerſione Iudæorum: poſtq̃ introibit gentium plenitudo, vel de reditu eorum de captiuitate Babylonica. Et primò ironicè loquitur contra nationes vicinas & Idumæas dicēs verſu. 21. Gaude & lætare filia Edom, q̃ habitas in terra Hus: qđ intelligitur per antiphraſim & quandã ironiã. Secundo verò conſolatur Iudæos, vel de regreſſione de captiuitate Babylonis, vel potius & literalius de cõuerſione eorum ad fidē Ieſu Chriſti, q̃ erit in fine ſeculi: & hoc in verſu. 22. & vltimo. Cõpleta eſt iniquitas tua filia Sion: non addet vltrà vt tranſmigret te. Conſtat.n. ꝙ ad literam hoc intelligi nõ põt de captiuitate Babylonica. Nam poſtq̃ de captiuitate Babylonica Iudæi ſunt reuerſi, captiuati ſunt per Romanos & trãſmigrati & diſperſi: & propter hoc referenda ſunt hęc ad finem ſeculi, ſicut dictum eſt. Et in hoc lamētatio quarta finitur.

## GLO. ORD. CAP. V.

Recordare do. *Hiſt.* Captiuitatem & miſeriam ſuæ gentis ingerit oculis creatoris. Notandum tñ quod iudicem in aduerſarios non exaſperat, ſed genti ſuæ deplorando veniam orat. Non dicit: Memento dñe inimicorum noſtrorũ. q.d. tolle dñe mala quæ patimur, ſed ignoſce factoribus. qđ acciderit nobis. Mala.n. quædam ſunt nobis quaſi naturalia, ſed alia accidentalia, quæ ſponte, & actualiter peccando adijcimus. Intuere & reſpice, idē eſt: ſed iteratio affectionis indicium eſt. hoc.n. affectu dolentis legendum eſt.

B Opprobrium.n. erat gentem ſanctã, miraculis præditam, Dei præſentia illuſtratam intãtum peccaſſe, vt iuſto Dei iudicio tam immani mulctaretur captiuitate.

a *Recordare. Alleg.* Vox martyrum eſt, qui tormentis afflicti clamant: Memento domine. q.d. cum enim in prę ſentia nõ vlciſcatur, oblitus videtur. vnde: Vſquequo domine obli. in finem. Et alibi: Obliuiſceris ino.n. & t.n. Opprobrium enim & contumelias martyribus eſſe illatas, nemo eſt qui ambigat.

b *Hæreditas. Hiſt.* Mala particulatim enumerat. Iudæis.n. in captiuitatem translatis, hæreditatem eorum poſſederunt alieni. Tangit etiam patrum prærogatiuam, & largitatem diuinam, qua largiente hoſtiũ hæreditas ad patres tranſiuit, quam diu poſſederunt protectione Dei. Ad alienos à Deo. ſ. nõ ad ſuperiores vel ad pares, ſed ad inferiores, quod indigniſſimum eſt. Hæredi.c. Alle. Hæretici hæreditatem eccleſiæ aut dæmonibus aut prauis inſtitutionibus tradiderunt. Vnde alia interpretatio: Hæreditas noſtra cõuerſa eſt alienis, & domus noſtrę extraneis. Quod enim conuertitur, erat quidem, ſed in aliud mutatur. Scriptura enim hæreditas eſt fidelium: hanc autem conuertunt qui à Deo alieni ſunt. Alienis eſt. ſ. ſcriptura ad mortem, quæ conuertitur catholicis ad ſalutem, quia immutata ſeruatur. Domus noſtrę extraneis. Quicquid enim interius exterius ve habuit populus, ab hoſtibus (ſecundum literam) poſſeſſum eſt, vel tranſlatum eſt. *Tropol.* Tropologicè verò domus, ſcripturas diuinas ſignificant, in quibus mentis intentiones habitant tanquam ianuis patefactis ſenſibus: ſed eas hæretici ad ſuæ prauitatis intentionem conuertunt. Dæmones quoq; extranei intelliguntur, qui ſenſum extraneum ſcripturis inſerunt: Domus etiam noſtræ, ideſt mentes humanæ ad extraneos, ideſt ſpiritus immundos peccando tranſeunt.

D c *Pupilli facti.* Quintuſdecimus locus conqueſtionis, per quem eorum qui chari eſſe debent, magis quàm proprias plangimus fortunas. Pupilli. Hiſto. *Hiſtoricè.* Alia interpretatio habet: Orphani facti ſumus velut non habētes patrem. Deus.n. Iudæos adoptauit ſibi in filios. vnde: Filius meus primogenitus Iſrael: ſed facti ſunt velut non habentes patrem, quem quamuis habentes iniquitatibus ſuis irritauerũt. *Exo.4.f* Matres no. qua.vi ſeptem. ſcilicet ſynagogæ in monte oliueti conſtitutę, quæ tanquam matres filios debebãt lactare, ſubditos educare, quæ Chaldæa captiuitate deſolatæ & crematæ ſunt. Pupilli. Alleg. *Allegor.* Eadem eccleſia voce gemit dum oppreſſa anguſtijs, minus ſentit auxilium paternę pietatis & conſolationis. Alius verò interpres dixit, non habentes patrem: alius, velut non habentes. Aliqñ.n. grauioribus delictis offenſus, omnino pater amittitur. Aliquando autem auxilium differt, ſed non aufert. Matres noſtræ quaſi viduæ, eccleſiæ ſcilicet, quæ nos nutriunt ſuo lacte: viduatæ, a paſtoribus fugientibus, vel negligentibus, non poſſunt filios Deo generare: quia non habent qui poſſit fœcundare: Non tamen abſolutè dicuntur viduæ, ſed quaſi viduæ, quia vñr viros habere. Hæreticorum autem iure ſterilitas plangitur: quorũ eccleſiæ rectè quaſi viduæ dñr: quia etſi vero ſponſo in quibuſdã ſacramentis iunguntur, Deo tñ fructũ nõ concipiunt. Hãc ſignificant cõcubinę Dauid, qui ad eas prius

*Oratio Ieremiæ prophetæ.*

## CAP. V.

a ¶A perſona iudicis, cuius miſericordiam humiliter implorat. ¶Vox martyrum. ¶Qui oblitus videris, dum non vlciſceris. ¶Quam magnum, quam crudele.

a Recordare domine quid ac- a

a ¶Immeritis. ¶A perſona propria cuius exponit̃ miſeria.

ciderit nobis: intuere & reſpice b

a ¶Vnde: Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris. ¶Scriptura.

b opprobrium noſtrum. Hæreditas c

a ¶Dæmones. b ¶Scripturarum intelligentiæ vel mentes.

noſtra verſa eſt ad alienos: domus

a ¶Deo, pro peccatis noſtris offenſo. ¶A fortuna. ¶Quibus debes eſſe adiutor. vnde: Pupillo tu eris adiutor.

c noſtræ ad extraneos. Pupilli facti d

## NIC. DE LY. CAP. V.

¶ Recordare do. *Poſita lamentatione Ieremiæ, hic vltimò ponitur eius oratio, in qua explicat multiplicem populi ſui miſeriam ad prouocandum diuinam miſericordiam. Et diuiditur in duas partes. Quia primò explicat miſeriam ex parte captiuationis populi. Secundò ex parte deſtructionis regni & templi, ibi: Cecidit corona. Circa primum dicit:*

a Recordare do. *ideſt ex tua pietate noſtræ miſeriæ condeſcende. Non enim obliuio & recordatio habet propriè locum in Deo, ſed ad modum recordantis alicuius miſeri ſe habet, quando ei auxiliabitur.*

c Hæreditas noſtra verſa eſt ad al. *Quod erat captiuatis magna pęna, maximè quia illa terra fuerat patribus eorum à Deo conceſſa.*

d Pupilli fa.ſu.abſq; pa. *Viri enim bellatores mortui fuerant & occiſi pro maiori parte: & ſic filij remanſerãt pupilli, & matres viduę. Sciendum tamen quod pupillus propriè eſt qui caret matre: Orphanus verò patre: vnum tamen frequenter accipitur pro alio.*

¶ a Aquam

## MORALITER.

✲ a *Recor.do.* Poſt lamētationē Ieremiæ de populi & ciuitatis deſtructione, hic cõſequēter ponit̃ eius orõ pro vtriuſq; reparatione. Mora. aũt põt eſſe orõ eccleſiæ, vel cuiuslibet fidelis pro releuatione terræ ſanctæ, & populi Chriſtiani ab ea deiecti dicēdo: Recor. do. tũc.n. dr̃ recordari Deus alicuius miſeriæ, qñ incipit eã releuare.

b *Intuere & re.* Magnum enim opprobrium eſt toti Chriſtianitati, & potiſſimè principibus Chriſtianis, ꝙ infideles poſſident loca noſtræ ſalutis. de quibus ſubditur:

c *Hæreditas no.ver.eſt ad alie.* ideſt Saracenos.

d *Pupilli facti.* principes ad quos ſpectat defendere populum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E prius intrauit,ſed non ſibi pleno coniugio copulauit: quas poſtea Abſalom tanquam ſatanas inceſtauit, & Dauid eas in æterna damnatione in tenebris reclusit. 2.Reg.16.d

Moraliter. a *Matres no.Moral.*Matres omnium virtutum,fides,ſpes,charitas,ex quibus Deo naſcimur,& cæteræ virtutes generant. Sed cū ſeculi vanitatibus vitiant,& charitas qua verū ſeruat connubiū, ad alia deflectit,quaſi viduæ,non tñ abſolutæ viduæ deplorant: qa etſi in quibuſdā exterioribus Chriſtum amplecti videant,vim tñ ſanctæ prolis generādæ amiſerūt interius. Qđ .n.nō eſt ex fide peccatum eſt, & qđ ſine charitate agit,prodeſſe nō pōt. Rom.14.d

Hiſtoricè. b *Aquam no.Hiſt.* Crudelitatem hoſtium & afflictionē ſuorum & inopiā ſignificat, vt etiā aq̃ pretio emerent, cū debeat eſſe vſus cōis aquarum.Aquā no.Moral.Aquam pecunia bibūt, qui lachrymarum liquoribus gemendo inebriātur,pecunia .ſ.ſcripturarum,dū in eis æternæ vitæ pmia perpendunt & ſupplicia, quarū meditatione charitatem nutriunt & timorem,& vtroq; modo fit animus pronior ad dolendum. vnde: Cibabis nos pa la. Pſal.79.a Ligna quoque ad nutriendum ignem dñi emimus,cū ſpiritualia poſthabitis terrenis cōparamus. †pęnas iniquitatum Hanc quoq; aquā pecunia bibere,eſt ſapientiā & ſciētiam ſecularium pro ſpiritualibus dare,aut certè virtutibus animi poſthabitis vitia admittere. Aquam no.

a ¶Eccleſiæ,vel fides,ſpes,charitas.

a ſumus abſque patre: matres noſtræ

a ¶Fortunæ. b ¶Res turpe & humiles. ¶Doctrinam.

b quaſi viduæ. Aquam noſtram pecu- a

a ¶Contra illud: Qui non habetis argentum emite. b ¶Scripturarum,ſpiritualium donorum.

nia bibimus,ligna noſtra pretio com

a ¶A ſymoniacis ſacerdotibus. b ¶ ercuſſis.

c parauimus. Ceruicibus noſtris†mi- b

a ¶A perſecutoribus. b ¶Quia de loco in locum fugere compelluntur.

nabamur,laſſis non dabatur requies. c

a ¶Potentioribus,qui curis diuitiarum obſcurantur. b ¶Quaſi vincti.

d Ægypto dedimus manum, & Aſſy- d

a ¶Inſipientibus ſe ad lucra ſeculi. b ¶Caducis rebus & tranſitorijs. c ¶Eccleſia i ci,vel Adam & Eua. ¶Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

e rijs vt ſaturaremur pane. Patres e f

a ¶Quia mortui.

noſtri peccauerunt, & non ſunt: & g h

a ¶Originale peccatum,vel pœnam culpa ſacerdotum. ¶Verba videntur obliquare in iudicem,vt immeritos vlterius non affligat.

nos† iniquitatem eorū portauimus.

a ¶A fortuna. ¶Dæmones,vel hæretici,vel mali prælati. b ¶Qui debuerunt ſeruire. c ¶Si Deus non vult alius non poteſt.

f Serui dominati ſunt noſtri: non fuit i k

G Aſſyriosq; ad Iudæorum ſpolia diſtrahenda, & cupiditates ſuas ſatiandas,conueniſſe. Ægypto. Alleg. Contra eccleſiā Aegyptus cum Aſſyrijs pugnat,de quibus dr̄: Non timebo mi.po.c.m. Per Aegyptū aereæ poteſtates intelligūtur,quæ Aſſyrijs.i.potentibus adiungunt, vt per eos electos Dei perſequuntur. Hoc aūt faciunt,vt impietatem ſuam ſatient crudelitate pęnarum.Aegyptus quoq; dat manum Aſſyrijs in ſatietatem ipſis, qñ hæretici ſociant hæreticis, vt ſe ſatient acquiſitione decepti populi. Sed iuxta Hebraicā veritatē eccleſia lamentaī, qđ etiam miniſtri altaris pro terrenis rebus dant manus potentioribus, qui diuitiarum vel delictorum tenebris obſcurātur. Aegyptus.n.tenebræ interpretatur. Vel, Aſſyrijs.i. dirigentibus, qui ſe. ſ.ad omnia mundana dirigunt, vt diuitijs affluant, honoribus excellant, quibus ſeruiūt miniſtri Chriſti pro caducis & tranſitorijs: & ſic luminaria mundi tenebræ fiunt,qui manus ad ſancta debēt leuare, & cum Moyſe ad cęlum tendere, ne fiant graues. vnde: In noctibus extol. ma.ve.in ſan.& be.do.

e *Patres no.pec. Paſch. Hiſt.* Iudæi iniquis patribus ſimiles maledicta legis in ſe traxerūt,quaſi importabile iugum: nolentes Chriſtū recipere, qui iugū legis venerat auferre: qbus dr̄: Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui ef. eſt ſuper ter. &c. Et alibi: Implete menſurā patrū veſtrorum. Quibus verbis oſtendiī, q̄ imitatores pcedentiū patrū in ſe delicta trahunt qui ſua portare nō ſufficiunt. Quia ergo æmulatores patrū hereditaria impietate Deum offenderunt quaſi de radice in ramos & peccata vindicta peruenerunt, quaſi patribus noſtris ſimiles & iniquitatē eorū & vltionē portamus. Pat.no. Alle. Vox eſt Chriſtiani populi,qui ſacerdotū & principum peccatis flagellaī,dicentis: Pa.no.p.&c.Q. Non ſunt qui debuerāt,& nos iniquitatis eorū vindictā ſuſtinemus: non tñ H populus de ſe pſumat,qa pro merito plebis eſt electio paſtoris: neq; imitatoribus culpa minuiī, ſed augeī. vnde: Cain ſepties puniī, Lamech ſeptuagies ſepties. Poſt pceptum.n. & exēplum,maior eſt peccantis pęna,ſicut & peccatū. Pōt etiam hoc referri ad originale peccatum,cuius tabes in oēs tranſijt: ſed qui gratia ſunt liberati, non portāt iniquitatē patris. Pec.no.pe. Peccatū.n.nihil eſt,& qui peccat nihil eſt: quia relicto vero eſſe,voluit non eſſe.i.peccare. Nō dixit,patres peccauerūt,& nō eſt peccatū eorū. Illis.n.defunctis,manet peccatū & pęna peccati: Sed poſtq̃ pctm̄ in baptiſmo remiſſū ē,vnuſqſq; p pprijs puniī malis,aut rēuneraī p bonis. f *Ser.do.Hiſt.* Eaſdē texit & retexit miſerias,ſp aliqd noui adijciēs,q̄uis eadē reuoluēs, & nouos refert cruciatus,vt pius iudex ad miſericordiā moueaī. Serui do. ſ.Q. Tu liberaſti nos in brachio extēto, & exaltaſti in regno: nūc ēt ſerui dominātur noſtri,& nō eſt q redimat. Q. Cur obliuiſceris conſueta beneficia, reſpice in nobis opera tua, non noſtra. Serui do. ſunt noſtri. Alleg. Plorat gens ſancta, populus acquiſitionis, quòd ſpirituales nequitiæ, quæ ſuam perdiderunt libertatem,

Allegoricè. Alle. Contra ſacerdotes dicit hoc, qui faciunt domum Dei domum negotiationis, Ioh.2.c qui doctrinam Dei,vel ſacramenta, & ſpiritusſancti dona pecunia diſtrahunt,cum Iſaias dicat: Omnes ſitiētes venite ad aquas,&c. & bibite abſq; vlla côm. vi. & l. Rectè ergo hic voce plebis plangitur, cui ſcripturarum ligna & ſpiritusſancti dona quibus ignis quotidie in altari nutritur,pretio comparantur. Iſa.55.a

F c *Ceruicib.Hiſt.* Contemptum captiuorum,& vexationem, pio iudici inſinuat, qui potentes deponit, & humiles exaltat. Luc.1.f Ceruicibus.n.percuſſis minabamur & cōpellebamur,vt laſſati currerent, & ſine requie laborem operis perferrent. Allegoricè. Ceruicibus. Alleg. Deplorat eccleſia, q̄ martyres à perſecutoribus colaphizantur,ligatis ceruicibus trahuntur.de loco in locum ſine requie fugere cōpelluntur.qđ ſignificat cum dr̄: Laſſis non dabatur requies. Omnis aūt afflictio & deſpectio in percuſſis ceruicibus monſtratur, quia tñ dictum eſt: Si quis te percuſſerit in vnam maxillam,præbe ei & aliam. Matt.5.f melius per ceruicem ſuperbiam accipimus, qua ferimur & fugamur,cū ex conſcientia reatus,pertimeſcimus: qa Deus & humilia reſpicit,& alta à longe cognoſcit: Pſal.137.b Quo cōſiderato nō eſt requies,qa vita carnalis laborioſa,ſpūalis quieta. Hiſtoricè. d *Aegypto Hiſt.* Plangitur q̄ nobilitati prærogatiua prophetarum & patriarcharum, Aegypto cui ante ſeruierūt fame coacti pro panibus dederunt manum. vnde: Repleti prius pro panibus ſe locauerunt. 1.Reg.2.a Aſſyrijs quoq; vrgente fame ſeruierunt,quibus Deus olim manna pluerat,& eos miraculis multis extulerat. Quòd aūt alia tranſlatio habet: Aegyptus dedit manum Aſſyrijs in ſatietatem ipſis: ſignat Aegyptios Aſſy-

## NICOL. DE LYRA.

a Aquam no.pecu.bibimus,ligna no.pecu.com. *Quia exiſtētes in terra Babylonis non permittebatur vti communibus, vt aquis & nemoribus liberè ſicut Babylonij,ſed emebant talia ſicut ſerui.*

b Cerui.no.mi.*ideſt de amputatione capitum noſtrorum.*

c Laſſis non dabatur requies. *Quia Babylonij cogebant eos ad laborem vltra modum. Conſequenter explicat miſeriam quæ fuit ante ciuitatis deſtructionem, cum dicitur:*

d Ægypto dedimus manum,& Aſſyrijs.vt ſatu.pane. *quia aliquando confęderauerunt ſe cum iſtis, aliquando cum illis, vt poſſent tutari contra inſultum regis Babylonis: & ſic poſſent colere terram ſuam ad habendum victum de terra naſcentibus.*

f Patres noſtri pec.*peccato multiplicis idololatriæ.*

g Et non ſunt.*ſuper terram viuentes.*

h Et nos ini.eo.por.*Propter enim iniquitates factas tempore Manaſſe regis fuit deſtructa ciuitas, & populus ciuitatis captiuatus,vt habetur.4.Reg.24.qui longè ante captiuitatem mortuus fuit,& alij eiuſdem temporis: bene tamen puniuntur filij pro parentibus temporaliter, & maximè quādo ſunt imitatores paternorū ſcelerū,ſicut fuit in propoſito.*

i Serui do.ſ.n.*illi qui prius ſolebant ſeruire nobis. Tēpore enim Dauid* & Salo-

## MORALITER.

✠ Chriſtianum,debent gerere vices patrum: & prælati qui debēt eum nutrire verbo & exemplo,vices matrum,ſed tam iſti quàm illi paruum aut nullum circa prædicta ponunt remedium.

a *Aquam no.pecunia bi.* Nam illa quæ ſunt infidelibus communia, à Chriſtianis inter eos habitantibus ſub tributo emuntur pecunia.

b *Cer.no.im.* Nam Chriſtiani inter infideles habitantes de vita ſua non ſunt ſecuri,nec etiam illi qui ſunt terris eorum propinqui. Vnde modo dicitur, q̄ ſe præparant ad inuadendum inſulam Cypri.

d *Aegypto dedimus manum,& Aſſyrijs.*ideſt infidelibus.

e *Vt ſaturaremur pa.* Nam habitātes inter eos pro victu neceſſario ſunt in graui ſeruitute.

f *Patres noſtri pec.& non ſunt.* Nam propter peccata ſua deſtructi ſunt per Saladinum & alios Soldanos poſt ipſum.

h *Et nos ini.eorum por.*inquantum acceſſu libero ad loca ſancta priuati ſumus, & ſuppoſiti ſeruituti quantum ad fideles cum infidelibus habitantes, ideo ſubditur in eorum perſona.

i *Serui d.ſ.n.*i.infideles qui econtrario deberent fidelibus ſeruire.

K *Non fuit qui redi. de ma. eorum.* Nam principes Chriſtiani per guerras eorum adinuicem ſunt impediti.

✠ a In



A tatem dñatur noſtri,& affligunt ſeruitute peccati. Vel ſerui peccatorū in eccleſiarū regimine cōſtituti, in eos quos dñs redemit,luporū vtuntur rabie,nō canū defenſione. Luctus ergo iſte pęnitentiū eſt, q laqueos ſatanæ euadere cupiunt, cuius dñio ſubiugati ſunt. Hæretici quoq; ſerui peccatorū, dñantur eis quos deceperunt, & ſeruos faciunt vitiorū: & interdum nemo eſt qui abſoluat eos, qui eorum dogmatibus irretiti ſunt.

a *In anima.&c.*Hiſto. Immēſi laboris vexatio deſcribiī, cū tā aīa q̃ corpus laborare oſtendiī. Erat.n.exterius,labor quotidianū victū acquirendi,interius labor à facie gladij,quaſi cū periculo vitę acquirebatur panis. In anima.no.&c. Alleg. Felix aīa,q̃ tam ardenter petit panē vitæ, ſcripturarū.ſ. & virtutū, quē acquirit à facie gladij ſolitudinis.i.timēdo & cauēdo ab inſidijs diaboli. Cōtra hunc gladiū opponendo ſcutū fidei,vt ſaluetur à facie percuſſoris,de quo dr̄: Ante faciē eius fuit paradiſus, & poſt eū ſolitudo deſerti, quia antequam fidelē animā irrumpat, virtutibus floret quaſi paradiſus: ſed eius afflatu ſiccatur, & in deſertū redigitur. Relinquitur.n. à Deo, qui ſupplantatur à diabolo.

b *Pellis noſtra.* Hiſt. In exuſtione pellis, magnitudo famis, q̃ ſi quis noſſe deſiderat (qui matres filios deuoraſſe affirmat) Ioſephū legat,& deuorātium fauces latrunculos præfocaſſe, & penè de ipſis viſceribus cibos deuoratos abſtraxiſſe. Pellis no.&c. Alleg. Plangitur pellis noſtra,quaſi clibanus exuſta,qua primi parentes induti de paradiſo ſunt eiecti. vnde ſingulariter pellis, nō pelles dixit,qa ex ipſis oēs vnā cōtraximus pellē mortalitatis. hæc facta eſt quaſi clibanus ardens.i.diabolus, qui eſt fornax vitiorū,quē quotidie nouis concupiſcentiarū incendit vſtionibus. Hac aduſtione,tēpeſtate famis affligimur, q æternæ vitæ epulis B nō reficimur. Alia verò trāſlatio hēt, plagarū famis,cū vna plaga ſit vel tēpeſtas corporalis famis, qa fames ſpiritualis vulnerat oēs ſenſus mentis & corporis. Hac quaſi tēpeſtatū turbine aīa iactata raptatur. vñ ſequiī: Mulieres in Sion &c. c *Mulieres.* Hoc ad literā Iudæis accidiſſe nemo dubitat, & Chriſti eccleſias fame & ſiti verbi Dei afflictas,& hæreticorū prauitate corruptas. vñ: Timeo ne corrūpantur ſenſus veſtri à caſtitate,q̃ eſt in Chriſto Ieſu. Et: Deſpōdi.n.vos vni viro,vir.ca.exhibere Chriſto. Tales virgines corruptas fuiſſe merito propheta luget, q̃ ſi mulieres nō fuiſſent,muliebria nō admiſiſſent, hæreticorū fraudibus deceptæ, & adulterino humiliatę cōnubio. Mulieres &c. Moral. Quoties peccatorum fœditate grauamur, & de Sion altitudine ad humilia corruimus,mulieres.i.animę noſtrę,in Sion.i.in culmine eccleſiæ leuatæ humiliantur. Aliud eſt verò in Sion humiliari.i.in eccleſia corde cōtrito & humiliato peccata cōfiteri,& ſperare de miſericordia iudicis. Aliud extrà.i.ab altitudine

a ¶Niſi Chriſtus, qui ſeipſum dedit in pretium. b ¶Poteſtate.

a qui redimeret de manu eorum. In a

a ¶Deſiderio animarum. ¶Quaſi: Quam indigna patimur,quam crudelia,quam miſeranda.

animabus noſtris afferebamus pa- b

a ¶Qui de cœlo deſcendit. ¶Scripturarum,virtutum. b ¶Ab impugnatione inſidiantis diaboli, qui cecidit de paradiſo,vt habitaret in deſerto.

nem nobis à facie gladij in deſerto. c

a ¶Mortalitatis. b ¶Diabolus. c ¶Flatu diaboli.

b Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta d

a ¶Spiritualis, qui quaſi turbo tempeſtatis animā cōcutit. ¶Aduerſarios in odium inducit, quorum factum, ſpurcum,ſuperbum & crudele oſtēdit. Et à perſona eorum beneuolentiam ſibi acquirit.

c eſt † à facie tempeſtatū famis. Mu- e f

a ¶Eccleſias. b ¶Hæretici.

lieres in Sion†humiliauerut,& vir-

a ¶Diuerſis gradibus. ¶Non furtim ſed publicè.

d gines in ciuitatibus Iuda. Princi- g

a ¶Sacerdotes. ¶Sicut Antiochus,& ſocij eius. b ¶Quia hoſtium crudelitas nec ætati pepercit nec dignitati.

e pes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſe- h

a ¶Quartus conqueſtionis locus: Hæc enim fortunæ & priſtino honore indigna ſunt. ¶Factum ſpurcum, nefarium, vnde hoſtes inducuntur in odium.

f num non†erubuerunt. Adoleſcen- i

a ¶Maſculi in maſculos turpitudinem operantes. b ¶Stulti. ¶Quibus nec ætas ſubuenit.

tibus impudicè abuſi ſunt,& pue- k

dine virtutum corruiſſe,& per vitiorū humilitatē aberraſſe. C vnde ſuprà: Docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximam ſuam planctum. Iere.9.f Monet.n.affectiones aīarum lachrymis abluere, & quaſi filias vt pœnitentes plangāt docere, & operationes corporis noſtri quaſi proximas lamentationibus emundare. Fidelium.n. mentes quaſi Deo dicatæ virgines ſunt. Ciuitates in quibus humiliantur,diuerſi dicuntur gradus. Alia eſt .n.profeſſio ſacerdotū,alia Leuitarū, alias monachorū,alia virginum, alia viduarum,alia coniugatorū. In ſingulis ſunt aliquæ virgines, aliquæ non propoſitū ſeruantes deuirginantur. vnde: Iuuenes mei & virgines meæ abierunt in captiuitatē. Sap.1.f Verè.n.oēs virgines ſunt,quæ corpore & ſpiritu incorrupto Deo ſeruiunt. Iuuenes q̃ nouitatē vitæ & fortitudinē induerunt: ſed multi hoſtium inſidijs & ſcelerum flagitijs corruerunt.

Hiſtoricè. d *Pincipes ma.ſuſpen.ſunt &c.*Hiſt. Principes Iudæorū, ſuis ipſorū manibus, aut hoſtiū eculeo,vel cęteris tormentis ſuſpenſos ex alijs grauioribus manifeſtū eſt. Senibus quoq; reuerēdis facie & ætate reuerētia nulla impēſa eſt. Allegor. Princi.&c. Alleg. doctores ſanctæ eccleſię hoſtiū manib⁹ ad alta ſuſpēduntur, qñ intentionē boni operis deſerentes ad voluntatē hoſtium diſtrahuntur, & ſuarū manuum deuincti operibus, quaſi in eculeo diſtenduntur. vnde ſequitur: †gloriſicauerūt. Adoleſcētes ad molēdum tulerunt.

e *Facies ſen. non eru.* Nulli enim ætati parcitur, quia ſerpens callidiſſimus nec pueris miſeretur, nec iuuenes reueretur, nec parcit ſenibus: omnem ætatem & dignitatem vna tempeſtate inuoluit. Sæpe autem principes eccleſiæ & ſeniores contumelijs affecti, manibus ſuſpenſi ſunt.

Hiſtoricè. f *Adoleſcen.&c.*Hiſto. Alia interpretatio. Potētes molis molebant,& iuuenes ligno cōfixi ſunt. Sedeciā ſecundū hiſtoriā plangere vr̄,cui oculos rex Babylonis euulſit,eūq; molere fecit,& iuuenes ligno crucifixit. D Sed ſm noſtrā interpretationē Romanorū tangit flagitiū, qui maſculis impudicè abuſi ſunt. vnde: Maſculi in maſculos turpitudinē operantes. Rom.1.d Pueri.n.in ligno corruerunt, q in Chriſtū in ligno pendentē credere noluerūt. Potētes quoq; in ligno ſcādalizati ſunt,quaſi pueri,& molis molebāt,dū legē ad literā infinito circuitu vertentes perpetua cęcitate dānati ſunt: ſicut Samſon erutis oculis molā circūuehit,vt ſe explicare non poſſit, ſed in eiſdē oberret veſtigijs. Iudic.16.e Allegor. Adoleſcen.&c. Alleg. Sunt potētes ſecularibus diuitijs & honoribus,ſunt & ſpiritalibus. Illi q in ſeculi pertinacia & cōcupiſcentia voluuntur,hi ſcripturæ molā relegunt,& terunt: voluunt,& reuoluunt. Hac mola molunt ſimilaginē panis qui de celo deſcendit,& polentā intellectuū in Dei ſacrificium. Hi feruore ſpiritalis iuuētutis,in martyrio vicerūt ligno crucis, fidei firmitate cōfixi,quorū vnus ait: Mihi abſit gloriari,niſi in cruce d.&c. Gal.6.c

a Senes

## NICOLAVS DE LYRA.

& *Salomonis Idumæi & alij populi circa Iudæam inhabitantes erant tributarij regi Iudæ: ſed capta ciuitate multi de Iudæis facti ſunt eis ſerui: quia in illa captione fuerunt cum Babylonis, & ſic habuerunt partem aliquam de captiuis.*

a In animabus noſtris.*i.in periculo vitæ noſtræ.*

b Affereba.pa.no.*i.victum noſtrum. Cuius cauſa ſubditur:*

c A fa. gla. in deſer. *vbi ponebantur inſidiæ ad nos ſpoliandum & interficiendum.*

d Pellis noſtra quaſi cli.&c.*i.exiccata & denigrata.*

e A facie tempeſt.fa. *ex defectu enim nutrimenti cutis deſiccatur & nigratur.*

f Mulieres in Sion.*ſ.Chaldæi & alij aduerſarij noſtri eis abutēdo etiā in loco ſacro,& multò fortius in alijs,ideo ſequitur: Virgines &c.*

g Principes ma.ſuſpen.ſunt. *quia aliqui de principalibus populi, ex quorum conſilio rebellauit Sedecias,in deteſtationem facti,fuerunt patibulis per manus eorum affixi.*

h Facies ſe.non eru.*non parcentes eis ratione prouectæ ætatis. In Hebræo habetur: Mola onerati ſunt facies ſenum &c. quod exponens Ra.Sa.dicit,q̄ cum ducerentur captiui in Babylonem, illi qui ducebant eos, cogebant eos ad portandum molas ad terendū blada & ſimilia, quibus indiget exercitus,nec in hoc deferebant alicui propter ſenectutem.*

i Adoleſcentibus impu.abu.ſunt.*vitio Sodomitico.*

k Et pu.in li.cor.*quia aliqui fuerunt ſuſpenſi,vt dicunt aliqui. In Heb. ſic habetur: Et pueri in ligno debilitati ſunt. quod exponit Ra.Sa.de iuuenibus qui poterant aliquod pondus portare,& illis imponebantur ligna portanda in itinere,ſicut viris grauiora,vt dictum eſt.*

a Senes

## MORALITER.

✠ a *In animabus no.*i.in periculo vitæ noſtræ.

b *Afferebamus pa.no.*i.acquirebamus victum noſtrum. Chriſtiani nanque qui ſunt inter infideles, multas moleſtias ſuſtinent ab eis ſine cauſa, ideo ſubditur:

d *Pellis noſtra &c.* nam propter defectum nutrimenti calor naturalis propriam ſubſtantiam conſumit.

f *Mulie. in Sion hu.* Capta nanque ciuitate Ieruſalem per Sarracenos, probabile eſt q̄ talia mala fecerunt ibi.

g *Princi.ma.ſuſpen. ſunt.* tunc enim Guido rex Ieruſalem & magiſter militiæ templi capti fuerunt viui,& ſic eorum ſuſpenſio fuit in poteſtate Soldani, licèt non fuerit factum. talis enim poteſtas manus vocatur,ſicut vulgariter dicitur: Talis ciuitas eſt in manu regis, .i.in eius poteſtate.

h *Fa.ſe.non eru.*eos turpiter tractando.

i *Adoleſcen.impu.&c.* tale nanq; vitium ſatis cōe eſt inter Sarracenos,vt dicit epiſcopus Aconen.in lib.ſuo de geſtis tranſmarinis.

k *Et pue.in lig.corruerunt.*i.pueri in cunabulis ligneis iacētes, quia nulli ætate parcebatur.

✠ Senes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Senes deſe.de por.* Hiſto. Veterani & ſenio confecti in ipſis portis fame cõſumpti ſunt, dũ tremulis & cõfectis artubus ad victualia q̃renda egredi ni erentur. Vel certè ab hoſtibus diſperſi ſunt cõſiliarij & iudices ciuitatis, vt more ſolito cõſiderẽt in portis. Iuuenes quoq; perterriti officijs abrenũtiãtes fugerũt de plateis. Senes deſe. de por. Alleg. Senes.ſ.quorum ſenſus ſunt cani, manſueti, & quieti. Sed ſi Deũ offendũt, de portis deficiunt, de quibus dr: Aperite mihi portas iuſtitiæ, &c. In his deficiũt, dũ ſcãdalis fatigati, iter rectũ deſtituũt. Iuuenes, deficiũt, de choro pſal. in eis ſpirituale canticũ deficit, & à choro ſanctorũ alieni obliuiſcuntur canticum dñi. b *Defecit gau.cor.no.* Sextus locus cõqueſtionis. Prẽter ſpem.n. in miſerijs ſe eſſe demõſtrant, & cũ expectarent bonũ, in ſummas deuenisſe miſerias. Defecit gau.cor.no. Hiſt. quia Iudęi ad iracundiã Deum prouocauerunt, defecit omne gaudiũ eorũ, & chori quos in ſolẽnitatibus ducebant, in luctũ verſi ſunt. Defecit &c. Allegor. Vox eſt pœnitentiũ, qui cor contritũ & humiliatũ Deo offerũt. Et q̃a abeſt ſponſus, oẽ gaudiũ in luctum cõuertunt. qđ Dauid recuperare deſiderans ait: Auditui meo dabis gaudiũ: Redde mihi lætĩ. Quia ſpiritali cõtritione compunctus contritionis † medulla cordis cõtinuis orabat fletibus. vnde Iſa. In die qua alligauerit dñs vulnus populi ſui, & percuſſurã plagæ eius ſanauerit. in quo.ſ.vulnus & liuor & plaga tumens. Quoties.n.aĩa ſagitta peccati vulneratur, gaudium eius diſſoluitur: cũ ad conſcientiã reuertitur, chorus virtutũ in luctũ cõmutatur, qđ in Azael rectè figurat, qui tanquã caprea curſor erat velociſſimus. Vnde dũ incautè & præcipitanter hoſtẽ inſequeretur, ictus in F inguine perijt. Sic animus qui velociſſimos motus ſuos patientia & grauitate nõ moderatur, ſæpe in fornicatione mentis & corporis pcipitatur. Chorus vertit in luctũ, qñ in pœnitẽtibus virtutũ chorus quaſi harmonia lugẽdi deplorat, qđ amiſit, & intentũ ſeruat pœnitẽdi, vt poſt plãctus & lachrymas redeat chor⁹ idẽ ad gaudia. c *Cecidit co. &c.* Hiſt. Deiectionẽ regni Iudæorũ deſignat, quorũ & honor perijt & gloria. vñ ſup. Dic regi & dñatrici: Humiliamini & ſedete, qm cecidit de capite veſtro corona gloriæ. Sed in alia interpretatione hr, deſcẽdit. Regnũ.n. Iudæorũ vſq; ad Ioacim paulatim deſcendit, in Sedecia oĩno cecidit. Vnde vox captiuorum luctuoſa additur: Væ no.quia p. Cecidit. Moral. Corona capitis nři bona voluntas eſt, ſm illud: Scuto bonæ volun.tuæ coronaſti nos. Tũc ergo mens nřa corona virtutũ decoratur, cũ ſcuto bonæ voluntatis or natur: ſed cũ volũtas mutat, corona amittitur. vñ ſequitur: Væ nobis quia pec. Fruſtra.n. cæteris laboramus, ſi coronã nõ habemus voluntatis. Ita.n. nõ ſolũ per exceſſum, ſed etiã per voluntatis peſſimæ deſideriũ delinquimus. Cecidit co. Alleg. Sacerdotes eccleſię & virgines quaſi corona decoris, ſed hĩ ſæpe eadunt vitijs tabefacti. Fides quoq; dũ integritatẽ amittit, quaſi corona de capite cadit. Ipſe aũt dñs † in Iſa. eccleſiæ corona eſt. vnde: Erit dñs exerci.co.glo.&c. Hãc coronã eccleſia perdit, dũ fides Chriſti corrumpitur in quibuſdã mẽbris corona cadente. Væ imminet peccãtibus, qa vbi nõ ẽ gubernator, ibi ruit popul⁹.

*Marginal notes:* Allegor. — Iſa.26.a — Hyſtoric. — Allegor. — Matt.9.b — Pſal.50.b — † medulla — Iſa.30.f — 2.Reg.2.d — Hiſtoric. — Iere.13.c — Moraliter. Pſa.5.c — Allegor.

a ¶Cruce.ſ.contempta. ¶Aetate indigna. b ¶Primus locus conqueſtionis. ¶Conſiliarij. ¶Iudices.

ri in ligno corruerunt. Senes deſe-
a ¶Aperite mihi por. iuſtitiæ &c.
b ¶Qui dicunt: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

cerunt de portis, iuuenes de choro b
a ¶Sanctorum. b ¶Impœnitentibus.
¶Auditui meo dabis gaudium &c.

pſallentium. Defecit gaudium
a ¶Contriti & humiliati. b ¶Armonium lugendi.

cordis noſtri, verſus eſt in luctum
a ¶Virtutum. b ¶Honeſti in eccleſia vel fulgidi vel voluntas bona.

chorus noſter. Cecidit corona ca- c
a ¶Ergo. ¶Populo. ¶Amiſſa corona.

pitis noſtri: uę nobis, quia peccaui-
a ¶Conceſſio. b ¶Pœnitentia contritum.

mus. Propterea mœſtum factum
¶Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

eſt in dolore cor noſtrum, ideo con e
a ¶Corruptione peccati. b ¶Interiores. ¶Qui debuerãt aſpicere in Deũ. ¶Prouiſores in eccleſia. c ¶Decimus locus cõqueſtionis, per quem ſolitudo demõſtratur.

tenebrati ſunt oculi noſtri. Propter
a ¶Chriſtum. b ¶Eccleſiæ. c ¶Exinanĩens ſe for.ſer.ac. ¶Perſecutores hæretici.

montẽ Sion, quia diſperijt, vulpes g
a ¶Lacerando, de Chriſto male ſentiendo.
b ¶A perſona iudicis, cuius fortitudinem, & magnitudinem prædicat vbique ſentiendo.

ambulauerunt in eo. Tu autẽ dñe h
† in æternũ permanebis, ſoliũ tuum
in generatione & generationem.
a ¶Non in perpetuum iraſcetur, neq; in æternum comminabitur. Non ſecundum peccata noſtra facias nobis.

Quare in perpetuum obliuiſceris i
a ¶Paſſionibus ſubiacere.

noſtri, derelinques nos in longi-
a ¶Sed. ¶Iudicem humiliter & ſuppliciter obſecrant.

tudine dierum. Conuerte nos do- k

d *Propterea &c.* Hiſt. Cor Iudæorum in vtraq; captiuitate mœſtũ fuiſſe, & oculos lachrymis & dolore cõtenebratos oĩbus patet. Alleg. Vox eſt pœnitentiũ. Duplex autẽ mœſtitiæ & doloris ſpecies eſt. vñ Iere. Dolor meus ſuper dolorẽ, &c. quia peccatorũ dolori dolor additur cõpunctionis. Eſt dolor malus: de quo dr: In dolore paries filios. Eſt & bonus, ſm illud: Dolor meus renouatus eſt. Itaq; poſt peccatũ mœſtitia cor humiliatur, vt huius doloris medicina infirmitas abſcedat. Contenebrati ſunt ocu. ma. litia.ſ. peccatorũ infecti & cęcati, vt Chriſti lumẽ videre non poſſint, qui eſt mons abſciſſus de mõte ſine manibus, & in mõtem magnũ exaltatus. Quia diſperijt.i.cũ eſſet ęqualis patri, ſemetipſum exinaniuit, vt qui nõ vident videãt, & q videt, cęci fiãt Ideo obtenebratis oculis hunc montẽ nõ vidẽt perfidi, qa diſperijt. Vulpes ambulaue.in eo. perſecutores.ſ.vel hæretici, q male ſenſerunt de incarnatione dñi, eccleſiã lacerantes, & catholicã fidẽ fraudulenter corrũpentes. Iõ partes vulpiũ erũt. Vulpes fuit Herodes perſecutor Chriſti & Iohãnis. vnde: Dicite vulpi illi. Sunt & hæretici vulpes, ſm illud: Capite nobis vulpes, quæ demoliuntur vineas. e *In æternum.* Idẽ dicendũ: Tu aũt dñe in ęternũ permanes. Et alibi: Tu autẽ idem ipſe es, &c. Permanebis. Nõ tpalis mãſio nec localis, nec aliud q̃ ipſe, ſed ipſa vna & indiuidua & permanẽs eſſentia. Q. quãuis filius ſe exinaniuerit, formã ſerui accipiens, manet tamen in æternum. f *Solium tuũ &c.* Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi. Et alibi: Regnũ tuũ regnũ oĩm ſeculorũ. Dũ ſoliũ audis: intellige iudicẽ, & time. Q. Deũ time, & mãdata eius obſerua. Et ſi ſm hominem iudicatur, regnum tamen eius eſt in æternum. g *Quare in perpe.* Poſt omnia lamẽtationis ſpecies, ad eũ ſolũ pces cõuertit, q ſolus põt cõſolari. Quare in perpe. Hoc nobis aſſiduè exorãdũ, ne obliuiſcat nři, ne derelinquat nos in ppetuũ: quod bene vocibus oramus, ſed melius rebus exoramus. Simus ergo memores eius, ne obliuiſcat nři: qa nõ obliuiſcitur miſereri Deus, niſi nos obliuiſcamur: & ſi obliti fuerimus, ipſe gratiã inſpirat, obliuionẽ fugat. vnde: Reminiſcentur & conuertentur ad dñm vniuerſi fines terræ. h *Obliui* Cui ſimile eſt illud: Vſquequo dñe obli.me in finẽ. Nũ q obliuiſcatur miſereri Deus, ſed cũ differt auxiliũ, vt oblitus, vt ſic accendat deſideriũ, & dulcius ſit ſolatium, & ipſe interim rideat de pœnis innocentum. Sicut figulus va. ſua probat, vt vaſa in ho.fa. quia va.fi.for. i *Conuerte.* conuertendo quia cõuerſio reparationis initium ❧ eſt die-

*Marginal notes:* G — Iſa. — Ier. — Allegor. — Ier. — Gen. — Pſal. — Dan. — Luc. — Cant. — Pſal. — Pſal. — Pſal. — H — Pſal. — Iere.

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Senes de.de por.ſ. Ieruſalem & aliarum Iudææ ciuitatum, *vbi ante deſtructionem ſedebant ſenes autentici ad iudicandum.*
b Iuuenes de cho.pſal. *quia partim erant trucidati & partim captiuati. propter quod ſubditur: Deſe.gau.cor.no.&c. & patet litera.*
c Cecidit. *Hic conſequenter explicat miſeriam ex deſtructione regni, cum dicitur: Ceci.co.& ſubditur cauſa:*
d Væ no.quia pec.*q.d.hoc malũ & alia pp peccata noſtra incurrimus.*
e Ideo conte.ſunt &c. *ex continuo fletu, conſequenter explicat miſeriam ex deſtructione templi, cum dicitur:*
f Propter mon. Sion.*i.propter templum in monte Sion ædificatum.*
g Vulpes am.in eo.*id eſt in ruinis templi, quia ſolent habitare in locis deſertis.*
h Tu autem do.&c.*q.d.licèt templum ſit deſtructum, & dicebatur ſedes tua, eò q ibi erat propitiatorium, tamen remanet firmum ſolium tuum in cælo, vbi principaliter relucet tuum dominium: & ideo conuertit ſe Ieremias ad implorandum Dei miſericordiam, dicens:*
i Qua.in per.&c.*q.d.non decet tuam clementiam. ideo ſubditur:*
k Conuer-

k Conuerte &c. *quia debita conuerſio liberi arbitrij ad Deum, præſupponit inſtinctum diuinum, qui dicitur gratia præueniens.* ¶ a Innoua

## MORALITER.

✲ a *Senes deſe.de por.* vbi prius ſedebant ad iudicandum: nam ad Saracenos tranſlata eſt poteſtas iudicandi.
b *Iuuenes de choro pſal.* quia ſubtracta eſt omnis materia gaudij.
c *Cecidit corona capi.noſtri.* Non enim eſt hodie rex Ieroſolymitanus niſi ſolo nomine. Cætera patent vſque ibi:
g *Vulpes am.in eo.i.* Saraceni ad modum vulpium doloſi.
h *Tu autem domine in æternum perma.&c.* ideo potes adhibere remedium pro voluntate tua.
i *Quare in perpetuum obli. noſtri.* id eſt per tam longum temporis ſpatium. Et quoniam defectus non eſt ex parte ſua, ſed noſtra, ideo ſubditur:
k *Conuerte nos do.ad te &c. innoua dies noſtros ſicut à principio.* id eſt quando terra ſancta erat liberè in manibus eorum fidelium. ✲ Sed



❧ eſt dierũ æternitatis: innouatio æternitatis perceptio. Cõ- A uerte nos do. Auerſiones noſtrę multę ſunt. vnde alibi: Cõuerte nos Deus ſalutaris noſter: conuerte per gratiam, & conuertemur quantum eſt in nobis arbitrio libertatis, & de Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua nõ fuit. Gratia.n. vocantis præcedit, & excitat libertatẽ voluntatis. Noſtrum eſt q decidimus: Dei, q reſurgimus. Homines.n. caro ſunt, ſpiritus vadens & non reuertens. Non eſt n. volentis neq; currentis, ſed miſerentis Dei. Notandum tñ, q gratia Dei nõ cõuertimur, niſi & noſtra voluntate cõuertamur. Eſt autẽ quoddam velamen noſtræ infirmitatis ſenſibus noſtris obiectum, qđ niſi illuminatione Dei fuerit remotum, cõuerti nõ valemus: libertas ergo per gratiã redditur. Semper ergo nobis orandum eſt: Conuerte nos dñe. a *Innoua.* Ad hoc principium reuocamur cum cõuertimur: cũ ad illud puenerimus, innouabimur. Inueterati.n.& corrupti ſumus, & dies ęternitatis pdidim⁹, quos p cõuerſionẽ recipimus. vnde alibi: Conuerte me dñe, & cõuertar ad te. b *Iratus es.* Prima repulſio eſt, qua tẽtatori tradimur. Secunda cum tentati ſuccumbimus, ad tentandum ſine ira Dei repellimur. de qua dr: Non repulit Deus plebẽ ſuã quã præſciuit.

*Marginal notes:* Pſal. — 1.Cor. — Eſa. — Rom. — Pſal.

mine ad te, & cõuertemur: innoua
a ¶Vnde: Egreſſus eius ſicut à principio.

dies noſtros, ſicut à principio. Sed b
a ¶A te qui vbique s. b ¶Quaſi pollutos. c ¶Peccatoribus. ¶Vt pater non iraſcaris vt iudex.

proijciens † repuliſti nos, iratus es c
a ¶Contrarios tibi.

contra nos vehementer.

Qñ autẽ vincimur, ſed poſtea nõ pœnitemus, iraſci- C tur Deus vehementer. vnde: Quis nouit poteſtatem irę tuæ, &c. Aliquando enim iraſcitur, vt pater, quando verbis increpat delinquentem, & facit pœnitentem. Iraſcitur autem vt dominus, quando corripit vt durus, & ſtatim vleiſcitur. vnde Moyſes: Ne iraſcatur furor tuus contra populum tuum. Vt iudex iraſcetur, cum dicet: Ite maledicti, &c. cum iam nec pœnitẽtiæ nec veniæ locus erit. Gilbertus. Sufficiant hæc ad expoſitionem lamentationum Ieremiæ: quæ de patrum fontibus hauſi ego Gilbertus Antiſiodorenſis eccleſiæ diaconus.

*Marginal notes:* Pſal.79.c — Exo.32.c — Matt.25.d

## NIC. DE LYRA.

¶ a Innoua dies noſtros ſicut à prin. *quia in mirabilibus tuis introduxiſti nos in terram promiſſionis.*
b Sed proijciens repuliſti nos. *in captiuitatem eijciendo.*
c Iratus es contra nos. *puniendo vltra id qđ poſſumus ſuſtinere. licèt hęc pœna non excedat ordinem iuſtitiæ. q. d. reſpice nos oculo pietatis & miſericordiæ, quia tibi proprium eſt miſereri & parcere, qui viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum, amen.*

## MORALITER.

✲ b *Sed proij. repuliſti nos. & maximè à tempore Saladini, &c.*

*In cap. 5. vbi dicitur in poſtilla: Recordare.*

## ADDITIO.

¶ Vltimò ſequitur oratio Ieremiæ prophetæ pro populo tranſmigrato exiſtente. & diuiditur in octo partes principales. In prima tangit ad modum bene orantis, & deuotè inuocat ad ſe, & excitat diuinam miſerationẽ & pietatem, dicens: Recordare domine quid acciderit nobis. Secundò verò narrat & referat ſuam vilitatem & infelicitatem & afflictionem. & quantum ad amiſſionem poſſeſſionum, dicens: Hæreditas noſtra verſa eſt ad extraneos. & quo ad amiſſionem amicorum ſubdens: Pupilli facti ſumus abſq; patre. & quo ad amiſſionem cibariorum addens: Aquam noſtram pecunia bibimus. & quo ad amiſſionem libertatis ſubdens: Ceruicibus noſtris minabamur. & quo ad parentes ſubdens: Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt. & quo ad amiſſionem poteſtatis & autoritatis B ſubdens: Serui dominati ſunt noſtri. & quo ad amiſſionem pacis & ſecuritatis addens: In manibus noſtris. & quo ad amiſſionem pulchritudinis & ſanitatis concludens: Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt. Tertiò verò recitat aduerſariorum multiplicem iniquitatem & abuſionẽ, qua abuſi ſunt in captiuatis, vt ex hoc Deus magis ad miſericordiã prouocaretur, & hoc facit ibi: Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Deinde verò malitiam & crudelitatem ſubdens: Principes manu ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non erubuerunt. deinde verò ipſorum nequitiam & fœditatem, ſubdens: Adoleſcentulis impudicè abuſi ſunt. Quartò verò propheta deplorat priſtinam dignitatem & priſtinam conſolationem, quia & defecit ſapientia & ſcientia, & lætitia & excellentia, quæ conſueuerant eſſe in Ieruſalem. Quantum ad ſapientiam dicit: Senes defecerunt de portis. quantum ad lætitiam ſubdit: Iuuenes de choro pſallentium. quantum ad excellentiam concludit: Cecidit corona capitis noſtri. Quintò verò propheta explicat ſuã iniquitatem, & confitetur iuſtam punitionem, ibi: Væ nobis, quia peccauimus. propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum. Sextò verò laudat & prædicat diuinam durationem, ibi: Tu autem domine in æternum permanebis. Septimò verò implorat Dei benignitatem, & petit ſui reditus & ſuæ cõuerſionis accelerationem. reditus quidem vel de Babylonica captiuitate in Ieruſalẽ, vel potius & melius de incredulitate ad Ieſu Chriſti fidẽ: & hoc facit ibi: Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri. Sequitur: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Octauò & vltimò intuetur & cernit diuinam ſeueritatem, & per conſequens aliqualem dilationem exauditionis de hoc quod petit ita celeriter impleri, concludens: Sed proijciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer: & in hoc Threni Ieremiæ finiunt. D

Vulgata editio de qua fit mentio in prologo ſuper Baruch, exponitur in prologo ſuper Ezechielem. Cętera plana ſunt.

Incipit poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Baruch.

ET hæc verba libri. *Poſt librum Tobię ſecundum ordinem temporis ſequitur liber Baruch immediatè. nam hiſtoria Tobię contigit temporibus Ezechiæ regis Iuda, vt oſtenſum eſt ſuprà in principio libri Tobiæ. Baruch autem fuit notarius Ieremiæ à tempore Ioacim filij Ioſię, vt habetur Iere. 36. & deſtructa Ieruſalem per Chaldæos cũ Ieremia deſcendit in Aegyptum poſt interfectionem Godoliæ, Iere.43. & poſtea ſcripſit librum iſtum quantum ad illam partẽ, cuius fuit autor. quantum autem ad epiſtolã Ieremiæ (quæ ponitur in hoc libro, cuius tamen non fuit autor, ſed tantum ſcriptor) ſcripſerat ante deſtructionem ciuitatis, vt videbitur infrà domino concedente. Igitur liber iſte in duas diuiditur partes. ſ.in librum Baruch ſcriba, & in epiſtolam Iere. q incipit cap.6. Prima diuiditur in tres partes: quia primò circa librum Baruch ponitur deſcriptionis actus. Secundò legendi modus, ibi: Et legit Baruch. Tertiò libri proceſſus, ibi: Et dicetis. Circa primum primò ponitur ſcriptoris generatio, cum dr: Et hæc verba libri quæ ſcripſerat Baruch filius Nerię &c. & ſecu-*

## *Incipit præfatio in librum Baruch prophetæ.*

LIber iſte qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone nõ habetur: ſed tãtum in vulgata editione, ſimiliter & epiſtola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium hic ſcripta ſunt, quia multa de Chriſto nouiſſimiſq; temporibus indicant.

## *Incipit Baruch propheta.*
## CAPVT I.

ET hæc veba libri quæ ſcripſit Baruch filius Neriæ, filij a Maaſię, filij Sedecię, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia, in an- b no quinto, & in ſeptimo die mẽſis, c d in tẽpore quo ceperunt Chaldęi Ie- e ruſalẽ, & ſuccenderũt eã igni. Et le- f git Baruch veba libri huius ad au-

*& ſecundum regulam Hebræorum pater Baruch & auus, & cæteri qui ponuntur hic habuerunt ſpiritũ propheticũ ſicut & ipſe. Dicunt.n. q quãdo in principio alicuius prophetæ ponitur nomen patris eius & aui, & ſic aſcendendo, per hoc datur intelligi q ſpiritũ propheticũ habuerunt. Sciendũ etiã, q dictio copulatiua cum dicitur: Et hæc verba libri. Copulat ad verba Iere. q̃ Baruch ſcripſerat ante. Secũdò, ponit deſcriptionis loc⁹, cũ dr:*
b In Babylonia. *Sed hoc videt alicui falſũ, quia Iere.43. dicit, q cũ Ieremia & alijs Iudęis qui remanſerant in Iudæa, deſcendit in Aegyptũ, & nõ iuit in Babyloniã cũ alijs captiuatis. Dicendũ, q mortuo Iere. in Aegypto, Baruch iuit in Babyloniã ad captiuorũ conſolationẽ, & maximè quia Iere. prophetauerat Aegyptũ citò deſtruendã per Nabuchodonoſor regẽ Babylonis, Iere.43. Tertiò ponitur deſcriptionis tempus, cũ dicitur:*
c In anno quinto. *ſ. à deſtructione Ieruſalem per Chaldæos. ſic enim numerabant Iudæi à tempore captiuitatis Babylonicæ, ſicut modo computant à tempore captiuitatis ſuę per Romanos, incipiendo à deſtructione Ieruſalem facta per Titum & Veſpaſianum.*
d Et in ſeptimo die menſis. *Non dicitur hic quis menſis fuerit, & ideo videtur, quòd fuerit primus menſis.*
e In tempore quo Chaldæi ceperunt Ieruſalem. *i. à tempore illo vnde incipiebat Iudæorum numeratio, vt dictum eſt.*
f Et legit. *Hic conſequenter ponitur circa librum iſtum legendi modus. & primò in Babylonia. ſecundò in Ieroſolyma*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*ſolyma,ibi:& collegerunt. Circa primum dicitur:Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ &c. Sed contra hoc videtur, ꝙ Iechonias iſte erat in carcere regis Babylonis. Dicendum quod non erat in carcere clauſus ſaltem continuè, eò quòd eſſet nobilis & rex Iuda, vel ſi erat clauſus, non tamen taliter,quin Baruch poſſet ad eum accedere,talis enim acceſſus frequenter conceditur detentis in carcere.*

*a* Et ad aures vniuerſi populi venientis ad librum. *ſcilicet Iudaici in Babylonem ducti.*

*b* Et ad aures potentium filiorum regum. *quia ducti fuerant ibi aliqui de ſemine regio, vt habetur Dan. 1. & fuerunt in magna poteſtate, ſicut patet ex eodem libro de Daniele & ſocijs eius. Cætera patent vſque ibi:*

† in cōſpectu domini

*c* Ad flumen Sodi. *ideſt iuxta flumen ſic vocatum, ſicut dicitur Iere.46.c. Ad flumen Euphraten victi ſunt, ideſt iuxta flumen Euphraten.*

*d* Qui audientes plorabant. *vt pœnitentes de peccatis,pro quibus captiuati erant.*

*e* Et ieiunabant & orabant in conſpectu domini *affligendo corpus, & ſpiritum offerendo,vt ſic eorum afflictionem Deus reſpiceret,& captiuitatem relaxaret.*

*f* Et collegerunt. *Hic conſequenter deſcribitur lectio libri huius in Ieruſalem. Nam Iudæi habitantes in Babylone fecerūt librum Baruch tranſcribi, & miſerunt in Ieruſalem, vt legeretur ibi: & cum hoc miſerunt pecuniam, vt inde emerentur neceſſaria pro ſacrificijs & oblationibus ibidem ſiendis. & hoc eſt quod dicitur: Et collegerunt pecuniam. Et patet litera vſq; ibi:*

*g* Cum acciperent. *Sciendum tamen,quòd hoc videtur alicui falſum, quod hoc dictum eſt: quia omnes Iudæi qui erant in Iudæa interfecto Godolia,deſcenderant in Aegyptum, vt dictum eſt ſuprà. & ideo non videtur, quòd tunc in Ieruſalem fuerit populus Iudaicus, nec ſacerdotes ſacrificia offerentes, & maximè quia, 1.Eſd.3.dicitur, quòd Zorobabel & illi qui redierunt de captiuitate Babylonica erexerunt altare ſuper baſes ſuas, & obtulerunt ſuper illud holocauſtum domino, quod fuit per longum tempus poſt iſta: propter quod videtur, quod à destructione ciuitatis & templi per Chaldæos vſque ad reditum captiuitatis Babylonicæ non fuit in Ieruſalem altare holocauſti erectum, nec ſacerdotes offerentes ſacrificia: propter quæ & conſimilia liber iſte apud Hebræos apocryphus reputatur. Poteſt tamen dici,quòd licèt interfecto Godolia, quem rex Babylonis præfecerat terræ Iuda, totus populus Iudaicus qui remanſerat in Iudæa, fugerit in Aegyptum, timens quòd rex Babylonis mitteret contra eum exercitum ad vindicandum mortem Godoliæ, videns tamen poſtea quod non mitteret, & audiens Ieremiam prophetantem, quòd rex Babylonis Aegyptum inuaderet, pro magna parte rediyt in Ieruſalem propter loci ſanctitatem: & inter redeuntes fuerunt aliqui ſacerdotes, quorum principalis fuit Ioacim hic nominatus, non fuit filius ſummi ſacerdotis: quia Ioſedech ſummus ſacerdos cum Sedecia rege fuit ductus in Babylonem: cui in ſummo ſacerdotio ſucceſſit Ieſus filius eius in reditu captiuitatis Babylonicæ, vt patet pri. Eſdræ 3. & Za.3. Ioacim autem filius iſtius Ieſu ſecundum hiſtoriographos,poſtea fuit ſummus ſacerdos, & non iſte Ioacim,de quo fit hic mentio. vnde dicitur hic ad Ioacim filium Helchię, ad diſtinctionem alterius. Ad illud autem quòd dicitur de erectione altaris poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, dicendum quod ſcriptura loquitur ibi de ſolenni erectione poſt reditum captiuitatis prædicto modo redeuntes erexerant altare paruum ad ſacrificandum domino prout poterant bono modo, ſicut patriarchæ & prophetæ frequenter leguntur altaria erexiſſe ad ſacrificandum domino. Cum acciperent vaſa. Hic eſt constructio ſuſpenſiua & intricata ſententia: pro cuius intellectu ſciendum, quòd cum Iechonia rege Iuda in Babylonem ducto fuerunt vaſa templi domini aurea tranſportata: pro quibus rex Sedecias in regno Iudæ ſuccedens, fecit vaſa argentea: quia non poterat facere aurea: ſicut Roboam filius Salomonis pro ſcutis aureis quæ abſtulit Seſach rex Aegypti,fecit ſcuta ærea, 3. Regum 14. & illa vaſa argentea captiuato Sedecia fuerunt in Babylonem portata: quæ ſaltem pro parte redemerunt Iudæi in Babylonem ducti, & miſerunt in Ieruſalem pro cultu Dei cum pecunia pro ſacrificijs collecta, vt dictum eſt, & hoc eſt quod dicitur: Cum acciperet. ſcilicet dictus Ioacim ſacerdos.*

res Iechoniæ filij Ioacim regis
a Iuda, & ad aures vniuerſi po-
b puli venientis ad librum, &
ad aures potentium filiorum
regum, & ad aures presbyte-
rorum, & ad aures populi à
minimo vſq; ad maximum eo-
rum, omnium habitantium in
c Babylonia ad flumen Sodi.
d e Qui audientes plorabant & ie-
iunabant, & orabant in con-
f ſpectu domini. Et collegerunt
pecuniam † ſecundum quod
potuit vnuſquiſque manus.
Et miſerunt in Ieruſalem ad
Ioacim filium Helchiæ filij Sa-
lom ſacerdotem, & ad reliquos
ſacerdotes, & ad omnem popu-
lum qui inuenti ſunt cum eo in
g Ieruſalem, cum acciperent va- h
ſa templi domini, quæ abla-
ta fuerant de templo, reuocare i
in terram Iuda: decima die men k
ſis Siban, vaſa argentea quæ l
fecit Sedecias filius Ioſiæ rex
Iuda poſteaquam cepiſſet Na-
buchodonoſor rex Babylonis Ie
choniam, & principes, & cun-
ctos potentes, & populum ter-
ræ ab Ieruſalem: & duxit eos
vinctos in Babylonem. Et dixe-
runt: Ecce miſimus ad vos pe-
cunias, de quibus emite holo-
cauſtomata & thus, & facite
manna: & offerte pro peccato
ad aram domini Dei noſtri. Et m
orate pro vita Nabuchodono-
ſor regis Babylonis, & pro vi-
ta Balthaſar filij eius, vt ſint dies
ipſorum ſicut dies cœli ſuper
terram, vt det dominus vir- n
tutem nobis, & illuminet ocu- o
los noſtros, vt viuamus ſub p
vmbra Nabuchodonoſor re-
gis Babylonis, & ſub vmbra
Balthaſar filij eius, & ſeruia- q
mus eis multis diebus, & in- r
ueniamus gratiam in conſpe-
ctu eorum. Et pro nobiſipſis s
orate ad dominum Deum no-
ſtrum, quia peccauimus do-
mino Deo noſtro, & non eſt
auerſus furor eius à nobis vſ-
que in hunc diem. Et legi-
te librum iſtum quem miſi-
mus ad vos recitari in tem- t
plo domini in die ſolenni, & u
in die opportuno. Et dicetis x

*h* Vaſa templi domini,quæ ablata fuerunt de templo. *Sedecia rege capto.*

*i* Reuocare in terrā Iuda. *ideſt vt remitterentur in Ieruſalem,quæ eſt metropolis in terra Iuda.*

*k* Decima die menſis Siban. *qui correſpondet partim maio & partim Iunio apud nos. conſequenter oſtendit quæ fuerint illa vaſa, cum dicit:*

*l* Vaſa argentea quæ fecit Sedecias. *Et patet ex dictis litera vſq; ibi:*

*m* Et orate pro vita Nabuchodonoſor. *Ex eius enim pacifico ſtatu dependebat pax terræ Babylonicæ, & per conſequens pax Iudæorum: propter quod petebant orari pro vita regis & filij eius ſecundum monitionem Ieremiæ 29. b. Orate pro ciuitate ad quam tranſmigrati eſtis, quia in pace illius erit pax veſtra.*

*n* Vt det dominus virtutem nobis. *Primò petierunt orari pro bono ſtatu regni, quòd eſt magis commune, poſtea pro bono ſuo quod erat magis ſpeciale.*

*o* Et illuminet oculos noſtros. *in veritatis cognitione.*

*p* Vt viuamus. *ex quo Deus ordinauit nos in eius ſeruitutem redigere.*

*q* Et ſeruiamus eis. *ſ. humiliter obtemperantes voluntati diuinæ.*

*r* Et inueniamus gratiam in conſpectu eorum. *vt non cogant nos idololatrare,ſed permittant nos Deo pacificè deſeruire.*

*s* Et pro nobiſipſis orate ad dominum Deum noſtrum. *id eſt orate, vt dimittat nobis peccata noſtra. Conſequenter ſubditur de lectione libri Baruch, cum dicitur: Et legite librum iſtum, quem miſimus ad vos.*

*t* Recitari in templo domini. *Licèt enim templum eſſet combuſtum, remanſerat tamen platea atrij, in qua conueniebant Iudæi ad orandum & audiendum verbum Dei.*

*u* In die ſolenni. *id eſt in diebus ſolennibus, in quibus magis conueniebat populus.*

*x* Et dicetis. *Poſtquam deſcriptus eſt circa librum Baruch legendi modus,hic conſequenter deſcribitur libri proceſſus,in quo primò ponitur humilis deprecatio.ſecundò vtilis informatio.3.cap.ibi: Audi Iſrael. vbi incipit tertium cap. ſecundum ſignificationem Hiero. Prima in tres: nam ſicut dicitur Eccle.35. cap. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & ideo primò ponitur orantis humiliatio, ſecundò humiliantis ſe deprecatio, ibi: Et nunc domine Deus. tertiò deprecantis concluſio, ibi: Et nunc domine omnipotens. Circa primum ponitur orantis humiliatio in duobus: primò confitendo propriam culpam. ſecundò confitendo pœnam iuſtè illatam in principio ſecundi capit. Circa primum dicitur: Et dicetis, verba Baruch recitando.*

❡ a Domino



❡ *a* Domino Deo noſtro iuſtitia. *Eſt enim iuſtitiæ regula.*

*b* Nobis autem confuſio faciei noſtræ. *in peccatorum noſtrorum confeſſione.*

*c* Sicut eſt dies hæc. *hoc ſupple manifeſtat in afflictione pœnæ.*

*d* Omni Iuda. *ideſt omni Iudæo de regno Iudæ. Regnum autem Iſrael captiuatum fuerat per longum tempus antè.*

*e* Et habitantibus in Ieruſalem. *maximè, nam illam obſederunt Chaldæi, & combuſſerunt, populum partim occidentes, & partim captiuantes.*

*f* Regibus noſtris. *tres enim reges ſucceſſiuè fuerant confuſibiliter tractati. Nam Ioacim filius Ioſiæ fuit interfectus,& extra portas Ieruſalem proiectus, ſicut prædixerat Ieremias 22.e. Sepultura aſini ſepelietur,&c. & Iechonias filius eius in Babylonem ductus & incarceratus, & Sedecias eis ſuccedens exoculatus, & in Babylonem ductus, & ibidem ignominiosè mortuus, ſicut dictum fuit Abacuk. 2.*

*g* Et principibus noſtris & ſacerdotibus noſtris. *qui fuerunt partim occiſi & partim capti.*

*h* Et prophetis noſtris &c. *ſ. falſis, aſſerentibus Ieruſalem à Chaldæis nō eſſe capiendam. Poteſt hoc etiam exponi de prophetis veris, qui populi ſui confuſionem ſuam reputabant.*

*i* Peccauimus ante dominum. *Licèt autem Baruch eſſet iuſtus & bonus, tamen connumerat ſe peccatoribus, eò quòd erat de eodem populo.*

*k* Et non credidimus. *prophetis ipſius.*

*l* Diffidentes in eum. *i. de protectione eius.*

*m* Et non fui. ſubiecti. *humiliter ei obediendo.*

*n* Et non audiui. *verba eius reſpuendo.*

*o* Vt ambularemus in mandatis. *Ad hoc enim data fuit lex in deſerto. Exo.20.*

*p* Eramus incredibiles ad dominū. *Moyſen & alios ſeruos eius exaſperando.*

*q* Et diſſipati receſſimus &c. *Homines enim mali ſunt in ſeipſis diſſipati, quia ratio trahit ad bonum, & ſenſualitas & conſuetudo peccandi ad oppoſitum: ſecundum quod deducit Philoſoph.8.ethic.*

*r* Et adhęſerunt nobis multa mala. *culpæ & pœnæ.*

*s* Et maledictiones quæ conſtituit domi. Moyſi. *Deut.27.& 18.*

*t* Qui eduxit pat. no. de terra Aegypti. *Exo.14.*

*u* Dare nobis terram fluentem lac & mel *i. ad dandum nobis terram bonam & fertilem.*

*x* Sicut hodierna die. *ſupple apparet ſuper nos maledictio Dei, qui eiecti ſumus inde.*

*y* Et non audiuimus vocem domini Dei noſtri. *Replicatio eſt eius quod ſuprà dictum eſt, ſicut in orationibus ſolet idem pluries replicari ad maiorem affectus expreſſionem: & idem fit etiam in ſequentibus.*

*z* Operari dijs alienis. *i. ſacrificare eis.*

*a* Facientes mala ante ocu. do. Dei no. *quibus omnia nuda ſunt & aperta, Heb.4.d. Vel dicit:*

*b* Ante oculos domini. *i. quia tempore Manaſſe regis Iuda in templo domini fuerunt idola poſita, quibus idololatræ ſacrificabant.*

a b Domino Deo noſtro iuſtitia, nobis autem
c d confuſio faciei noſtræ, ſicut eſt dies hæc, o-
e f mni Iuda & habitantibus Ieruſalem, regi-
g bus noſtris, & principibus noſtris, & ſacer-
h dotibus noſtris, & prophetis noſtris, & pa-
i tribus noſtris. Peccauimus ante dominum
k l Deum noſtrū, & non credidimus diffiden-
m tes in eum, & non fuimus ſubiectibiles il-
n li, & non † audiuimus vocē domini Dei no-
o ſtri, vt ambularemus in mandatis eius quæ
dedit nobis. A die qua eduxit patres no-
ſtros de terra Aegypti vſque ad diem hanc
p eramus incredibiles ad dominum Deum
q noſtrum: & diſſipati receſſimus, ne audi-
r remus vocem ipſius. Et adhæſerunt no-
s bis multa mala & maledictiones, quæ con-
t ſtituit dominus Moyſi ſeruo ſuo: qui edu-
u xit patres noſtros de terra Aegypti, dare
x nobis terram fluentem lac & mel, ſicut ho-
y dierna die. Et non audiuimus vocem do-
mini Dei noſtri, ſecundum omnia verba
prophetarum, quos miſit ad nos & ad iu-
dices noſtros, & abiuimus vnuſquiſque
z in ſenſum cordis noſtri maligni, operari
a b dijs alienis, facientes mala ante oculos do-
mini Dei noſtri.

## CAPVT II.

PRopter quod ſtatuit dominus Deus c
noſter verbum ſuum, quod locu- d e
tus eſt ad nos, & ad iudices noſtros, f
qui iudicauerunt in † Ieruſalem, & ad re-
ges noſtros, & ad principes noſtros, &
ad omnem Iſrael & Iuda: vt adduceret g
dominus ſuper nos mala magna, quæ h
non ſunt facta ſub cœlo, quemadmo-
dum facta ſunt in Ieruſalem, ſecundum
ea quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, vt man- i
ducaret homo carnes filij ſui, & carnes fi-
liæ ſuæ. Et dedit eos ſub manu regum k
omnium, qui ſunt in circuitu noſtro, in l
improperium & in deſolationem, & in
omnibus populis in quibus nos diſperſit
dominus. Et facti ſumus ſubtus, & non
ſuprà: quia peccauimus domino Deo no-
ſtro, non obaudiendo voci ipſius. † Do- m
mino Deo noſtro iuſtitia, nobis autem &
patribus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt
dies hæc. Quia loquutus eſt dominus ſu-
per nos omnia mala hæc, quæ venerunt
ſuper nos, & non ſumus deprecati faciem n
domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſ-
quiſque noſtrum à vijs noſtris peſſimis.
Et vigilauit dominus in malis, & adduxit o
ea ſuper nos, quia iuſtus eſt dominus in o-
mnibus operibus ſuis, quæ mandauit no-
bis: & non audiuimus vocem ipſius, vt ire-
mus in pręceptis domini, quę dedit ante fa- p
ciem noſtram. † Et nūc domine Deus Iſrael, q

### NIC. DE LY. CAP. II.

PRopter quod ſtatuit dominus. *Hic conſequenter ponitur orantis humiliatio,confitendo pœnam illatam eſſe iuſtam,cum dicitur:*

*c* Propter quod ſtatuit dominus. *i. firmiter diſpoſuit.*

*d* Verbum ſuum. *de iuſta punitione peccatorum.*

*e* Quod locutus eſt. *per Moyſen & alios prophetas.*

*f* Ad nos & ad iudices noſtros,&c. *ita quòd nullus excuſare ſe poteſt de ignorantia.*

*g* Vt adduceret dominus ſuper nos. *iuſtè.*

*h* Mala magna quæ non ſunt facta ſub cœlo. *in alia gente. Quantò enim peccatum eſt grauius,tantò etiam grauior debet eſſe pœna. Populus autem Iſrael propter legem à Deo ſibi datam & alia beneficia fuit in altiori ſtatu, quàm cæteri populi,ſicut dicitur Pſal. 147.b. Non fecit taliter omni nationi, &c. propter quod eius peccatum fuit grauius:quia quantò ſtatus altior, tantò caſus grauior: ideo fuit maiori pœna dignum.*

*i* Vt manducaret homo carnes filij ſui. *licèt hoc non legatur eſſe factum, 4.Reg. & 2. Paralip. in obſidione Ieruſalem per Chaldæos,tamen credendum eſt hoc fuiſſe factum, vt dicit hic propheta Baruch,quia non omnia ſunt in illis libris ſcripta, & maximè quia idem legitur factum, 4.Reg.6.in obſidione Samariæ, & in obſidione Ieruſalem per Romanos,ſecundum quod refert Ioſephus & alij hiſtoriographi.*

*k* Et dedit eos ſub manu regum omnium &c. *ſicut patet lib. Regum & Iudicum in pluribus locis.*

† Iſrael

*l* In improperium & in deſolationem. *nam multa inferebantur conuitia & grauia Iudæis inter Gentiles tēpore captiuitatis.*

*m* Domino Deo noſtro iuſtitia. *Exponatur vt ſupra: quia repetitio eſt eiuſdem ad maiorem affectus expreſſionem.*

*n* Et non ſumus deprecati faciem domini. *Frequenter enim legitur in prædictis libris, quòd Iudæi pro peccatis ſuis à Deo percuſſi per pœnam, non reuertebantur ad Deum per pœnitentiam.*

*o* Et vigilauit dominus in malis. *ſcilicet pœnæ iuſtè ſuper nos adducendis.*

*p* Quæ dedit ante faciem noſtram. *i. clarè & manifeſtè, ita ꝙ non poſſumus nos excuſare per ignorantiam.*

† ſup. 1.c

*q* Et nunc domine. *Poſtquam poſita eſt orantis humiliatio, hic conſequenter ponitur humiliantis ſe deprecatio. Et diuiditur in tres partes. quia primò in oratione allegatur Dei magnificentia. Secundò orantis populi pœnitentia, ibi: Reſpice domine. Tertiò diuini cultus ignominia, ibi: Et poſuiſti templum. Circa primum ſciendum ꝙ ſicut dicitur 4.ethic. Magnificus inclinatur ad dandum quod petitur, quādo beneficia prius præſtita per eum allegantur. & ideo hic allegantur beneficia à Deo præſtita populo Iſrael in exitu de Aegypto, cum dicitur: Et nunc domine Deus Iſrael. licèt.n. eſſet Deus omnium per creationē, dicebatur tamen Deus Iſrael per cultum ſpecialem.*

Diuiſio.

❡ a Qui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ a Qui eduxiſti po. tuum de terra Aegypti. *de qua per ſe nõ poterat egredi.*

b In manu vali. *i. in poteſtate magna.*

c Et in ſignis. *quantum ad minora miracula.*

d Et in prodigijs. *quantum ad maiora. vnde dicitur prodigium, quaſi procul à digito, cuiuſmodi eſt miraculum rarò viſum.*

e Et in virtute tua magna. *ſicut patet in diuiſione rubri maris, & multis alijs populo Iſrael exhibitis.*

f Et feciſti tibi nomen. *per hoc enim diuulgatum fuit nomen domini per orbem.*

† Deuter. 26.d

g Sicut eſt dies iſte. *i. ſicut præſens tempus manifeſtat, per ſcripturas canonicas de iſtis memoriam facientes.*

† Pſ.113.d

h Peccauimus. *in noſmetipſos.*

i Impiè egimus. *erga Deum.*

† in infirmis

k Iniquè geſſimus. *erga proximum.*

l Auertatur ira tua à nobis. *i. pœna nobis à te inflicta.*

m Quia derelicti ſumus pauci. *Nam multi de Iudæis fuerant gladio & fame mortui.*

n Exaudi domine preces noſtras. *factas verbaliter.*

o Et orationes noſtras. *factas mentaliter. nam ſecundum Damaſcenum, oratio eſt aſcenſus mentis in Deum.*

p Et educ nos. *de captiuitate Babylonis.*

q Propter te. *i. ex tua bonitate, & non ex meritis noſtris.*

F r Et da nobis inuenire gratiã. *ideſt vt ſciant Gentiles, quia tu es dominus Deus noſter, per hoc quòd inuenimus gratiam principum in terra aliena.*

s Reſpice domine. *Hic conſequenter ponitur populi deprecantis pœnitentia, ex qua mouetur Deus ad exaudiendum orationem deprecantium, cum dicitur: Reſpice domine de domo ſancta tua. ideſt de cœlo, quod dicitur eius domus, quia licet ſit vbique per potentiam, eſſentiam, & præſentiam: tamen ibi ſpecialiter relucet eius maieſtas & gloria.*

t Quia non mortui qui ſunt in inferno. *id eſt, reconditi in ſepulchro: vel in inferno, quantum ad animas, quæ tunc omnes ibi deſcendebant, dabunt honorem & iuſtitiam domino: quia ſunt extra ſtatum merendi.*

u Sed anima quæ triſtis eſt. *per contritionem veram.*

x Super magnitudinem mali: & ince. curua. *per veram humiliationem.*

y Infirma. *per propriæ fragilitatis conſiderationem.*

z Et oculi deficientes. *proprios defectus & non alienos attendentes.*

a Et anima eſuriens. *i. iuſtificari deſiderans. Matt. 5. a. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.*

b Dat tibi gloriam. *Pſal. 50. d. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.*

c Quia non ſecundum iuſtitias patrum noſtrorum. *quia non fuerunt peccatores ſicut & nos.*

qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte: peccauimus, impiè egimus, iniquè geſſimus domine Deus noſter in omnibus iuſtitijs tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gentes, vbi diſperſiſti nos. Exaudi domine preces noſtras, & orationes noſtras: & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt, vt ſciat omnis terra, quia tu es dominus Deus noſter, & quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper Iſrael, & ſuper genus ipſius. † Reſpice domine de domo ſancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. Aperi oculos tuos & vide: quia † non mortui qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt honorem & iuſtificationem domino: ſed anima quę triſtis eſt, ſuper magnitudinẽ mali, & incedit curua & † infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam, & iuſtitiam domino: quia non ſecundum iuſtitias patrum noſtrorum nos fundimus preces, & petimus miſericordiam ante conſpectum tuum domine Deus noſter. Sed quia miſiſti iram tuam & furorem tuum ſuper nos, ſicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens: Sic dicit dominus: Inclinate humerum veſtrum, & ceruicem veſtram, & opera facite regi Babylonis, & ſedebitis in terra quam dedi patribus veſtris. Quòd ſi non feceritis, nec audieritis vocem domini Dei veſtri, operari regi Babyloniæ, defectionem veſtram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ieruſalem: & auferam à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: & erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis: & ſtatuiſti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, vt transferrentur oſſa regum noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de loco ſuo. Et ecce ſunt proiecta in calore ſolis, & in gelu noctis, & mortui ſunt in doloribus peſſimis, in fame & in gladio & in emiſſione. Et poſuiſti templum, in quo inuocatum eſt nomen tuum in ipſo, ſicut hæc dies, propter iniquitatem domus Iſrael & domus Iuda. Et feciſti in nobis domine Deus noſter ſecundum omnem † bonitatem tuam, & ſecundum omnem miſerationem tuam illam magnam: ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi, in die qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filijs Iſrael, dicens: Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentem, quoniam ego eos diſpergam: quia ſcio, quòd me non audiet populus. Populus eſt enim dura ceruice. Et conuertetur ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ, & ſcient quia ego ſum dominus Deus eorum. Et dabo eis cor, & intelligent: & aures, & audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ, & memores erunt nomi-

d Nos fundimus &c. miſericordiam. *i. preces miſericordiã poſtulantes.* G

e Sed quia miſiſti iram tuam. *ideſt punitionem iuſtam. Non enim ira & aliæ paſſiones ſunt in Deo, ſed quando punit ad modum irati ſe habet.*

f Sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum. *i. per prophetas tuos. Per manum enim ſignatur hic lingua, eò quòd manus eſt organum organorum, vt dicitur 3. de Anima.*

g Inclinate hume. veſtrũ &c. *Hoc enim frequenter dixit Ieremias, ſcilicet quòd ciuitas deſtrueretur, & populus captiuaretur, niſi ſe ſubijceret regi Babylonis, & ſimiliter alij prophetæ. Cætera patent vſque ibi:*

h Vt transferrentur oſſa regũ noſtrorum. *Iudæi nanque ſepeliebant potentes cum ſumptibus magnis, ponentes pretioſa in eorum ſepulchris: & ideo Chaldæi qui erant cupidi capta ciuitate Ieruſalem, fodiebant talia ſepulchra, pretioſa rapientes, & oſſa mortuorum eijcientes.*

i Et mortui ſunt in dolo. *In obſidione enim captiuitatis multi fuerunt mortui, aliqui aeris corruptione, aliqui gladio, & alij qui fame.*

k Et in emiſſione. *quia multi de his qui mittebantur in Babylonem captiui, fuerunt in via mortui.*

l Et poſui. *Hic conſequenter allegatur diuini cultus ignominia, cum dicitur: Et poſuiſti templum. ſcilicet in deſolationem.* H

m In quo inuocatum eſt nomen tuum. *ante deſtructionem eius.*

n Sicut hæc dies. *ſupple manifeſtat per rei euidentiam.*

o Et feciſti in nobis do. Deus noſter ſecundum omnem. *id eſt ſecundum magnitudinem bonorum, quæ feciſti nobis ex tua bonitate in datione legis, & alijs beneficijs inflixiſti nobis domine pœnam ex tua iuſtitia, eò quòd fuimus ingrati & tranſgredientes tua mandata.*

p In die qua præ. ei ſcri. le. *i. Deuteronomium.*

q Multitu. hæc ma. & mul. *i. ornatus & pulchritudo populi Iſrael.*

r Conuer. in mini. *per gladiũ & captiuitatem.*

s Quia ſcio, quòd me. *Deus enim ita cognoſcit futura, ſicut præſentia.*

t Populus eſt enim dura ceruice. *vt patet ex decurſu veteris teſtamenti.*

u Et conuerte. ad cor ſuum. *recognoſcendo proprium delictum.*

x In terra captiuitatis ſuæ. *vexatione ei intellectum dante.*

y Et dabo eis cor & intelligẽt. *ſcilicet contritum.*

z Et aures & audient. *Dei verbum.*

a Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ. *ſicut dictum eſt ſuprà de Tobia, Tob. 13. b. Et idem fuit in alijs multis iuſtis, vt in Daniele & ſocijs eius, & conſimilibus.*

d Nos ¶ a Et



A ¶ a Et auertent ſe à dor. ſuo duro. *i. ab inobedientia ſua dura.*

b Quia reminiſcentur vi. pa. ſuo. *qui ſimiliter pro peccatis ſuis mortui fuerunt in captiuitate.*

c Et reuocabo illos in terram quam iuraui. *Hoc fuit impletum aliqualiter, quando Cyrus dedit Iudæis licentiam redeundi in Iudæam, ſed plenius per Chriſtum aperientem cœli ianuã, quod eſt terra viuentium, per terram promiſſionis figuratam. Præmium enim virtutis à Deo principaliter promiſſum, non poteſt intelligi bonum terrenum, quod eſt minus quàm virtutis bonum: & ideo quando in ſcriptura ſacra pro virtuoſis operibus promittuntur bona corporalia & terrena, ſub illis intelliguntur principaliter promitti bona ſpiritualia & æterna, ſicut dixi plenius Gen. 15. & in pluribus alijs locis: & huic ſenſui concordat litera ſequens cũ dicitur:*

d Et ſtatuam illis teſtamentum alte. *i. legem nouam per Chriſtum.*

e Sempiternum. *Tum quia legi nouæ lex altera non ſuccedet. Tum quia habet effectum ſempiternum introducendo ſtatim ad gloriam ſempiternam, quod lex vetus facere non poterat, ſecundum quod deducit Apoſtolus ſatis diffuſè in epiſtola ad Hebræos. ideo ſubditur:*

f Et non mouebo amplius populum meum. *quia manſio cœleſtis ſtabilis & æterna eſt.*

## NIC. DE LY. CAP. III.

ET nunc domine omnipotens. *Poſtquam poſita eſt orantis allegatio, hic conſequenter ponitur deprecantis concluſio, cum dicitur:*

h Anima in anguſtijs. *poſita.*

B i Et ſpiritus anxius. *in afflictione dura.*

k Clamat ad te. *vt poſſit aliquantulum reſpirare.*

l Audi domine. *condeſcendendo. Cætera patent vſque ibi.*

m Audi nunc orationem mortuorum Iſrael. *ideſt ſanctorum patriarcharum & prophetarum, qui viuentes orauerunt ad te pro bono ſtatu poſterorum.*

n Et filiorum ipſorum qui pe. ante te. *i. vocem noſtram audi, qui licèt peccauerimus tibi, tamen pœnitentes clamamus ad te.*

o Et agglutinata ſunt nobis mala. *i. pœna multiplex eſt nobis inflicta.*

p Noli meminiſſe iniquita. pat. *pro ipſis non puniendo. nam aliquando filij iuſtè pro patribus puniuntur pœna temporali: quia filij ſunt quædam res patrum.*

q Sed memento manus tuæ. *i. potentiæ tuæ pro noſtra liberatione.*

r Et nominis tui. *cuius proprium eſt parcere & miſereri. Cætera patent vſque ibi:*

s Quia conuertemur ab iniquitate patrum noſtrorum. *in bonum per pœnitentiam noſtram, qui ſumus ſucceſſores eorum.*

t In improperium & in maledi. *nam multa conuitia & maledicta inferebantur eis in aliena terra.*

u Et in peccatum. *i. peccatores reputati, & pro peccatis puniti.*

x Audi Iſrael. *Poſtquam præmiſſa eſt humilis deprecatio, hic conſequenter ſubditur vtilis informatio. Et primò Baruch populum Iſrael ad bonum hortatur. Secundò eum multipliciter conſolatur, ſequen. cap. ibi: Animæquior eſto. Prima in duas. nam primò populum ad ſapientiæ deſiderium inuitat.*

nis mei. Et auertent ſe à dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis: quia reminiſcentur viam patrum ſuorum, qui peccauerunt in me. Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, & dominabuntur eius. Et multiplicabo eos, & non minorabuntur. Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum filios Iſrael à terra quam dedi illis.

## CAPVT III.

ET nunc domine omnipotens Deus Iſrael, anima in anguſtijs & ſpiritus anxius clamat ad te. Audi domine & miſerere, quia Deus es miſericors: & miſerere noſtri, quia peccauimus ante te. Quia tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus in æuum? Domine omnipotens Deus Iſrael audi nunc orationem mortuorum Iſrael, & filiorum ipſorum, qui peccauerunt ante te: & non audierunt vocem domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis mala. Noli meminiſſe iniquitatis patrum noſtrorum: ſed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore iſto: quia tu es dominus Deus noſter, & laudabimus te domine: quia propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris, & vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate noſtra: quia conuertemur ab iniquitate patrum noſtrorum qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumus hodie, quò nos diſperſiſti in improperium, & in maledictum, & in peccatum ſecundum omnes iniquitates patrum noſtrorum, qui diſceſſerunt à te domine Deus noſter. Audi Iſrael mandata vitæ, auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum deſcendentibus in infernum: dereliquiſti fontem ſapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace † ſuper terram. Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ & victus: vbi ſit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? Et quis intrabit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? Qui in auibus cœli ludunt,

*inuitat. Secundò quæ ſit illa ſapientia declarat, in principio ſequentis capitis. Prima in tres: quia primò ad quærendum ſapientiam inducit. Secundò ab ea infideles excludit, ibi: quis inuenit. Tertiò quibus conceditur, oſtendit, ibi: O Iſrael. Circa primum dicit: Audi Iſrael mandata vitæ. id eſt mandata Dei, quorum obſeruatio inducit in vitam æternã, Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* C

y Auribus percipe, vt ſcias prudentiam. *non humanam, cuius finis eſt felicitas politica, ſed diuinam & infuſam, cuius finis eſt felicitas ſuperna.*

z Quid eſt Iſrael. *detentus in captiuitate.*

a Inueteraſti in terra aliena. *ibi exiſtens iam à longo tempore: quia regnum Iſrael fuit captiuatum anno ſexto Ezechiæ. & Iechonias rex Iuda cum nobilibus & potentibus regni ſui anno primo Sedeciæ: & Sedecias cum reliquis anno vndecimo regni ſui.*

b Coinquinatus es cum mortuis. *i. cum infidelibus qui dicuntur mortui, Matth. 8. c. Dimitte mortuos ſepelire mor. ſuos. Filij enim Iſrael inter eos captiuati communiter inquinabantur cibis eorum, vt dictum eſt ſupra Tob. 1.*

c Deputatus es cum deſcendentibus in infernum. *ideſt cum idololatris inter eos commorando. Præmiſit ergo: Quid eſt Iſrael. i. quæ eſt cauſa iſtorum malorum ſuper te venientium? & reſpondet:*

d Dereliquiſti fontem ſa. *i. quia dereliquiſti Deum tuum.*

e Nam ſi in via Dei. *tibi oſtenſa per legem & prophetas.*

f Habitaſſes vtique in pace. *à Deo tibi conceſſam. Patet enim ex decurſu veteris teſtamenti, quòd quandiu in via Dei ambulauerunt, in terra promiſſionis pacificè habitauerunt.* D

g Diſce vbi ſit prudentia. *infuſa.*

h Vbi ſit virtus. *ſimiliter infuſa. nam ſicut virtutes politicæ ex actibus acquiſitæ connectuntur prudentiæ politicę, vt habetur 6. ethicor. ſic virtutes morales infuſæ connectuntur prudentiæ diuinæ vel infuſæ.*

i Vbi ſit intellectus. *Eſt autem intellectus propriè habitus principiorũ: Articuli verò fidei ſunt principia omnium credibilium. & ideo fides quæ eſt virtus intellectualis, eſt huiuſmodi intellectus.*

k Vt ſcias ſimul. *i. per ipſam fidẽ quæ eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum. i. certitudo non apparentiũ.*

l Vbi ſit longiturnitas vitæ. *ideſt vita æterna.*

m Et vi. *i. fruitio beata.*

n Vbi ſit lu. ocu. *per apertam primæ veritatis viſionem.*

o Et pax. *Pax dicit omnimodam appetitus quietationem, per fidem enim cognoſcimus certitudinaliter, quod iſta ſunt in Deo obiectiuè: & in beatis ſpiritibus ſubiectiuè.*

p Quis intra. *Hic conſequenter infideles ab hac ſapientia excludit, dicens: Quis inue. lo. q. d. nullus de infidelibus quantumcunq; potens & magnus, ideo ſubditur:*

q Vbi ſunt principes gentium. *Tempore nanq; Baruch captiuatis regibus Iſrael & Iuda, omnes terræ principes erant idololatræ & infideles.*

r Qui dominantur ſuper beſtias quę ſunt ſuper terram. *per venationis exercitium.*

s Qui in auibus cœli ludunt. *per aucupium.*

¶ a Qui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

❡ *a* Qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt. *per hæc enim ſperant obtinere ſuper alia regna dominium.*
*b* Et non eſt finis acqui. eorum, *quia quanto plura acquirunt, tanto ad alia acquirenda ardentius anhelant.*
*c* Qui argentum fabri. *inde faciendo monetam, vel idola.*
*d* Et ſoliciti ſunt. *de obtinendo quod capiunt.*
*e* Nec eſt inuen. operum illorum. *quia frequenter præueniuntur morte, antequam poſſint opus intentum perficere, ideo dicitur: Extermina. ſunt &c.*
*f* Iuuenes. *moribus & ætate.*
*g* Viderunt lu. *in bonis ſenſibilibus ſuum ponentes finem.*
*h* Viam autem diſciplinæ ignorauerũt. *Delectationes enim ſenſibiles hanc notitiam impediunt.*
*i* Neque intelle. ſemi. *ideſt modos inquirendi eam.*
*k* Neque filij eorum. *malè nutriti, & in ſenſibilibus delectationibus occupati, ſicut patres eorum.*
*l* Non eſt audita in terra Chanaan. *in qua ante filios Iſrael habitauerunt idololatræ peſſimi, vt patet in libris Num. & & Deuter.*
*m* Neque viſa eſt in Theman. *nomen eſt terræ de qua fuit Eliphaz Themanites, qui non ponebat niſi preſentem vitã, vt dictum fuit ſuper librum Iob. & idem videtur fuiſſe de alijs habitatoribus illius terræ. nã iſte fuit de maioribus & prudentioribus: propterea excluſi erant à ſapientia diuina, quę felicitatem ponit in vita futura.*
*n* Filij quoq; Agar. *Agareni, qui modo dicuntur Sarraceni vſurpantes ſibi nomen à Sarra libera, cum tamen deſcenderint ab Agar ancilla Abrahæ.*
*o* Qui exquiſie. pru. *ſunt enim aſtuti in terrenis lucris.*
*p* Et fabu. *ad decipiendum in mercationibus homines.*
*q* Et exqui. intel. *quæ propriè eſt de præſentibus tantum.*
*r* Viam au. ſa. *quæ magis attendit bona futura: Neſcierunt.*
*s* O Iſrael. *Hic conſequenter oſtenditur quibus conceditur ſapientia diuina, cum dicitur: O Iſrael. conſidera.*
*t* Quam magna eſt domus Dei. *i. cęlum empyreum, quod eſt locus beatorum: eſt enim cœlum ſupremum, & per conſequens maximè extenſum quantò magis diſtat à centro mundi.*
*u* Magnus eſt, & non ha. fi. *i. terminationem ſiue finitionem à parte poſt: nam eſt incorruptibilis.*
*x* Excelſus. *quia eſt locus ſupremus, vt dictum eſt.*
*y* Et immenſus. *non ſimpliciter, quia nulla creatura ſic eſt immenſa, ſed per comparationem ad nos, qui quantitatem eius metiri non poſſumus.*
*z* Ibi fuerunt gigantes. *hoc non refertur ad literam immediatè præcedentem. nam in cœlo empyreo non fuerunt gigantes, qui ſunt homines incompoſiti moribus, ſed refertur ad hoc quod prædicitur: Non eſt audita in ter. Cha. in qua habitauerunt gigantes, vt habetur Numer. 10. d. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.*
*a* Scientes bellum. *i. artem bellandi.*
*b* Non hos elegit dominus. *in populum ſibi peculiarem ſicut elegit Iſraelem.*
*c* Neque viam diſciplinæ inuenerunt. *nam incompoſiti moribus fuerunt.*
*d* Propterea perierunt. *filij enim Iſrael eos interfecerunt, vt habetur in libris Ioſue & Iudicum.*
*e* Quis aſcendit in cœlum. *q. d. nullus hominum. ſ. ante Chriſti aduentum. & pro tempore illo loquitur Baruch.*

qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines: & non eſt finis acquiſitionis eorum. Qui argentum fabricant, & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt ſuper terram: viam autem diſciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt ſemitas eius, neque filij eorum ſuſceperunt eam. A facie ipſorum longè facta eſt. Non eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Theman. Filij quoq; Agar, qui † exquiſierunt prudentiam, quæ de terra eſt, negotiatores terræ & Theman, & † fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem ſapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas eius. O Iſrael quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus eſt, & non habet finem, excelſus & immenſus. Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſcientes bellum. Non hos elegit dominus, neque viam diſciplinæ inuenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam, & attulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neque qui exquirat ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit eam: & adinuenit eam prudentia ſua: Qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam bipedibus & quadrupedibus. Qui emittit lumen & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & lætatæ ſunt. Vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

*f* Quis transfreta. mare, & inuenit. *q. d. nullus per talem tranfretationẽ potuit inuenire ſapientiam diuinam.*
*g* Non eſt qui poſſit ſcire vias. *naturali virtute, ſicut inuenta eſt ſapientia philoſophica.*
*h* Sed qui ſcit vniuerſa nouit. *ſ. Deus.*
*i* Et adinuenit eam prudentia. *i. habet eam per ſeipſum, & non per doctorem alium.*
*k* Qui præparauit terram in æterno tempore. *nam in æternum durabit à parte poſt, ſicut & aliæ mundi partes principales: meliorabuntur tamen in ſuis qualitatibus in mundi innouatione.*
*l* Et repleuit eam bipedibus & quadrupedibus. *i. auibus, hominibus, & animalibus. licèt enim aues habitent in aere, communius tamen alimentum accipiunt in terra.*
*m* Qui emittit lumen & va. *nam ſecundum eius ordinationem lumen ſolis & lunæ diffunditur per aerem.*
*n* Et vocauit illud: & obedit illi in tre. *nam ſecundum ordinationem eius lumen ſolis & lunæ quodãmodo reuocatur, quando certis temporibus eclypſantur.*
*o* Stellę dederunt lumen. *ſecundum Dei ordinationem.*
*p* Et lætatæ ſunt. *Locutio eſt metaphorica, ſicut cum dicitur: Pratum videt, quia corpora cœleſtia non ſunt animata ſecundum Damaſcenum.*
*q* Vocatæ ſunt & dixerunt: Adſumus. *Illud dicere non eſt aliud, quàm curſum ſuum ſecundum ordinationem Dei perficere.*
*r* Hic eſt Deus noſter. *cui obediunt corpora cœleſtia & terreſtria.*
*s* Et non æſtimabitur alius aduerſus eum. *nam alij ſunt dij falſi.*
*t* Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ. *ducentem ad vitam gloriæ.*
*u* Et tradidit illam Iacob. *Iacob autem & Iſrael idem homo fuit: ſed primò vocatus eſt Iacob. i. ſupplantator: poſtea Iſrael, ideſt videns Deum, vel directus cum Deo, Gen. 32. f. per quod deſignatur quòd in via perfectionis oportet hominem prius luctari cum paſſionibus ipſas ſubijciendo per exercitium virtutis, poſtea proficit in contemplatione veritatis. vnde dicit Greg. ſuper Ezech. Qui contemplationis arcem tenere deſiderant, prius neceſſe eſt, vt in campo actionis ſe per exercitia probent. Et Phi. 7. Phiſicorum. Sedendo & quieſcendo. i. ſedatis paſſionibus fiat anima ſciens & prudens. & ideo bene dicitur, quòd ſapientiam diuinam dedit Deus Iacob & Iſrael, quia paſſionibus ſupplantatis datur homini contemplatio veritatis.*
*x* Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. *Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, vt ſit relatiue præteriti: quia poſt illuminationem Iacob patriarchę, & dationem legis deſcendentibus ex ſuo ſemine. Exod. 20. Deus apparuit illi populo. Exod. 24. c. Aſcenderuntque Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael, & viderunt dominum Deum. Et ſubditur ibidem: Necnon ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael miſit manum ſuam, videruntque Deum &c. Cum illis etiam conuerſatus eſt quadraginta annis, præbens eis manna & alia beneficia multa, ſecundum quod dicitur Pſal. 94. b. ſecundum translationem Lxx. interpretum. Quadraginta annis proximus fui generationi huic &c. Alio modo vt ſit prophetia de futuro, quia poſt tempus Baruch Chriſtus Deus & homo cum hominibus conuerſatus eſt, Iohan. 1. a. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, &c. Et hæc eſt perfectior expoſitio, quia conuerſatio prima fuit huius figura.*

*f* Quis



## CAP. IIII.

Hic liber man. *Poſtquàm Baruch induxit ad ſapientiæ deſiderium, & oſtendit quibus datur & à quo, hic conſequenter oſtendit, quæ ſit illa ſapientia. ſ. lex à Deo data di. Hic lib. manda. Dei ſuple eſt ſapientia prædicta propter quod dicitur, Deut. 4. a. Hæc eſt ſapientia veſtra, & intellectus coram populis.*
*b* Et lex quæ eſt etc. *Non enim lex vetus per nouam eſt abolita, ſed magis perfecta ſecundum quod dicit ſaluator Matt. 5. b. Non veni ſoluere legem ſed adimplere, vt ibidem fuit declaratum.*
*c* Omnes qui te. eam. *Obſeruando.*
*d* Peruenerunt ad ui. *ſcilicet gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. licet enim patres ve. teſt. decedentes, non ſtatim admitterentur ad gloriam, erant tamen admittẽdi ſuo tempore. ſ. amoto impedimento per Chriſtum.*
*e* Qui autem derelinquerunt eam. *tranſgrediendo, quia decedentes ſtatim deſcendebant in gehennam.*
*f* Conuertere Iacob. *id eſt popule deſcendens à Iacob.*
*g* Et apprehen. *Eam per iugem memoriam.*
*h* Ambula per uiam. *Morum.*
*i* Ad ſplen. eius. *Oculos conuertendo. ideo ſubditur:*
*k* Contra lu. eius. *Tales. n. non habent ante ſe vmbram ignorãtiæ vel culpæ: aduertentes autem ſe à lumine, habent vmbram culpæ & ignorantiæ ante ſe.*
*l* Ne tradas alteri gloriam tuam. etc. *Legem diuinitus datam dimittendo, de cuius acceptione poterat populus Iſrael præ cæteris populis gloriari, ſecundum quod dicitur pſal. 147. b. Non fecit taliter omni nati. &c. ideo ſubditur:*
*m* Beati ſumus Iſrael. *Hoc dicit Baruch, eò quòd erat de populo illo.*
*n* Quia quæ Deo pla. *id eſt mandata legis & prophetarum oracula.*
*o* Manifeſta ſunt nobis. *In lege & prophetis.*
*p* Animæquior. *Poſita populi exhortatione, hic conſequenter ponitur eius conſolatio. & primò in perſona Baruch loquentis, ſecundò in perſona Ieruſalem metropolis, ibi: Et dixit. tertio in perſona Dei conſolantis, ibi: Animęquior eſto Ieruſalem. Circa primum dicitur: Animęquior. i. conſtantior & hilarior.*
*q* Eſto populus Dei. *i. populus Iſrael Dei cultor, cæteris ad idololatriam declinantibus.*
*r* Memorabilis Iſrael. *Coram Deo, licet oblitus videaris, ideo ſubditur:*
*s* Venundati eſtis gentibus in perditionem. *Sed vt afflictio det vobis intellectũ ad veſtram emendationem, ideo ſubditur:*
*t* Sed propter quod in ira. *i. in peccatis veſtris ira Dei dignis.*
*u* Ad iracundiam pro. Deum: traditiq; eſtis etc. *Et patet litera vſque ibi.*
*x* Contriſtaſtis nutricem ueſtram Ieruſalem. *Quæ nutriuit vos corporaliter bonis temporalibus ibidem abundantibus, & ſpiritualiter doctrina prophetarum ibidem habitantium. ideo ſubditur:*
*y* Vidit enim iracundiam. *i. pœnam.*
*z* A deo uenientem uob. *Hoc enim prædixit Ieremias & alij prophetæ, qui locuti ſunt de Babylonica captiuitate, vt patuit ſuprà in libris eorum.*
*a* Et dixit. *Hic conſequenter ponitur populi conſolatio in perſona Ieruſalem, & vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. primò recitatur materia deſolationis. ſecundo conſolationis ibi: Ego autem. Circa primum dicitur: Et dixit. ſ. per prophetas & alios ſanctos deſolationem Ieruſalem*

HIC liber mandatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum. Omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Conuertere Iacob & apprehende eam, ambula per viam ad ſplendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. Beati ſumus Iſrael, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis. Animæquior eſto populus Dei memorabilis Iſrael. Venúdati eſtis gentibus, nõ in perditionem: ſed propter quod in ira ad iracundiam prouocaſtis dominum, traditique eſtis aduerſarijs. Exacerbaſtis enim eum qui fecit vos Deum æternum, immolantes dæmonijs & non Deo. Obliti enim eſtis eum qui nutriuit vos, & contriſtaſtis nutricem veſtram Ieruſalem. Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit: Audite † confines Sion. Adduxit enim mihi Deus luctum magnum. Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam ſuperduxit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate, dimiſi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat ſuper me viduam & deſolatam, à multis derelicta ſum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei. Iuſtitias autem ipſius neſcierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neque per ſemitas veritatis eius cũ iuſtitia ingreſſi ſunt. Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam ſuperduxit illis æternus. Adduxit enim ſuper illos gentem de longinquo, gentem improbam & alterius linguæ, qui non ſunt reueriti ſenem, neque puerorum miſerti ſunt. Et adduxerunt dilectos viduæ, & à filijs vnicam deſolauerunt. Ego autem quid poſſum adiuuare vos? Qui enim adduxit ſuper vos mala, ipſe vos eripiet de manibus inimicorum veſtrorum. Ambulate filij ambulate: ego enĩ derelicta ſum ſola. Exui me ſtola pacis, indui autem me ſacco obſecrationis, & clamabo ad altiſſimum in diebus meis. Animæquiores eſtote filij, clamate ad dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim ſperaui in æternum ſalutem veſtram, & venit mihi gaudium à ſancto ſuper miſericordia, quę veniet vobis ab æterno ſalutari noſtro. Emiſi enim vos cũ luctu

† confuſiones.

*ſalem lamentantes, eo modo loquendi quo Pariſius dicitur facere & dicere, quod populus eius facit & dicit.*
*b* Audite confines Sion. *i. ciuitates affinitatem cum Ieruſalem habentes.*
*c* Adduxit enim mihi Deus luctum ma. *i. materiã magnam lugẽdi, p exercitũ Chaldæorũ populum meũ captiuantium.*
*d* Nutriui enim illos cum iucundi. *temporibus Dauid & Salomonis, quia tunc erant in magna bonorum temporalium et ſpiritualium proſperitate.*
*e* Dimiſi autem illos cum fletu et luctu. *cùm ducerentur in Babylonem temporibus Iechoniæ & Sedeciæ.*
*f* Nemo gau. ſuper me. *Quæ magis indigeo compaſſione.*
*g* A multis. *De filijs meis in captiuitatem ductis.*
*h* Iuſtitias autem ipſius ne. *Practicè, licet aliqui ſciuerint ſpeculatiuè. ſ. ſacerdotes & legiſperiti viuentes malè.*
*i* Neque per ſe. *Quantum ad conſilia.*
*k* Cum iu. ing. ſunt. *ſ. pęna per Dei iuſtitiam inflicta. vñ & peccantiũ punitio cõi modo loquendi iuſtitia nominatur.*
*l* Veniant confines Sion. *De hoc enim ciuitates in circumitu Iudeę exiſtentes frequenter loquebantur, ſicut ſolet fieri de tali caſu.*
*m* Adduxit enim ſu. il. de lon. *ſ. de Chaldęa et alijs regnis exiſtẽtib. ſub Chaldęis.*
*n* Gentem improbam. *id eſt bonis moribus carentem.*
*o* Et alterius lin. *Propter quod minus miſerebantur, quia non intelligebant verba deprecantium. ideo ſubditur:*
*p* Qui non ſunt reueriti ſe. &c. *Quibus tñ eſſet maximè compatiẽdum, ſed abſq; diſcretione ætatis, conditionis, & ſexus populum crudeliter afflixerunt.*
*q* Et adduxerunt dilectos uiduæ. *i. filios eius in captiuitatem duxerunt, & ſic eam vnicam & deſolatam dimiſerunt.*
*r* Ego autem. *Hic conſequenter ponitur materia conſolationis, cum dicitur: Ego autem quid po. adiuuare vos. q. d. non eſt vobis petendum humanum auxilium ſed diuinum, ideo ſequitur:*
*s* Qui enim adduxit ſuper uos mala. *Pęnæ ad veſtram correctionem.*
*t* Ipſe vos eripiet de manibus ini. ve. *Ad nominis ſui laudem, præcipiens Ciro ędificare templum in Ieruſalem: propter quod dedit populo Iudæ redeundi licentiam, vt habetur. 1. Eſdræ. 1.*
*u* Ambulate filij. *De virtute in virtutẽ.*
*x* Ego enim derelicta ſum ſo. *Sicut lamentabatur Ieremias propheta dicens: Thren. 1. a. Quomodo ſedet ſola ciui. &c.*
*y* Exui me ſtola pacis, *id eſt veſtibus iucunditatis.*
*z* Indui autem me ſacco obſecra. *Antiquitus enim afflictionis tempore orabãt homines in ſacco & cinere, vt patet de Niniuitis, Ionæ. 3. cap.*
*a* Et clamabo ad alti. &c. *Confidentes qꝫ acquieſcat precibus meis. iõ ſubditur:*
*b* Animæquiores eſtote filij. *Confidentes de auxilio Dei.*
*c* Ego enim ſperaui in æternum ſalutem veſtram. *id eſt quod det vobis non ſolũm ſalutem temporalem, ſed ẽt ęternam.*
*d* Et venit &c. à ſancto. *i. à Deo qui eſt ſanctuſſanctorum.*
*e* Super miſericordia &c. ab æterno ſalutari noſtro. *id eſt à Chriſto qui ſecundum diuinitatem eſt ab ęterno, & ſic de liberatione populi facta per Cyrum tranſit ad loquendum de liberatione facta per Chriſtum tanquam de figura ad figuratũ. ſicut Iſa. 14. loquendo de caſu regis Babylonis ſub eodem contextu literæ tranſit ad loquendum de caſu dæmonis, vt ibidem plenius fuit dictum, & ad idem facit quod ſequitur:*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ a Reducet autem vos mihi dominus cum gaudio & iucunditate in ſempiternum. *Populus enim poſt Babylonicæ captiuitatis reditum quaſi continuè fuit in affictione: propter quod videtur hæc ſcriptura loqui ſaltem principaliter de liberatione facta per Chriſtum.*
b Sicut enim viderunt uicinæ Sion. *id eſt ciuitates circa Iudæam poſitæ.*
c Captiuitatem veſtram à Deo. *Vobis inflictam propter peccata veſtra.*
d Sic videbunt & in celeritate. *id eſt citò.*
e Salutem veſtram in Deo. *Si referatur ad liberationem de Babylone eſt hyperbole. ſi autem ad liberationem per Chriſti gratiam eſt locutio clara.*
† veritas
f Perſecutus eſt enim te inimicus tuus. *i. Chaldæorum populus ſecundum primum intellectum. Diabolus autem vel quilibet tyrannus perſequens eccleſiam quantum ad ſecundum.*
g Sed cito videbis perditionem ipſius. *Quia Cyrus deſtruxit populum Chaldæorum, & Chriſtus diaboli potentiam confregit, & etiam tyrannorum.*
h Delicati mei ambulauerunt vias aſperas. *Id eſt grauiter ſunt afflicti ab aduerſarijs.*
i Ducti ſunt enim. *In captiuitatem & mortem.*
K Vt grex direptus. *id eſt raptus per prædam.*
l Animæquiores eſtote filij. *Suſtinendo patienter.*
m Et proclamate ad domi. *Qui liberabit vos potenter. ideo ſubditur:*
n Erit enim memoria veſtra. *In bonum.*
o Ab eo qui ducit vos &cæt. *i. à Deo qui permiſit vos in captiuitatem duci.*
p Sicut enim fuit ſenſus veſter, &c. *Vt erraretis à Deo per multiplicem idololatriam. ſicut patet. 4. Regum. & ſecundo Paralipo.*
q Decies tantum &cæt. requiretis eum. *Poſt reditum enim captiuitatis Babylonicæ non leguntur Iudæi fuiſſe idololatræ, niſi aliqui pauci tẽpore Antiochi Epiphanis, ducti etiam ad hoc magis timore, quàm infidelitate, vt habetur. 1. Machab. & 2. iſta tamen requiſitio Dei magis impleta fuit in Apoſtolis & alijs credentibus de Iudaiſmo, vt patet Act. 2. & 4.*
r Qui enim induxit vobis mala. *ſcilicet pęnæ.*
s Ipſe rurſum adducet. *Quod potiſſimè impletum eſt in apertione ianuæ cęleſtis per Chriſtum.*
Diuiſio
t Animæquior eſto Ieruſalem exhortatur enim te, &c. *Hic conſequenter ponitur conſolatio inducta ex perſona Dei. & primò fit mentio de captiuitatis Babylonicæ liberatione. ſecundo de populi fidelis exultatione, ibi: Exue te Ieruſalem. Circa primum ponitur primò aduerſariorum punitio, cum dicitur:*
† qui
u Nocentes. *Tibi, id eſt Chaldæi.*
x Peribunt. *Subiecti & depreſſi. Cætera patent vſque ibi:*
y Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina. *ſcilicet gens Chaldaica.*
z Sic contriſtabitur in ſua deſolatione. *Per Cyrum & Darium, vt habetur Dan. 5.*
a Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno. *ſ. diſpoſitus à Deo qui eſt æternus, qui etiam omnia futura præuidit ab æterno. Babylon enim quæ erat metropolis Chaldæorum, fuit incenſa pro magna parte per Cyrum & Darium.*
b In longiturnis diebus. *Quia non fuit reædificata: ſed magis poſtea hominibus inhabitabilis facta propter animalia*

& ploratu: reducet autem vos mihi dominus cum gaudio & iucũditate in ſempiternum. Sicut enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem veſtram à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſalutem veſtram in Deo, quæ ſuperueniet vobis cum honore magno & ſplendore æterno. Filij patienter ſuſtinete iram, quæ ſuperueniet vobis. Perſecutus eſt enim te inimicus tuus, ſed citò videbis perditionem ipſius, & ſuper † ceruices ipſius aſcendes. Delicati mei ambulauerunt vias aſperas: ducti ſunt enim vt grex direptus ab inimicis. Animæquiores eſtote filij, & proclamate ad dominum: erit enim memoria veſtra ab eo qui ducit vos. Sicut enim fuit ſenſus veſter, vt erraretis à Deo: decies tantùm iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala, ipſe rurſum adducet vobis ſempiternam iucunditatem cum ſalute veſtra. Animæquior eſto Ieruſalem: exhortatur enim te, qui te nominauit. Nocentes peribunt, qui te vexauerunt, & qui gratulati ſunt in tua ruina, punientur. Ciuitates quibus ſeruierunt filij tui, punientur, & quæ accepit filios tuos. Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina, & lętata eſt in caſu tuo: ſic contriſtabitur in ſua deſolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum. Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & inhabitabitur à dæmonijs in † multitudine temporis. Circumſpice Ieruſalem ad orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. Ecce enim veniunt filij tui quos dimiſiſti diſperſos: veniunt collecti ab oriente vſque ad occidentem, in verbo † ſancti gaudentes in honorem Dei.

## CAP. V.

EXue te Ieruſalem ſtola luctus & vexationis tuæ, & indue te decore & honore, † quæ à Deo eſt tibi ſempiterna gloria. Circundabit te Deus diploide iuſtitiæ, & imponet mitram capiti tuo honoris æterni. Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te, qui ſub cęlo eſt. Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum, pax iuſtitiæ, & honor pietatis. Exurge Ieruſalem, & ſta in excelſo, & circumſpice ad orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente ſole vſque ad occidentem in verbo ſancti gaudentes Dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem ſicut filios regni.

*malia venenoſa & monſtruoſa, ſicut prædixit Iſa. 13. Secundò ponitur captiuitatis liberatio, cum dicitur:*
c Circumſpice Ieruſalem ad orien. *Inde enim venit Cyrus ad deſtruendum Babyloniam, & ad dandum populo Iudaico redeundi licentiam, ideo ſubditur: Ecce enim veniunt filij tui. & ſequitur:*
d Ab oriente vſque in occidentem. *id eſt ab omni loco vbi fuerant diſperſi, quia Cyrus qui fuit monarcha, publicauit dictam licentiam per totum Imperium ſuum, vt habetur primo Eſdrę primo.*
e In verbo ſancti gaudentes. *id eſt in verbo Dei, qui eſt ſanctusſanctorum. Et per Iſaiam Ieremiam & alios prophetas prædixerat hunc reditum.*
f In honorem Dei. *Quia redeuntes ædificauerunt templum in Ieruſalem ad honorem diuinum.*

## NICOLAVS DE LYRA CAP. V.

EXue te Ieruſalem. *Hic vltimò ſub nomine Ieruſalem inducitur populus ad gaudium & exultationem, cum dicitur: Exue te Ieru. ſtola luctus & vexationis. Mos enim erat antiquitus, & adhuc eſt in aliquibus terris, aduerſitatis tempore veſtes lugubres accipere, & redeunte proſperitate illas deponere. Et ſi in hac parte dirigatur ſermo ad ſynagogam pro tempore reditus captiuitatis Babylonice, eſt ſermo hyperbolicus: ſi autem ad eccleſiam eſt magis planus. propter quod intendo literam ſequi iſto modo referendo partim ad tempus gratiæ, & partim ad tempus gloriæ, ideo ſubditur:*
h A Deo tibi eſt ſempiterna gloria. *Quæ per gratiam hic inchoatur, & in patria conſummatur.*
i Circundabit te Deus diploide. *Quæ eſt veſtis militaris. Et dicitur à duplo duplas, quaſi duplex veſtis: per quam intelligitur duplex ſtola gloriæ, ſcilicet animæ & corporis.*
K Et imponet mi. capiti tuo ho. ęter. *Quod videmus impletum in pontificibus noui teſtamenti.*
l Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te. *per agnitionem veritatis Euangelicę.*
m Nominabitur enim tibi nomen tuum. *In ſempiternum pax iuſtitiæ: vnde de Chriſti regno dicitur Iſa. 9. b. Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis.*
n Exurge Ieruſalem, & ſta in excelſo. *id eſt in culmine virtutis.*
o Et circumſpice ad orientem, & vide collectos filios. *id eſt Chriſtum, de quo dicitur Luc. 1. g. Viſitauit nos oriens ex alto.*
p In verbo ſancti. *i. Chriſti, qui eſt ſanctusſanctorum, Dan. 9. b.*
q Gaudentes Dei me. *Apoſtoli enim & alij credentes in eccleſia primitiua etiam in tormentis poſiti, gaudebant ex memoria Chriſti. Act. quinto. g. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*
r Exierunt enim abs te. *i. à te.*
s Pedi. du. *Nam frequenter ducebãtur ad mortẽ nudis pedibus vt condemnati.*
t Adducet autem illos dominus. *Portatos in honorem. nam animæ eorum portabantur honorificè ab Angelis ad gloriam. Dicit autem: Ad te. eo quòd eſt vna eccleſia militans & triumphans ſecundum duplicem ſtatum ſcilicet viæ*



¶ *& patriæ, & ſic de vno ſtatu eccleſiæ rapti crudeliter, portabãtur ad alium ſtatum eccleſiæ ab Angelis honorificè. Poteſt etiam totum exponi de ſtatu viæ ſecundum tempora diuerſa. Nam epiſcopi qui tempore primitiuæ eccleſiæ, primi de eccleſijs ad tormenta rapiebantur, modo ad ſuas eccleſias à militibus & perſonis notabilibus in principio honorificè deportantur, ideo ſubditur:*
a Conſtituit enim Deus. *i. diſpoſuit.*
b Humiliare omnem montem excelſum. *i. temporale dominium. Vnde & Conſtantinus Imperator exhibuit beato Syluestro ſtratoris officium.*
c Et Rupes perennes. *i. reges, quorum regna diu durauerunt.*
d Et conualles. *i. infimos homines.*
e Replere in æqualitatem terræ. *i. in vnã eccleſiam conuenire, in qua non eſt acceptio perſonarum.*
f Vt ambulet Iſ. *i. fidelis populus.*
g Diligenter in ho. d. *Ad hanc enim diligentiam mouere debet ęqualitas dicta, quia magnus ſicut paruus proficere poteſt in Dei via.*
h Obumbra. a. ſyl. *id eſt Angeli ſancti & eccleſiæ miniſtri, ſua præſidentia confortant & dirigunt populum in via Dei, vt ſic perueniat ad lumen gloriæ cum iucunditate. ideo ſubditur:*
i Adducet e. d. Iſra. *cum miſericordia & iuſtitia, quæ ſemper ſe concomitantur in omnibus operibus Dei. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.*

## NICOLAVS DE LYRA. CAPIT. VI.

PRopter peccata quæ pec. *Hæc eſt ſecunda pars principalis huius libri, in qua ponitur epiſtola Ieremiæ ad Iudæos, qui captiui erant in Babylone. cuius ſcriptor fuit Baruch, propter quod adiungitur eius libro. Et diuiditur in tres partes. nam primò ponitur captiuitatis huius cauſa. ſecundò prohibetur idololatria, ibi: Nunc autem. tertiò ſubditur eius multiplex ignominia, ibi: Nam ligna. Circa primum dicitur:*
K Propter peccata quæ pec. a. de. *i. in Ieruſalem quæ erat electa ad diuinum cultum, & etiam in templo: nam in plateis Ieruſalem & in atrijs templi fuerunt aræ editæ, vt patet. 4. Reg. & 2. Paral.*
l Adducemini in Baby. cap. *Ex quo videtur, quod hæc epiſtola fuit ſcripta poſt tranſmigrationem Ioacim et eorum qui cum eo ducti fuerunt in Babylonẽ quarto Regum vigeſimoquarto, & ante captiuitatem generalem ſub rege Sedecia factam. & ſic Ieremias in hac epiſtola loquitur huic captiuitati per modum futuri, ſicut in epiſtola miſſa tranſmigratis cum Ioacim. quæ habetur Iere. vigeſimonono. loquitur per modum præteriti. veruntamen hæc epiſtola ſecunda non fuit in Babylonem miſſa donec poſt mortem Ieremiæ Baruch illam portauit ibidem, & eam legit tranſmigratis cum Iechonia & captiuatis cum Sedecia.*
m Vſque ad gen. ſep. *id eſt vſque ad ſeptem decades annorum, vt dicunt aliqui quæ faciunt lxx. annos. Tantum enim temporis ſecundum communiorem opinionem fluxit à tranſmigratione Ioacim vſque ad reditum de Babylone. ſecundum tamen Hebræos deficiunt quatuor anni vel quinque, vt infrà videbitur: Sed hoc dictum videtur deficere primò in hoc quòd tempus. x. annorum computant pro vna generatione, quia puer decem annorum generare non poteſt ſecundum communem curſum naturæ. ſcripta verò loquitur de generatione ſecundum modum naturæ conſuetum. Secundò quia non fuerunt ibi ſeptem decades completæ, vt dictum eſt ſecundum computationem Hebræorum, quam communius ſecutus ſum. Et ideo videtur mihi quòd tempus ſeptem generationum inchoandum ſit à tranſmigratione Iechoniæ & terminandum in reditu populi de Babylone facta per Eſdram, vt habetur primo Eſdræ vij. & viij. quæ facta fuit ſeptimo anno Darij ſecundum computationem quam in præcedentibus libris ſecutus ſum tanquàm veriorem, Dan. nono, & in principio libri Eſther. hoc autem tempus fuit centum triginta annorum, vel ad minus centum viginti. nam à tranſmigratione Iechoniæ vſque ad captiuitatem Sedeciæ regis fluxerunt. xi. anni, & inde vſque ad primum annum monarchiæ Cyri. lij. & inde vſque ad Cambyſem eius filium tres anni ſecundum Hebræos. ſecundum alios autem hiſtoriographos. xij. poſt Cyrum Cambyſes regnauit. viij. annis. & poſt ipſum Aſſuerus. xl. & poſt eum filius eius Darius alio nomine Artaxerxes dictus, ſeptem annis vſque ad miſſionem Eſdræ cum populo in Iudeam redeuntis. Anni verò dicti ſimul iuncti faciunt annos. cxx. computatis tamen tribus annis monarchiæ Cyri. computatis verò duodecim faciunt annos. cxxx. vel cxxix. In tanto verò tempore bene complentur ſeptem generationes ſecundum curſum naturæ. iuuenis enim decem, & ſeptem annorum, vel xvi. poteſt naturaliter generare.*
n Poſt hoc au. edu. vos inde in pa. *Cum Eſdra ſacerdote.*
o Nunc autem. *Hic conſequenter arcetur populus ab idololatria, cum dicitur: Nunc autem &c. Deos auros. Id eſt idola, &c.*
p In humeris. *Sacerdotum.*
q Portari oſtentantes metum gentibus. *id eſt ad incutiendum eis timorem. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd ſicut primo Regum quarto, arca domini per ſacerdotes fuit portata ad exercitum ad incutiendum terrorem Philiſthæis. & ſicut rege Franciæ in exercitu exiſtente fiunt proceſſiones Pariſijs & alibi, in quibus ex deuotione portantur ſanctorum reliquiæ, vt orationibus eorum rex & ſuus exercitus adiuuentur, & aduerſarij confundantur: & ſic pro ſalute regis Babylonis idola portabantur in ſacerdotum humeris, ideo ſubditur:*
Proceſſiones pro ſalute exercitus
r Viſa itaque turba. *Babyloniorum.*
s De retro & ab an. *Nam in tali deportatione aliqui præcedebant & aliqui ſequebantur idola, ſicut in proceſſionibus Chriſtianorum aliqui præcedunt & aliqui ſequuntur ſanctorum corpora.*
t Adorantes. *Deum verum.*
u Dicite in cordibus veſtris. *Si in palam dicere non audetis. quod dicitur propter infirmos.*
x Te oportet ado. do. *& non idola vana.*
y Angelus autem me. Vobi. eſt. *Hoc dicit in perſona dñi. Et accipitur de Exo. 33.*
z Ipſe autem exquiram animas veſtras. *De manu illorum qui vos opprimunt iniuſtè. Et accipitur hoc verbum domini de Geneſis nono.*
a Nam li. *Hic conſequenter ponitur idololatriæ multiplex ignominia, quę multis deductionibus concluditur. & patebunt partes proſequendo. Ergo prima deductio accipitur ex eorum fabricatione & ornamento, cum dicitur: Nam ligna ipſo. aliqui dicunt lingua, eò quod poſt ſubditur: Et non poſ. ſed hoc non videtur mihi verum. nam imagines fabricantur & formantur ore clauſo, & ſic non apparet lingua nec fit in eis. & quia conſtructio planior eſt cum dicitur: Nam li. ip. id eſt ligna ex quibus fiunt idola.*
b Polita. *Supple ſunt.*
c A fabro. *ſ. lignario.*
d Ipſa autem inaurata & inar. *deſuper.*
e Falſa ſunt. *Licet. n. lignum aurũ & argẽtũ & hmõi quæ ſunt materia idoli, ſint res verè naturales, tamen quantum ad id quod ſignat idolum ex eis factum falſa ſunt. ideo dicit Apoſtolus. 1. ad Cor. 8. a. quod idolum nihil eſt in mundo. per hoc etiam quod dicitur: Falſa ſunt. in plurali patet, quod in principio verſus non eſt lingua in ſingulari.*
f Et non poſſunt loqui. *q. d. ſi eſſent veri dij, poſſent loqui.*
g Et ſicut virgini aman. *Sic idolis fiunt ornamenta acſi diligant talia. hum tamen nihil poſſint diligere, ideo ſubditur:*
h Vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum & argen. &c. *Si. n. eſ-*

Conſtituit enim Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes, & conualles replere in ęqualitatem terræ, vt ambulet Iſrael diligenter in honorem Dei. Obumbrauerunt autem ſyluæ, & omne lignũ ſuauitatis Iſrael mandato Dei. Adducet enim Deus Iſrael cum iucunditate in lumine maieſtatis ſuæ, cum miſericordia & iuſtitia, quæ eſt ex ipſo.

*Incipit epiſtola quam miſit Ieremias ad Iudæos, qui captiui erant in Babylone, cuius epiſtolæ ſcriptor fuit Baruch, propter quod adiungitur eius libro.*

## CAP. VI.

PRopter peccata quæ peccaſtis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonoſor rege Babyloniorum. Ingreſſi itaque in Babylonem eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vſque ad generationes ſeptem: poſt hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos, in humeris portari oſtentantes metum gentibus. Videte ergo ne & vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipſis. Viſa itaque turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobiſcum eſt. Ipſe autem exquirã animas veſtras. Nam ligna ipſorum polita à fabro, ipſa etiam inaurata & inargentata falſa ſunt, & non poſſunt loqui. Et ſicut virgini amanti ornamenta, ita accepto auro fabricata ſunt. Coronas certè aureas habent ſuper capita ſua dij illorum: vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in ſemetipſis. Dant autẽ & ex ipſo proſtitu-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant Deos ſuos. Hi autem non liberantur ab ęrugine & tinea. Opertis autem illis veſte purpurea, extergēt faciem ipſorum propter puluerem domus, qui eſt plurimus inter eos. Sceptrum autem habe vt homo, ſicut iudex regionis, qui in ſe peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium & ſecurim: ſe autem de bello & latronibus non liberat. Vnde nobis notum ſit, quia non ſunt dij: non ergo reueremini eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales ſunt & dij illorum. Conſtitutis illis in domo oculi eorum pleni ſunt puluere à pedibus introeuntium. Et ſicut alicui qui regem offendit circumſeptę ſunt ianuę, aut ſicut ad ſepulchrum adductum mortuum, ita tutantur ſacerdotes oſtia clauſuris & ſeris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis, & quidem multas: ex quibus nullam videre poſſunt. Sunt autem ſicut trabes in domo. Corda verò eorum dicunt elingere ſerpentes, qui de terra ſunt: dum comedunt eos, & veſtimentum ipſorum, & non ſentiunt. Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorum & ſupra caput eorum volant noctuæ & hirundines & aues, etiam ſimiliter & cattæ. Vnde ſciatis, quia non ſunt dij. ne ergo timueritis. Aurum etiam quod habent, ad † ſpecimen eſt: niſi aliquis exterſerit ęruginem, non fulgebunt. neque enim dum cōflarentur, ſentiebant. Ex omni pretio empta ſunt, in quibus ſpiritus non eſt in ipſis. † Sine pedibus in humeris portantur, oſtentantes ignobilitatem ſuam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea ſi ceciderint in terrā, à ſemetipſis non conſurgunt: neque ſi quis eum ſtatuerit rectum, per ſemetipſum ſtabit, ſed ſicut mortuis humeri eorum illis apponentur. Hoſtias illorum vendunt ſacerdotes ipſorum & abutuntur, ſimiliter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mēdicanti aliquid impertiunt: de ſacrificijs eorū fœtæ & menſtruatæ contingunt. Scientes itaq; ex his, quia non ſunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt argenteis & aureis & ligneis, & in domibus eorum ſacerdotes ſedent habentes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam, quorum capita nuda ſunt. Rugiunt autem clamantes contra Deos ſuos, ſicut in cęna mortui. Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes, & veſtiunt vxores ſuas & filios ſuos. Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo, neque ſi quid boni poterunt retribuere, neque regem conſtituere poſſunt, neque auferre. Similiter neq; diuitias dare poſ-

¶ ſent dij verè, diligentes talia non permitterent ſibi ſubtrahi.

a Non liberantur ab ęrugine. id eſt rubigine quantum ad aurum, & argentum, & alia metalla, ex quibus fiunt idola.

b Et tinea. Quantum ad ligna ex quibus fiunt. & veſtes quibus operiūtur, quæ à vermibus corroduntur.

c Extergent faciem ipſorum. Quia idola non poſſunt ſe extergere. Cætera patent vſque ibi: *ne ſint

d Habet etiam. ſ. idolum.

e In manu gladium & ſecurim. Sic enim formabatur idolum Martis, qui dicebatur Deus belli.

f Se autem de bello. Frequenter.n. in veteri teſtamento legitur, quod deuictis idololatris rapiebantur à victoribus eorum idola. Et ex prædictis concluditur:

g Vnde uobis notum ſit, quia non ſunt dij, &c. ſcilicet quod in eis nihil eſt numinis, nec eis eſt aliqua reuerentia exhibenda.

h Sicut enim uas hominis confractum inutile efficitur &c. Hic ponitur ſecunda deductio ad eandē concluſionem, & accipitur ex defectu vtilitatis, cum dicitur: Sicut &c. inutile efficitur ad officium proprium, materia tamen aliquando valet, vt fragmenta cyphi argentei vel aurei: ſimiliter idola quamdiu ſtant in propria forma, nihil valent: materia autem vt aurum, & argentum, valet ad aliquos vſus.

i Et ſicut alicui qui regem off. &c. Circumſeptæ ſunt ianuæ, ne poſſit exire de carcere.

K Aut ſicut ad ſepulchrum adductum mortuum. Antiquitus enim in ſepulchris potentum ponebantur pretioſa: propter quod claudebantur fortiter, & cum diligentia, ne à latronibus extraherentur.

†ſpeciem

l Ita tutantur ſacerdotes oſtia. Templorum.

m Ne a latronibus expolientur. ſ. idola ab ornamentis ſuis pretioſis.

n Lucernas accendunt. q. d. hoc fit inutiliter & fruſtra.

† Iſa.4:b

o Corda vero eorum. Aliqua enim idola erant interius terrea & exterius ærea vel huiuſmodi, & ſic ſerpentes qui terram comedunt (Gen.3.c. Terrā comedes cunctis diebus vitæ tuæ) interiora idolorum, qui erant quaſi corda ipſorum conſumebant.

p Nigrę fiunt facies. Comburebātur enim ibi thura in venerationem idolorum, & ex fumo aſcendente denigrabantur facies eorum.

q Supra &c. noctuæ & hirundines. Suas immunditias ibidem facientes. Ex quibus concluditur ſicut prius. Vnde ſciatis, quia non ſunt dij, &c.

r Aurum etiam. Hic conſequenter ponitur tertia deductio ad idem, & incipit à deturpatione ſuæ ſpecioſitatis, cùm dicitur: Aurum etiam quod habent ad ſpecimen. id eſt decorem.

s Niſi aliquis exter. æruginem. Super excreſcentem.

t Non fulgebunt. Sed magis obſcura erunt.

u Neque enim dum conflarentur. in fornace.

x Sentiebant. Quia nihil habent vitæ. & ideo ſubditur:

y Ex omni pretio em. &c. oſtentantes. id eſt manifeſtè oſtendentes.

z Ignobilitatem ſuam hominibus. Per hoc enim, quòd portantur, patet quod non habent virtutem greſſiuam.

a Confundantur etiam qui colunt ea. id eſt debent confundi in ſemetipſis colentes ſicut Deos talia, nullam virtutem habentia.

b Propterea ſi ceciderint in terram. Ex pondere materiæ.

c A ſemetipſis non conſurgunt. id eſt propria virtute non poſſunt ſurgere.

d Neque ſi quis eum. id eſt idolum.

e Statuerit rectum per ſemetipſum ſtabit. Quod eſt minus.

f Sed ſicut mortuis. i. nullam virtutem habentibus.

g Humeri eorum illis apponentur. id eſt fulcimenta aliena quibus ſuſtentantur.

h Hoſtias illorum vendunt ſ. Nam idola comedere non poſſunt ſibi oblata.

i Et abutuntur. i. hoſtiam pretio ad illicitos vſus vtuntur.

K Similiter & mulieres eorum decerpentes. i. ſibi rapientes de talibus hoſtijs & earum pretijs.

l Neque infirmo, neque &c. impertiunt. id eſt de huiuſmodi hoſtijs idola indigentibus nihil largiri poſſunt.

m De ſacrificijs eorum fętæ & menſtruatæ. i. mulieres immundæ.

n Contingunt. Quod non permitterent, ſi eſſent veri dij, ideo concludit: Scientes itaque &c.

o Vnde enim. Hic conſequenter ponitur quarta deductio ad eandem concluſionem, & incipit à ſacerdotum cupiditate, cùm dicitur per modum quęſtionis: Vnde enim vocantur dij. id eſt reputantur? Et reſpondet dicens:

p Quia mulieres. De facili deceptibiles.

q Apponunt dijs argenteis & au. Oblationes & munera quæ cedunt in vſus ſacerdotum, & ſic aſſerunt idola Deos eſſe propter lucrum. ideo ſubditur:

r Et in domibus eorum. i. in Delubris idolorum.

s Sacrdotes ſedent. id eſt manent, ſicut Deuter. primo d. Sediſtis in Cades multo tempore, id eſt manſiſtis. Sic ſacerdotes in templis idolorum manebant, ad colligendum pecuniam & oblationes.

t Habentes tunicas ſciſſas & capita & barbam raſam, quorum capita. In ſignum mœroris & triſtitiæ. quaſi lugerent pro expiatione peccatorum offerentium idolis. & ideo ſubditur:

u Rugiunt autem clamantes contra Deos ſuos. i. coram idolis.

x Sicut in cęna mortui. id eſt facta pro mortuo. Antiquitus enim ſuper ſepulchra de nouo mortuorum comedebant lautè & bibebant: & poſtea exclamabant, quaſi lugentes mortuos. Sic ſacerdotes idolorum de ſacrificijs & oblationibus lautè viuebant, & eiulantes exclamabant coram idolis, quaſi ſatisfacientes pro offerentium peccatis.

y Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes. Vt mulieres deceptæ de nouo offerant nouas veſtes, & hoc ad ſacerdotum lucrum. ideo ſubditur:

z Et veſtiunt vxores ſuas & filios ſuos. De veſtibus amotis ab idolis. Conſequenter oſtenditur idolorum impotentia in multis exemplis, cùm dicitur:

a Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo, neque ſi quid boni poterunt retribuere, neque regem conſtituere poſſunt neque auferre. Et patet litera vſque ibi:

¶ a Lapi-



ſunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum voucrit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt. Hominem cæcum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitate hominem non liberabunt. Viduæ non miſerebuntur, neque orphanis benefacient. Lapidibus de monte ſimiles ſunt dij illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur. Quomodo ergo æſtimandum eſt aut dicendum illos eſſe Deos? Adhuc enim ipſis Chaldæis non honorantibus ea, qui cùm audierint mutum non poſſe loqui, offerunt illum ad Bel, poſtulantes ab eo loqui, quaſi poſſint ſentire qui non habent motum. Et ipſi cùm intellexerint, relinquent ea, ſenſum enim non habent ipſi dij illorum. Mulieres autem circundatæ funibus in vijs ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum. Cùm autem aliqua ex ipſis abſtracta ab aliquo tranſeunte dormierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat, quòd ea non ſit digna habita ſicut ipſa, neque funis eius diruptus ſit. Omnia autem quæ illis fiunt, falſa ſunt. Quomodo æſtimandum aut dicendum eſt illos eſſe Deos? A fabris autem & ab aurificibus facta ſunt. Nihil aliud erunt, niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes. Aurifices etiam ipſi qui ea faciunt, non ſunt multi temporis. Nunquid ergo poſſunt ea quæ ab ipſis fabricata ſunt, eſſe dij? Reliquerunt autem falſa, & opprobrium poſtea futuris. Nam cùm ſuperuenerit illis prælium & mala, cogitant ſacerdotes poſſe, vbi ſe abſcondant cum illis. Quomodo ergo ſentiri debeant quoniam dij ſunt, qui nec de bello ſe liberant, neque de malis ſe eripiunt? Nam cùm ſint lignea & inaurata & inargentata, ſcietur poſtea, quia falſa ſunt ab vniuerſis gentibus & regibus quæ manifeſta ſunt: quia non ſunt dij, ſed opera manuum hominum, & nullum opus Dei † cum illis. Vnde ergo notum eſt, quia non ſunt dij, ſed opera manuum hominum, & nullum opus Dei in ipſis eſt. Regem regioni non ſuſcitant, neque pluuiam hominibus dabunt. Iudicium quoque non diſcernent, neque regiones liberabunt ab iniuria, quia nihil poſſunt, ſicut corniculæ inter medium cęli & terræ. Etenim cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum & argenteorum & aureorum, ſacerdotes quidem ipſorum fugient & liberabuntur: ipſi verò ſicut trabes in medio comburentur: regi autem & bello non reſiſtent. Quomodo ergo ęſtimandum eſt aut recipiendum, quia dij ſunt? Non à furibus neque à latronibus ſe liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores ſunt. Aurum & argentum & veſtimentum quo operti ſunt, auferent illis & abibunt, nec ſibi auxilium ferent. Itaque melius eſſe regem oſtentantem virtutem ſuam, aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui poſſidet illud: vel oſtium in domo quod cuſtodit quæ in pace ſunt, quàm falſi dij. Sol quidem & luna ac ſydera, cùm ſint ſplendida, & emiſſa ad vtilitates, obaudiunt: ſimiliter & fulgur cùm appa-

¶ a Lapidibus de monte ſimiles ſunt. Qui inde ſe mouere non poſſunt, neque aliquid agere. ideo concluditur in fine. Quomo. ergo æſtimand.

b Adhuc e. Hic ponitur deductio quinta ad idem, & incipit à Chaldæorum uilipenſione, qui cū eſſent cultores illorum idolorum: tamen quando non habebant intentum, vilipēdebant ea. & hoc eſt quod dicitur: Adhuc enim ip. Chal. non hon. ea. i. vilipēdentibus, minus enim dicendo plus ſignificat.

c Qui. ſ. Chaldæi.

d Cum audierint mutum non poſſe loqui. i. percipiunt, ſicut Exo.20.c. Populus videbat voces. Ibi enim accipitur videre, pro audire: hic econuerſo audire, pro videre. Cognoſcitur.n. homo eſſe mutus per nutus & ſigna quæ facit. Poteſt etiam hic accipi audire propriè, quia muti aliquando proferunt voces inarticulatas tantum, & ſic per auditum percipitur, quod ſint muti.

e Offerunt illud ad Bel. qd eſt idolum Babyloniorum, Dan.14.

f Poſtulantes ab e. i. ab idolo.

g Loqui. id eſt quòd mutus poſſit loqui.

h Quaſi poſſint ſentire. i. poſtulationes eorum percipere.

i Qui non ha. motum. ſ. dij illorum vel idola.

K Et ipſi. ſ. Chaldæi.

l Cum intellexerint. idola nihil poſſe.

m Relin. ea. Ipſa vilipendēdo. q. d. multò fortius filij Iſrael, quibus ſpecialiter prohibita eſt idololatria, debent ea contemnere.

n Mulieres autem. Hic ponitur quidam luxuriæ modus, ex quo contemnenda ſunt idola. Mulieres.n. fune cingebant ſe ſuperius, quaſi ligatæ aliquo magno crimine, ſedentes in via per quā tranſibant homines procedētes ad idola. & quando aliquis eorum tranſiēs trahebat vnam illarū extra viam, & præſcindēs eius funem carnaliter cognoſcebat eam, illa reputabat ſe liberam à crimine commiſſo: credens q idolum miſiſſe illum virum in ſignum liberationis ſuæ: & rediens ad ſociā exprobrabat ei, quod non fuerat digna ſic ab idolo viſitari. et hoc eſt qd dicitur: Mulieres au. Et patet ex dictis litera hoc excepto.

o Succendentes oſſa oliua. Secundum illius idoli ritum. propter qd in fine concluditur: Quomodo æſtimandum, &c.

p A fabris autem. Hic ponitur deductio ſexta quæ accipitur ab idolorum impotentia: nam eſſe eorum ab hominibus dependet, ideo dicitur: A fabris autem & ab aurif. facta ſunt. tanq̄ aliquid minus ipſis: quia cauſa effectiua potior eſt ſuo effectu.

q Nihil aliud erunt, niſi id quod uolunt eſſe ſacerdotes. Qui formam & figuram idoli fiendi tradunt artifici.

r Aurifices. Non ſunt multi temporis, i. experti in ſapientia. Iuuenes enim acutius videntes, & agilius operantes, talia poſſunt melius fabricare quàm ſenes.

s Reliquerunt autem falſa. id eſt artifices idolorum reliquerūt poſteris idola, quæ ſunt falſa: quia nihil ſunt quantum ad id quod repræſentant vt dictum eſt ſuprà.

t Et oppro. Quia cū percipitur falſitas idolorum, improperatur colentibus cultus eorum.

u Nam cum ſuperue. illis prælium ab aduerſarijs.

x Cogitant. Abſcondant cum illis, & ſic confitentur facto, q dij eorum impotentes ſunt ad ſaluādum. nam cū ſint lignea, &c. ſequitur:

y Scietur poſtea quia fal. ſunt ab vni. genti. Hoc videtur eſſe prophetia de tempore Chriſti, in quo per orbem deiecta ſunt idola per prædicationem Apoſtolorum & aliorum Chriſti diſcipulorum, ideo concluditur: vnde ergo notum, &c.

z Regem regioni. Hic ponitur deductio ſeptima ad idem, & accipitur ex operibus diuinis, quę non apparent in idolis, ſed magis contrarium. ideo dicit: Regem regioni non ſuſcitant. qd eſt proprium Dei, à quo eſt omnis poteſtas terrena.

a Neque pluuiam hominibus dabunt. Sicut facit Deus.

b Iudicium quoque non diſc. Quia diſcretionem non habent, & tamen hoc eſt Dei proprium, cum ſit verus iudex omnium.

c Quia nihil poſſunt, ſicut cor. imo minus: quia corniculæ poſſunt fugere periculum imminens, non ſic idola. ideo ſubditur:

d Etenim cum inci. ignis etc. Et patet litera, propter quod concluditur:

e Quomodo ergo. quaſi dicat nullo modo.

f Non à fu. Hic ponitur deductio octaua, quæ accipitur ex impotentia reſiſtendi iniurijs, cum dicitur: Non a furibus. qui aliena rapiunt in occulto.

g Neque a latronibus. Qui hoc faciunt in manifeſto.

h Se liberabunt dij lignei. Ex quo patet eorum impotētia. ideo ſubditur: † in

i Quibus iniqui. id eſt fures & latrones.

K Fortiores ſunt. Furando & expoliando idola, ideo ſubditur:

l Aurum & argentum & ueſtimentum quo operti ſunt. Et patet. Conſequenter oſtendit q creaturæ quæ non reputatur dij, ſunt melioris conditionis, cū dr:

m Itaque melius eſt eſſe regem oſtentantem uirtu. ſuam. Per effectum in ſubditis ſuis.

n Aut vas in domo vtile. Ad aliquod opus, ut patella, cyphus, & huiuſmodi.

o In quo gloriabitur qui poſſidet illud. Habens inde aliquam vtilitatem.

p Vel oſtium in do. quod &c. quæ in pace ſunt. i. in quiete vel in ſomno, quia tunc clauſum eſt ad tutandum quieſcentes.

q Sol quidem & luna ac ſydera, cum ſint ſplen. Suo ſplendore ſunt hominibus vtilia.

r Et emiſſa. à Deo.

s Ad vtilitates, obaudiunt, ſimiliter & fulgur cum ap. Quia ſuos curſus ſecundum ordinationem Dei perficiunt, & vtilitates hominibus inde proueniunt.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ a Idipſum autem & ſpiritus. *id eſt ventus.*
b In omni regione ſpiri. *id eſt perflat.*
c Et nubes. *Similiter perficiunt curſum ſuum, per aerem ſecundum Dei ordinationem.*
d Ignis etiam miſſus deſuper. *In impreſſionibus ligneis ſcilicet, in idolis ſubdeſcendit & in fulgure.*
e Facit quod præceptum eſt ei. *Quia totum procedit ex ordinatione Dei.*
f Hæc autem. *ſcilicet idola.*
g Neque ſpeciebus. *id eſt formis viſibilibus.*
h Neque virtutibus. *Ad aliquid agendum. Vni e.ſimilia ſunt. ideo concluditur: Vnde neque æſtimandum eſt &c.*
i Quando non poſſunt neque iudicium iudica. *Diſcernendo.*
K Neque quicquam facere. *Inferendo vel ſententiando.*
l Scientes itaque, quia non ſunt dij. *Quia non apparet in eis virtus aliqua, nec per conſequens in aliquo ſunt timendi.*
m Neque enim regibus maledicent. *Hic ponitur deductio nona, quæ accipitur ex defectu diuinæ proprietatis, cum dicitur: Neque enim regibus maledicent. ſcilicet malis.*
n Neque benedicent. *Bonis, quod eſt proprium Dei.*
o Signa etiam in cęlo. *Vt ſtationem ſolis ſub Ioſue, & retroceſſionem eius Ezechiæ tempore.*
p Gentibus non oſtendunt. *Sicut Deus legitur feciſſe, & non ſolum deficiunt ab operibus Dei, ſed etiam creaturæ. ideo ſubditur:*
q Neque vt ſol luce. *Per diem.*
r Neque illuminabunt vt luna. *Per noctem: & non ſolum deficiunt ab operibus creaturæ ſuperioris, ſed etiam inferioris, ideo ſubditur:*
s Beſtiæ &c. fugere ſub tectum. *Propter imminens tempeſtatis periculum: quod non poſſunt facere dij gentium. ideo concluditur: Nullo itaque modo.*
t Nam ſicut. *Hic ponitur deductio decima. & accipitur ex comparatione idolorum rebus nullum habentibus effectum, cum dicitur: Nam ſicut in cucumerario for. gallicè eſpouentail.*
u Nihil cuſtodit, ita ſunt dij illorum lignei &c. *Nam aues videntes quòd nullum habeat motum, ſedent ſuper caput eius abſque timore, ita ſunt dij illorum nullam penitus habentes virtutem.*
x Eodem modo & in horto ſpina alba. *Nihil facit ad cuſtodiam horti.*
y Similiter & mortuo proiecto in tenebris. *i. inhumato.*
z Simile ſunt dij illorum. *Quia nihil plus poſſunt quàm corpus mortuum in terra ſepultum.*
a A purpura quoque &c. *Qua induuntur idola.*
b Et mar. *ſ. ſimili illi vnde fiunt idola. ex eodem enim marmore aliquando de vna parte fit idolum, & de alia ſternitur platea propter lutum euitandum.*
c Quæ ſupra illos teneant. *Supple non apparet, id eſt non apparet aliqua ratio, quare idola ſint ſuperiora vel melioris conditionis quam purpura, qua veſtiuntur vel marmor vnde formantur. ex quo concluditur: Scietis vtique, quia non ſunt dij.*
d Ipſi etiam. *ſ. dij idololatrarum.*
e Poſtremo comeduntur. *Quod dupliciter intelligitur. vno modo quia à latronibus ſeu raptoribus venduntur, & ſic pretium eorum comeditur. Alio modo quia poſt longam durationem à vermibus corroduntur, ſi ſint lignea, & à rubigine conſumuntur, ſi ſint metallica, & ab hoſtibus confriguntur ſi lapidea.*
f Et erunt in opprobrium. *Colentibus ipſa. Concludit ergo:*
g Melior eſt igitur homo iuſtus. *Quam colentes idola. Et ſubditur ratio.*
h Nam erit longe ab opprobrijs. *Quæ ſunt inferenda idololatris. Et minus dicendo ſignificat maius. nam homo iuſtus non ſolùm debet eſſe longè ab opprobrijs, ſed etiam honorabilis coram Deo & Angelis, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.*

† iniuſtus

ruerit, perſpicuum eſt. Idipſum autem & ſpiritus in omni regione ſpirat & nubes, quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuerſum orbem, perficiút quod imperatú eſt eis. Ignis etiá miſſus deſuper, vt conſumat montes & ſyluas, facit quod præceptum eſt ei. Hæc auté neq; ſpeciebus, neq; virtutibus vni eorú ſimilia ſunt. Vnde neq; ęſtimandum eſt, neque dicendum eſt illos eſſe Deos: quádo non poſſunt neque iudicium iudicare, neque quicquá facere hominibus. Scientes itaq;, quia nó ſunt dij, ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neq; benedicét. Signa etiam in cęlo gentibus nó oſtendunt, neque vt ſol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. Beſtiæ meliores ſunt illis, quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac prodeſſe ſibi. Nullo itaque modo nobis eſt manifeſtú, quia ſunt dij: propter quod ne timeatis eos. Nam ſicut in cucumerario formido†nihil cuſtodit, ita ſunt dij illorú lignei & argentei & inaurati. Eodem modo & in horto ſpina alba ſupra quam omnis auis ſedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris, ſimiles ſunt dij illorum ligni & inaurati & inargentati. A purpura quoq; & † marmore, quæ ſupra illud teneant, ſcietis itaq; quia non ſunt dij. Ipſi etiam poſtremò comedútur, & erit opprobriú in regione. Melior eſt homo†iuſtus, qui nó habet ſimulachra: ná erit lógè ab opprobrijs.

## *Incipit Prologus S. Hieronymi in Ezechielem prophetā.*

EZechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babyloné, ibiq; eis qui cú eo captiui fuerát, prophetauit pęnitentibus, ꝙ ad Ieremiæ vaticinium ſe vltrò aduerſarijs tradidiſſent, & viderent adhuc vrbem Ieroſolymam ſtare, quam ille caſuram eſſe prædixerat. Triceſimo autem ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto exor-

## *Incipit expoſitio Prologi in librum Ezechielis prophetæ per fratrem Britonem ordinis minorum.*

EZechiel propheta. *Iſte prologus diuiditur in quinque particulas. In prima oſtenditur quibus prophetia hæc traditur: vel quibus propheta in iſto libro loquitur, ibi: Ezechiel propheta, & cæt. In ſecunda deſcribitur prophetiæ tempus & locus & loquendi modus. Tempus autem deſcribitur tripliciter. Primò per ætatem prophetæ, ibi: Triceſimo autem ætatis ſuæ anno. Secundò, per captiuitatem, ibi: Et captiuitatis quinto. Tertiò, quia prophetauit ſimul tempore cũ Ieremia. vnde dicitur hic: Et eodem tempore, & cæt. Locus tangitur cùm dicitur: In Chaldæa. Modus loquendi, cùm dicitur: Sermo eius nec ſatis diſertus, & cæt. In tertia parte commendatur à dignitate & à ſermonis profunditate. Dignitas notatur, cùm dicitur: Sacerdos, & cæt. Sermonis profunditas notatur, ibi: Principia voluminis, & cætera. In quarta parte inſinuat Hieronymus quare tranſtulit librum iſtum, ſcilicet propter varietatem tranſlationum à veritate Hebraica diſcrepantium, ibi: Sed & vulgata eius editio, &c. In quinta inuitat Paulam & Euſtochium, vt tranſlationem iſtam legant, docens qualiter ſubſannantes æmulos confundant, ibi: Legite igitur & hunc iuxta, &c. His viſis literæ inſiſtamus.*

K Cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem. *4. Regum viceſimoquarto. d. Tranſtulit quoque Ioachin in Babylonem, & cæt. ibidem præponitur de cæteris captiuis, qui de Ieruſalem tranſlati ſunt in Babylonem.*

l Pęnitentibus quod ad Ieremiæ vaticinium ſe vltro aduerſarijs tradidiſſent. *id eſt prophetiam dicentis, Ieremiæ primo cap. Venient & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & cæt. Item viceſimoprimo. c. Poſui faciem meam ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus. In manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Et præponitur ibidem: Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, fame, & peſte: qui autem fugerit ad Chaldæos, qui obſident vos viuet. Idem triceſimooctauo. a. Quicunque manſerit in ciuitate hac, morietur gladio, fame, & peſte: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet. Et ſequitur: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manus exercitus regis Babylonis, & cæt. Propter huiuſmodi prophetias territus Ioachin rex Iuda tradidit ſe & ſuos regi Babylonis oppugnanti Ieruſalem, & ipſe tranſtulit eos in Babylonem, ſicut legitur quarti Regum viceſimoquarto. quia rex Babylonis non tunc deſtruxit Ieruſalem, ſed conſtituit ibi regem Sedeciam. Pænitebant iſti quòd ad Ieremiæ vaticinium ſe vltrò aduerſarijs tradidiſſent cum rege Ioachin.*

m Cum viderent adhuc vrbem Ieroſolimam ſtare. *Sedecia regnante.*

n Quam ille caſuram eſſe prædixerat. *Vt ſuprà dictum eſt. & tamen tota prophetia eius verificata eſt, ſicut patet quarti Regum viceſimoquarto. Iſti erant Iudæi, de quibus dicebat Sedecias, Ieremiæ triceſimooctauo. e. Sollicitus ſum propter Iudæos qui transfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi.*

o Exorſus eſt. *id eſt incepit. In præcedenti prologo in Ieremiam inuenies vnde dicitur exorſus.*





¶ a Ad concaptiuos loqui. *i. prophetare con captiuis, ſicut patet in principio libri, vbi dicitur: Cùm eſſem in medio captiuorum &c.*
b Et eodem tempore. *Prophetauerunt ipſe & Ieremias, id eſt contemporanei fuerunt in prophetando, ſicut de ſcholari qui fuit Pariſijs in ſcholis per quadraginta annos: & de alio ſcholari, qui tantùm per tres annos cum eo ſtuduit, dicitur, quòd ſunt contemporanei in ſtudio: non quia in toto, ſed quia in aliqua parte temporis conueniunt.*
c Licèt poſterior. *Ecce ſucceſſio quantum ad prophetiæ exordium.*
d Hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa. *Ecce varietas locorum, 20. Ieremiæ inuenies quot annis præceſſit Ieremias in prophetia.*
e Admodum. *Id eſt valde.*
f Principia voluminis. *Scilicet primum caput.*
g Et finem. *Scilicet vltima nouem capita. vide gloſſam poſitam ſuprà circa principium præcedentis prologi.*
h Sed & vulgata eius editio. *Id eſt tranſlatio quæ fuit inuenta Ieroſolymis, cuius autor ignoratur.*
i Non multum. *Tamen in aliquibus.*
k Diſtat ab Hebraico. *Id eſt ab Hebraica veritate. Et ſolum iſta tranſlatio diſtat, ſed etiam aliæ quæ ſibi inuicem aduerſantur. Vnde miratur Hieronymus, dicens:*
l Vnde ſatis miror, quid cauſæ extiterit, vt ſi eoſdem in vniuerſis &c. *Eademque habet Hebraica veritas.*
m In alijs diuerſa. *Ab Hebraica veritate.*
n Per cola. *Id eſt per maiores orationis deciſiones vel clauſulas, vt Iſaiæ primo. b. Dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum.*
o Et commata. *Id eſt minores deciſiones, quarum ſingulæ clauſulæ parum valent per ſe, ſed omnes ſimul collectæ integrum ſenſum reddunt, vt Iſaiæ, 1. b. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. In prologo ſuper Iſaiam inuenies plenius de colis & commatibus.*
p Amici mei. *Ironia eſt, quæ eſt ſententia pronunciationi contrarium habens intellectum.*
q Subſannauerint. *Subſannare eſt rugato & contracto ac diſtorto naſo irridere. Vide in opuſculo de expoſitione vocabulorum Bibliæ.*
r Dicite eis quòd nemo eos compellat, vt ſcribant. *Id eſt vt aliqua ſcripta faciant, ſicut vos me cogitis ad ſcribendum. Et ita contempti confundentur. Vel ſecundum aliam literam. Dicit eis, quòd nemo eos compe. vt ſcripta mea legant. Et iſta litera magis videtur concordare cum ſequentibus. Vnde dicit:*
s Sed vereor ne &c. *Quaſi dicat: nemo eos compellit ad legendum ſcripta mea quæ ita ſubſannant, ſed vereor, id eſt timeo.*
t Ne illud eis. *Sponte legentibus.*
u Eueniat. *Id eſt contingat.*
x Quod Græcè ſignificantius dicitur. *In deteſtationem talium quàm Latini: quia apud Græcos verbum eſt vſitatum, & maximè deteſtationis expreſſiuum. Vel, Significantius, Id eſt valde ſignificatiuè, quia maximam deſtationem ſignificat.*
y Vt vocentur phagolœdori. *Id eſt maledicta comedentes, Id eſt incorporantes ſibi ea de quibus prius maledixerunt detrahendo. Quidam exponunt ſic: phagin Græcè idem eſt quod comedere, lædoros idem eſt quod maledictum. inde phagolædori dicuntur detractores quaſi maledicta vel maledictiones comedentes: quia nihil aliud videntur habere in ore, nihil aliud maſticare, niſi maledictas detractiones.*
z Hoc eſt. *Apud nos.*
a Manducantes ſenecias. *Quaſi dicat: nos Latini vocamus manducantes ſenecias, qui apud Græcos emphaticè phagolædori nuncupantur. Senecia ſecundum Papiam Græcum eſt, quod Latinè dicitur bellua immundum animal. Hanc enim Phyſiologus dicit aliquando marem, aliquando fœminam. Et quia eſt animal immundum, emphaticè ponitur hic pro immunditia. Et eſt ſenſus: Manducantes ſenecias. id eſt quod vnus detrahendo euomit, alius audiendo deglutit. Et ita in huiuſmodi immunditijs delectantur ſicut famelici delectantur in comedendo. Secundum Huguitionem: Hæc ſenecio ſenecionis, dicitur aliquantulum ſenex. & inde hæc ſenecia dicitur pilatura labiorum, vel labium ſenis, vel illud rubeum quod eſt ſub aure piſcis, per quod diſcernitur vtrum ſit recens aut non. Dicuntur ergo manducantes ſenecias, id eſt pilaturas illas quæ valde immundæ ſunt: vel ſenecias, id eſt labia, ſicut quis ex indignatione & ira corrodit labia ſua. Vel ſenecias, id eſt illuſas piſcium quæ nihil valent & citò putreſiunt, per quas detractiones inutiles & fœtidæ deſignantur. Alij dicunt, quod ſeneciæ dicuntur ſaliuæ deffluentes per genas ſenis, quas præ ſenectute retinere non poteſt, ſed eas emittit per molares dentes: qui canini, id eſt detractatorij dicuntur: Quod conuenit inuidis, de quorum molaribus frequens immunditia detractionis emittitur. Alij dicunt, quod ſenecia dicitur mus qui immundus eſt. Alij dicũt, quòd ſenecia dicitur quędam herba prouocans appetitum. ſcilicet naſturcium. Et ſecundum hoc exponunt: Manducantes ſenecias, id eſt appetitum detrahendo prouocantes in quo delectantur ſicut famelicus in comeſtione.*

ſus eſt ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licèt poſterior hic in Chaldæa, Ieremias in Iudęa prophetauerunt. Sermo eius nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt, ſed ex vtroq; mediè temperatus. Sacerdos & ipſe fuit ſicut Ieremias, principia voluminis & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multùm diſtat ab Hebraico. Vnde ſatis miror quid cauſæ extiterit, vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habemus interpretes, in alijs eadé, in alijs diuerſa tranſtulerint. Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram, quoniam per cola ſcriptus & commata, manifeſtioré legentibus ſenſum tribuit. Si autem amici mei, & hunc ſubſannauerint: dicite eis, quòd nemo eos compellat, vt ſcribant. Sed vereor ne illud eis eueniat, quod Græcè ſignificantius dicitur, vt vocentur, † phagolœdori, hoc eſt manducantes ſenecias.

## *Incipit poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Ezechielem. Et primò eiuſdem præfatio.*

APerti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei. *Ezechielis. 1. a. In verbo propoſito ab Ezechiele dicto poſſunt notari quatuor cauſæ libri Ezechielis prophetæ, quem præ manibus habemus, ſcilicet efficiens, formalis, materialis & finalis. Efficiẽs verò cauſa duplex eſt, ſcilicet principalis & inſtrumentalis. Principalis verò eſt ipſe ſpirituſſanctus reſerans myſteria in hoc libro deſcripta, qui deſignatur cum dicitur: Aperti ſunt cęli, id eſt ſecreta cęleſtia ſeu diuina per ſpiritum ſanctum. propter quod dicitur Apocal. tertio. b. Hæc dicit qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, quia ſpirituſſancti operationem nullus poteſt impedire. Cauſa verò efficiens inſtrumentalis eſt ipſe Ezechiel propheta, qui ſpirituſſancto reſerante vidit contenta in hoc libro, & fideliter conſcripſit, ſecundum quod ſcribitur Apocal. 1. a. Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem eccleſiis: id eſt vniuerſitati fidelium, ad quorum inſtructionem ſunt deſtinata ea quæ ſunt in hoc libro deſcripta. Circa cauſam formalem ſciendum eſt, quod duplex eſt forma libri, ſcilicet forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus eſt diuiſio libri in partes & capita: de qua videbitur ad literam accedendo. Forma verò tractandi, idem eſt quod modus agendi: qui in hoc libro non eſt per rationem diſquiſitiuus, ſed propheticus. Et ideo notatur cùm dicitur: Viſiones. In hoc enim libro plures viſiones propheticæ continentur, vt patebit proſequendo: de quo poteſt exponi quod dicitur Oſee duodecimo. c. Ego viſionem multiplicaui, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum. Et per manus hic intelliguntur opera, quia prophetæ ſancti aliquando prophetabant verbis, & aliquando ſenſibilibus factis, ſicut dictum eſt in libro Ieremiæ: quod ipſe captiuationem populi frequenter prænuntiauit verbis, & aliquando factis, ſcilicet portando catenas ligneas in collo ſuo. Et ſimiliter Ezechiel, qui multas viſiones propheticas habuit, aliquando eas explicauit verbis, & aliquando ſenſibilibus factis, vt patebit infra proſequendo Deo concedente. Cauſa verò materialis & finalis tanguntur cùm dicitur, Dei. Et quantùm pertinet ad cauſam materialem ſiue ſubiectiuam. Sciendum, quòd ſicut in naturali ſcientia, corpus mobile eſt ſubiectum ſub ratione abſoluta, & in libris partialibus ſub ratione contracta, vt in libro cęli & mundi, corpus mobile ad ſitum, & ſic de alijs: Sic in tota ſacra ſcriptura ſubiectum eſt ipſe Deus ſub ratione abſoluta. propter quod dicitur theologia, quaſi ſermo de Deo, & in libris partialibus ſub ratione contracta. Dicit autem Rabi Salomon. quòd omnes prophetæ non ſunt locuti niſi dies Meſſiæ: Id eſt prænuntiando tempora & myſteria Chriſti, quia Chriſtus apud nos idem ſignificat quod Meſſias apud Hebræos. Chriſtus autem eſt nomen diuini ſuppoſiti habentis diuinam naturam & humanam. Et ſecundum hoc Deus humanandus eſt ſubiectum generaliter in libris prophetalibus, & ſub ratione magis contrahente in libris ſingularibus: ſicut in libro de Anima, qui eſt pars naturalis philoſophiæ, corpus mobile animatum, eſt ſubiectum: & ſub rationibus adhuc magis contrahentibus in libris ſequentibus ad ipſum, vt corpus mobile animatum anima vegetatiua in libro de vegetabilibus & plantis. Et corpus mobile animatum reſpirans in libro de reſpiratione. De ratione verò contrahente ad hunc librum illud quod eſt generale omnibus prophetis. Videtur mihi ꝙ probabiliter poteſt dici, quòd hæc eſt ratio præſidentiæ creaturis, ita ꝙ Deus humanandus ſub ratione præſidentiæ, Vel vt præſidens creaturis eſt ſubiectum in hoc libro, ſicut plenius videbitur proſequendo. Iſta tamen præſidentia aliter conuenit et ſecundum humanam naturam & diuinam, quia ſecundum diuinam competit ſibi à principio creaturæ. ſecundum humanam verò à principio ſuæ incarnationis, autoritatiuè tamen, ſed*

Cauſa efficiens eſt duplex.

Cauſa formalis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

A ❡ men, ſed executiuè cõuenit ei à tempore ſuæ glorioſæ reſurrectionis. propter quod tunc dixit Matt. vlt. d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Sic ergò cauſa materialis vel ſubiectiua huius libri eſt Deus ſub ratione prædicta. propter quod dicitur infrà 40. a. Facta eſt ſuper me manus domini, & adduxit me illuc in viſionibus Dei. Circa cauſam finalem ſciendum, ꝙ Deus eſt principium & finis omnium. ſecundum qđ dicitur Apoca. 1. b. Ego ſum alpha α & ω, principium & finis. Et hoc loquendo de fine extrinſeco ſeu obiectiuo. Finis autẽ intrinſecus ſeu ſubiectualis naturæ duplex eſt. vnus eſt propinquus. ſ. cognitio Dei, & potiſſimè habita via ſupernaturali, cum ænigmate tamen, & vt habet dilectionem adiunctam. Et hic eſt finis propinquus huius libri, qui ſcriptus eſt ad habendum notitiam & dilectionem Dei in præſenti. De qua dicitur Sapien. 13. a. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Vanum autem dicitur illud quod non attingit finem debitum, ſicut medicina dicitur vana, quæ non inducit ſanitatem ad quam eſt ordinata. Omnes aũt homines inquantum ſunt facti ad imaginem Dei, ad beatitudinem ſuper naturalem ſunt finaliter ordinati, ad quam non poſſunt attingere finem iſta ſciẽtia, quæ eſt illius beatitudinis oſtenſiua. Ad finem enĩ totaliter incognitum nullus põt dirigere actus ſuos: ꝑꝑ quod meritò dicuntur Vani homines carentes ſcientia Dei. Alius verò finis intellectualis naturæ eſt remotus. ſ. viſio Dei clara prout habet adiunctã fruitionem perfectam. Et hic eſt finis remotus huius libri, ſicut & totius ſacræ ſcripturæ. De quo fine dicit ſaluator. Ioh. 17. a. Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ad quam vitam nos perducat, qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen. C

*Cauſa finali.*

*Finis intrinſecus eſt duplex.*

## *Introductiones in librum Ezechielis prophetæ.*

ORigenes. Non omnis captiuus propter peccatũ ſuum captiuus. Populus pro peccato traditur Nabuchodonoſor, in Babylonem ducitur: & prophetæ cum eis & viri ſancti, vt in eis captiui cõſolationem & admonitionem haberẽt, & correcti quandoque in patriam redirent: aliter enim nõ pœniterent. Excruciat Deus nocentes, ſed vt pater tormentis clementiam miſcet. In Ægyptijs quoq; hoc attende: voluit eos punire, ſed iram ſuam temperauit. Vnde Ioſeph in Aegyptum deſcendit, Pharao ſomnium vidit, & multa huiuſmodi præmiſit, vt prouiderent ſibi. Amat nos Deus etiã iratus. Sed paruuli non poſſunt cum emolumento ſcire, ꝙ amẽtur à patre. Vnde: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quam abſcondiſti timentibus te: Non amantibus. Cùm ergo audieris de populi captiuitate, crede quidem ſecundum fidem hiſtoriæ, ſed in ſignificationem rei alterius præceſſiſſe. Tu enim qui fidelis vocaris, qui in Ieruſalem cõmoraris, ſi peccaueris, Nabuchodonoſor. i. diabolo traditus in Babylonem. i. in confuſionem duceris: Si pęnitentiã egeris, mittetur tibi Eſdras. i. adiutor. ſ. verbum iuuans, qui te reducat & Ieruſalem ędificare faciat. In Adam enim oẽs moriunt, & in Chriſto omnes viuificantur. Fuit aũt Adam in Paradiſo, ſed ſerpens captiuauit eum, & de Paradiſo eiecit, & venit in locum lachrymarum. Serpens hoſtis contrarius veritati, non tamen à principio, neq; ſtatim ſupra pectus & ventrem ſuum ambulauit. Sicut Adam & Eua non ſtatim peccauerunt, ita & ſerpens aliquando non ſerpens, cùm in paradiſo deliciarum moraretur. Deus quippe mortem non fecit, neq; malitiã operatus eſt, liberum arbitrium & hoĩ & angelo ad vniuerſa permiſit. Alij ergo per arbitrij libertatẽ ad bonorum aſcenderunt ſummitatẽ, alij in malitiæ profundum corruerunt. Melius autem fuit vnumquenq; derelictum proprio arbitrio niti laborare & per bona opera eſſe ſibi cauſam ſalutis, quã dormientem & otioſum in terrena proſperitate quieſcere. Ezechiel filius hominis figura Chriſti, qui prædicat captiuis remiſſionem. Greg. Prophetiæ tẽpora tria ſunt, præteritum, præſens, & futurum. Sed in duobus prophetia ethymologiã perdit, quæ prophetia dicta ꝙ futura prędicat, cùm de pręterito vel pręſenti agit nominis ſui rationem amittit, quia ea dñr quæ pręterita vel præſentia ſunt. Prophetia de futuro. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. De pręterito. In principio creauit Deus cęlũ & terram. De pręſenti qua Paulus dicit: Si autem omnes prophetent intret, aũt quis infidelis aut idiota &c. vſq; ad hoc occulta cordis eius manifeſta fiunt: in quo notatur præſentia prophetari. Vnde animaduertitur: quia propheta dr̃, nõ quia prædicit futura, ſed quia prodit occulta. Rem quippe ſicut in futuro ab oculis noſtris ſubtrahunt tpa, ita in pñti ſubtrahit cauſa. Præſens enĩ cogitatio abſcondit in latenti corde. Aliqñ autem res per abſentem tegitur locum, quæ nudatur per ſpiritũ, & ibi eſt pręſens prophetantis animus, vbi non eſt corpus. Vnde ad Giezi Eliſeus: Nonne cor meũ erat in p̄ſenti, qñ reuerſus eſt homo in occurſum tibi? Sciẽdumquoq;, quia prophetię tpa inuicem ſibi concinunt ad probationem, vt ex futuris p̄terita, ex præteritis futura probentur. Cùm enim de præterito dixiſſet Moyſes: In principio creauit Deus Cęlũ & terram. De futuro quoq; in fine libri in perſona Iacob permiſcuit, dicens: Nõ auferetur ſceptrum de Iuda &c. Qui etiam per ſemetipſum ait: Prophetam ſuſcitabit vobis dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tanquam me ipſum audietis. Vt dum implerẽtur quæ futura prędixit, de præterito vera dixiſſe crederet. Ex præteritis quoq; futura probantur. Vnde rex Babylonis à magis & ariolis ſuis nõ ſolùm interpretationem ſomnij, ſed ẽt ipſum ſomniũ quæſiuit. ſ. vt ex præterito colligeret, quid certum de futuro teneret. Daniel autem vtrunq; dixit, & ex p̄teritis q̄ vera de futuro diceret, oſtendit. Prophetia aũt præſentis nec futuri atteſtatione indiget, nec præteriti. De modis quoq; & qualitatibus ꝓphetię diſſeramus. Spirit⁹ quippe prophetiæ nec ſemper nec eodem modo animũ prophetæ tãgit. Aliqñ ex præſenti tangit, & nõ ex futuro, aliqñ ex futuro & nõ ex p̄ſenti: aliqñ ex pręſenti & ex futuro: aliqñ ex præterito, pñti, & futuro: aliqñ ex præterito, & non ex futuro: aliqñ ex futuro, & non ex præterito: aliqñ in præſenti ex parte tangit, & ex parte non tangit: & in futuro ſimiliter, ex præſenti tangit, & non ex futuro. Vnde Iohannes venientem dñm videns, ait: Ecce agnus Dei, &c. Sed cùm moriturus eſſet, miſſis diſcipulis requiſiuit dicens: Tu es qui vẽturus es, an aliũ expectamus? In quibus verbis oſtẽdit, quia dñm veniſſe nouerat, ſed an per ſemetipſum ad aperienda inferni clauſtra deſcenderet, dubitabat. Aliqñ verò ex futuro tangit, & nõ ex præſenti. Vnde Iſaac quæ filio ſuo Iacob longè poſt futura erant nuntiauit, quis aũt eſſet, ſcire non potuit. Aliqñ ex pręſenti pariter & futuro. Vnde Iacob qui caligãtibus oculis nepotes dignoſcere nõ poterat, quis maior eſſet, quisve minor, ductis in obliquum brachijs dexteram minori, ſiniſtrã maiori impoſuit. vnde pòſt ait: Scio fili mi &c. Et iſte qdẽ erit in populo, &c. Sic ꝓphetæ Ahiæ animũ ex pñti pariter & futuro ꝓphetiæ ſpũs tetigerat cum caligantibus oculis eam q̄ ſe eſſe aliam ſimulabat, & vxorem Ieroboam eſſe cognouit, & quod futurum ei erat, aperuit dicens: Ingredere vxor Ieroboam, quare te eſſe aliam ſimulas? &c. Aliqñ aũt ex præterito & præſenti & futuro, ſicut Eliſabeth ad ſe venire Mariam cõſpiciens, ꝙ incarnatũ verbum in vtero geſtaret agnouit, eamq; dñi ſui matrem vocauit dicens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? de cuius conceptione per angelũ ad Ioſeph dr̃: Quod enĩ in ea natũ eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Quæ. ſ. Elizabeth dicit: Beata q̄ credidiſti, qñ perficient ea q̄ dicta ſunt tibi à dño. Hic apertè oſtendit, quia quæ angelus ad Mariã dixerat, per ſpiritum agnouit, & q̄ in futuro ſequerentur p̄uidit. Aliqñ ex præterito tangit, & nõ ex futuro. Vnde Paulus: Secũdũ reuelationẽ notum mihi factũ eſt ſacramentum. Qui tñ hoc ipſum euangelium prædicaturus, cùm aſcenderet Ieruſalẽ, ait: Ecce ego alligatus ſpiritu vado in Ieruſalem, quę in ea futura mihi ſunt ignorãs. Hoc. n. euangelij ſacr̃m eſt, qa vnigenitus patris incarnatus eſt, pfectus homo factus eſt, crucifixus, mortuus, & ſepultus, die tertia reſurrexit, die quadrageſima in cęlum aſcendit, & ſedet ad dexterã patris. Euãgeliũ itaq; cognouit, ſed ꝙ ꝓ eo paſſurus eſſet, ignorauit. Vñ ait: Niſi quia ſpũſſanctus per oẽs ciuitates proteſtat̃ mihi, dicens: Qm̃ vincula & tribulationes me manent. Vbi apertè oſtẽdit, ꝙ ea quæ ipſi futura eſſent vel erant, alij reuelata eſſent, nõ aũt ipſi. Vnde ait Agabus: Virũ cuius zona hæc eſt, ita alligari oportet in Ieruſalẽ. Aliqñ ex futuro tangit ſpũs & nõ præterito, ſicut ei cui de manubrio excuſſum ferrũ ceciderat inquit Eliſeus: Vbi cecidit? Et mõſtrato loco immiſit lignũ & natauit ferrum. Aliqñ vero in pñti ex parte tangit. Vnde miſſi à Cornelio milites, Petro ſunt per ſpiritum nuntiati, quia ſpũs dixit ei: Ecce tres viri q̄runt te. Ad quos deſcẽdens ait: Quę cauſa eſt, ꝑꝑ quam veniſtis? Vñ aperitur, qa cãm à ipũ non audierat. Aliqñ in futuro ex parte tangit, & ex parte nõ tangit. Sicut filij ꝓphetarũ de auferẽdo Eliã ad Eliſeũ dñt: Nunqd noſti qđ hodie tollat dñs dñm tuum à te? Quo tñ ablato in rupibus & vallibus quærẽtes eum ſe diſpergunt Sciebant enim quod tolli poſſit, ſed neſciebant quod inueniri non poſſet. Vnde idem Eliſeus dixit regi Iſrael: Percute iaculo terram. Et cum percuſſiſſet tribus vicibus & ſtetiſſet, iratus cõtra eũ, ait: Si percuſſiſſes quinquies aut ſexies ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſq; ad conſummationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam. Nouerat enim quia toties percuteret Syriã, quoties terrã: ſed non quoties percuteret terrã. Sic Samuel vngendum nouerat Dauid, ſed tamen dicebat: Audiet Saul & interficiet me. Dauid

*Gene. 39. a.*
*Ibidẽ. 41. a.*
*Pſal. 30. c.*
*1. Cor 15. c.*
*Gene. 3.*
B
*Sapien. 1. d.*
*Tria prophetię tempora.*
*Iſa. 7. c.*
*Gene. 1. a.*
*1. Cor. 14. e.*
*4. Reg. 5. g.*
*Gen. 1. a.*
*Ibid. 49. d.*
*Deut. 18. c.*
D



A me. Dauid quidem vnxit, & occiſus non eſt &c. Sciendum quoq; quod alij prophetæ ex proximo tanguntur, & nõ ex lõginquo: alij ex lõginquo, & nõ ex proximo: alij ex vtroq;. Non de longinquo, ſed de proximo Samuel tactus aſinas inuentas nũtiabat, Saulem regem prædixit futurum, quod Dauid ei ſuccedat, prædicit. Sed quod pater æterni regis futurus ſit, non prædicit. Quidam autem de longinquo & nõ de proximo tangũtur prophetiæ ſpiritu, ſicut Dauid incarnandum de Iudæa uerbum Dei nouerat, dicens: Homo factus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus: tamen multa è vicino non intellexit. ſicut ſeruum Miphiboſeth ſibi contra dominum ſuum mentiẽtem. Et Amaſæ promittens, ait: Hæc faciat mihi dñs & hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni tpe pro Ioab Quid ſequeretur ignorans. Amaſa enim nec princeps militiæ fuit, & pro Ioab vitã finiuit. Et cum templum Deo conſtruere voluit, prophetã alium conſuluit. Quidam verò & ex longinquo tanguntur & ex proximo: vt Iſaias. longè enim poſt futura prænũciat: Ecce virgo concipiet &c. Et alibi: Paruulus enim natus eſt nobis &c. Idem è vicino ſpiritu prophetiæ de Ezechia rege ait, quod de infirmitate ſua ſurgeret, & quot annis poſtea viueret. Aliquando prophetię ſpiritus prophetis deeſt, quatenus cum hunc non habent, agnoſcant ſe ex dono habere cum habent. Vnde Eliſæus cum flentem Sunamitem à pedibus ſuis per Giezi auelli prohiberet, dixit: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Sic quoq; cũ Ioſaphat eum de futuris requireret, & prophetiæ ſpiritus ei deeſſet, pſaltem fecit applicari, vt ad ſe, per laudem pſalmodię deſcenderet, & ſe de venturis repleret. Cum enim vox pſalmodiæ per intẽtionẽ cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo ad cor iter pręparatur, vt intentę menti vel prophetiæ myſteria vel cõpunctionis gratiam infundat. Vnde: Sacrificium laudis honorificabit me, &c. Et alibi: Cantate domido, pſalmum dicite nomini eius, &c. Quia autem prophetiæ ſpiritus non ſemper adeſt prophetis, vir Dei indicat qui contra Samariã miſſus, mala quæ ventura erant nuntiauit: Sed prohibitus à dño in via comedere, falſi prophetę perſuaſione deceptus eſt, quem fallax ſermo nõ decepiſſet, ſi ſpiritum pręſentem habuiſſet. Sciendum quoq; eſt ꝙ prophetæ ex magno vſu prophetandi quædam ex ſuo ſpiritu proferunt: & ſe ex ſpirituſancto proferre ſuſpicãtur. Sed quia ſancti ſunt per ſpiritum citius correcti, ab eo quę vera ſunt audiunt, & ſemetipſos qui falſa dixerunt, reprehẽdunt. Nathan enim vir ſanctus, Dauid regem apertè de culpa reprehẽdit, & quæ ei vẽtura eſſent nuntiauit, & de templo ædificando requiſitus, ait: Omne quod eſt in corde tuo vade & fac, quia dñs tecũ eſt. Sed poſtea audiuit à dño: vade, loquere ad ſernũ meum Dauid: Hęc dicit dñs Deus: Nunquid tu ædificabis mihi domum &c. Inter prophetas veros & falſos hæc eſt differẽtia. Veri ſi aliquando per ſpiritum ſuum dicunt, per ſpiritumſanctum eruditi, ab auditorũ mentibus citius euellunt. Falſi in ſua falſitate perdurant. Notãdum autẽ, quomodo dñs ad profectum hominum irę ſuæ moderamina diſpenſat. Iſraeliticus populus conditori ſuo deliquerat, ideo in captiuitate regi Babylonio ſeruiebat, cum quo Ezechiel propheta in captiuitatem mittitur, quem diuina gratia ita ſibi placabilem reddidit, vt per eum vẽtura prædiceret, & afflictis cõſolationem daret. Conſideremus ergo ſi poſſumus, quanta eſt diſpẽſatio ſupernę pietatis. Sic iratus eſt dominus populo ſuo vt non omnino iraſceretur: ideo in captiuitatem populum tradidit, ſed quia non omnino, electos ſuos cum illo miſit, vt ex vna eademq; re, & carnalibus daret purgationis flagellum, & ſpiritualibus virtutis incrementum. & ſic iniuſtis iraſceretur, vt per os iuſtorũ conſortiũ conſolaretur, ne ſi omnino deſereret, nullus poſt culpã ad veniã rediret. Sic quoq; populo cui ꝑꝑ deſperationẽm iratus fuerat per Moyſen dicit: Nolite aſcendere neq; pugnetis, non enĩ ſum vobiſcum, ne cadatis corã inimicis veſtris. O ineffabilia diuinę pietatis viſcera, cũ eis non erat vt vincerent: & cum eis erat ne perirent: Sic paruulo delinquenti irata mater, ſi in præceps ire reſpexerit, accurrit, manum tendit, irę oblita, pietate plena. Greg. Viſus prophetice locutionis eſt, vt prius perſonã, tempus locumq; deſcribat, vt ad veritatẽ ſolidius oſtẽdendam ante radicem hiſtoriæ figat, & poſt fructus ſpiritus per ſigna & allegoriam proferat. Hoc facit Ezechiel, dicẽs: Et factum eſt in anno tri. Sciẽdum autem, ꝙ viſioni intimæ verba quæ protulit copulauit, ſic incipiens: Et factum eſt. ſubiungit enim quod exterius loqui inchoat, acſi illud foris ſit, quod intus videbat. Idem. In triceſimo anno: quia ſermo doctrinæ non ſuppetit niſi in ętate perfecta. Vnde & ſaluator in duodecimo anno in templo interrogat, non docet, vt non præſumãt homines infirma ætate prædicare. Diſcit in terra qui ſemꝑ angelos docet in cęlo. Vnde Moyſes: Nõ arabis in primogenito bouis. i. in bona operatione primæ ætatis nõ præſumas officium prædicationis, nec vomere nouellæ linguæ proſcindere terrã alieni cordis. Ieremias tamen & Daniel prophetiæ ſpiritum pueri acceperunt: ſed miracula ad exemplũ operationis trahenda nõ ſunt. Aliud enim eſt quod doctrinę vſu & diſciplina diſcimus, aliud eſt quod de miraculo ſcimus. Idem: Iuxta fluuiũ Chobar &c. Ezechiel i. fortitudo Dei. ſ. filius, qui virtus & ſapiẽtia Dei. Et filius Buzi i. de populo Iudęorum pro peccato contempto, natus venit iuxta fluuium Chobar Incarnatus enim peccatoribus propinquare dignatus eſt, qui iniquitate grauati ad cęleſtia non poterãt ſubleuari. Chobar namq; graue interpretatur. Genus verò humanũ & graue eſt per iniquitatem, & fluit per mutabilitatem. In terra Chaldeorũ qui captiuãtes, vel quaſi dęmones: peccatores aũt quaſi dęmones, & ſe & alios captiuãt, cum natura hoĩes & rationabiles eſſe debeant. Hier. Ezechielis difficultatem Hebræorũ monſtrat traditio. Niſi enĩ quis apud eos ſacerdotalis miniſterij ętatẽ. i. triginta annos impleuerit, nec principia Geneſeos, nec Cantica canticorum, nec exordium Ezechielis vel finem legere permittitur, vt ad plenam ſcientiam & myſticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat.

C
*Differentia inter veros & falſos prophetas.*
*Prædicationis miniſterium à qualibus et quã do ſubeundum eſt.*
*Deu. 22. b.*
B
D
*Hebræorum traditio, quibus & quæ legere congruat.*

GLOS. ORDINARIA. CAP. I.

ET factum eſt &c. Hier. In triceſimo anno non ętatis prophetę vt putant, nec iubilei, qui eſt annus remiſſionis, ſed à duodeuigeſimo anno Ioſię regis Iuda, quando inuẽtus eſt liber Deuteronomij in templo vſquead quintum captiuitatis annum Ioachin cognomento Iechoniæ, qui cum matre ductus eſt in Babylonem, & cũ Daniele & tribus pueris & Ezechiel, quæ eſt tribus Iudæ prima captiuitas, quãdo ſtillauit ira Dei ſuper Ieruſalem. Allegoricè Dominus in triceſimo anno ætatis ſuæ ad baptiſmum peruenit, in quarto mẽſe, id eſt ianuario, ſcilicet anni principio ſecundum Romanos. Hebræi verò niſam. i. aprilem mẽſem nouorum primũ faciunt, in quo paſcha celebrãt. Gręci martiũ. Apud orientales enĩ poſt collectiones frugum & torcularia, quãdo decimæ offerebantur in templo, october erat primus, ianuarius quartus. Quintam diem menſis addit, vt ſignificet baptiſmum in quo aperti ſunt Chriſto cęli: & Epiphaniorum dies ex hoc venerabilis eſt, non vt quidã putant, natalis in carne, tunc enĩ abſconditus eſt, nunc apparuit. Quod huic tẽpori congruit, quod dictũ eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Hier. Figurantur Chriſtus, qui triceſimo anno natus venit ad batiſmũ, quæ in homine perfecta ętas eſt. Vnde in libro Numeri ſ̃m Hebręos, non

## *Incipit Ezechiel propheta.*

CAP. I.

a ET factum eſt in trice- [a] ſimo anno in quarto, [a] in [b] quinta

❡Tempus.

a ❡Subaudi menſe pendente ſententia quod. LXX. addidere, vt manifeſtius fieret.

b ❡Subaudis die.

## *Incipit poſtilla fratris Nicolai de Lyra ſuper Ezechielem.*

CAP I.

ET factum eſt. *Hic cõſequenter accedendũ eſt ad formã tractatus, quæ eſt diuiſio libri: qui in duas partes diuidit̃. ſ. in ꝓemiũ & tractatũ, qui incipit ibi: Et vidi. In proęmio verò primò ponitur tp̃s reuelationis factæ Ezechieli prophetæ, cũ dr̃: Et factũ eſt. ſ. ætatis Ezechielis, vt dicit Hier. in ꝓlogo. Hoc enĩ tp̃s eſt cõueniens regimini & p̄dicationi. vnde & Ioſeph in triceſimo ſuo anno factus eſt prępoſitus Aegypti, Gene. 41. Et Chriſtus baptizatus, Lu. 3. Et extũc Chriſtus cępit p̄dicare in publico. Sed contra hoc vr̃ quædam gloſſa ſuper locum iſtum, quæ dicit ſic: In anno triceſimo non ætatis &c. Ad quod dicendũ, ꝙ illa gl. dicit̃ eſſe Hier. & ideo non eſt abſolutè intelligenda, aliter cõtradiceret ſibi, quia dicit contrariũ in prologo, vt allegatum eſt. Et ideo intelligenda eſt cum iſta ſuppletione: In triceſimo anno non ætatis, ſupple tãtumodo: ſed cũ hoc in triceſimo anno alterius enumerationis. Quæ aũt ſit illa Hier. ꝓſequit̃ in illa glo. dicens: ꝙ incipit à decimooctauo anno Ioſiæ*

*Diuiſio.*

MORALITER.

✻ a *Et factum eſt in an.* In iſta prima uiſione Ezechielis ſecundũ ſenſum literalem per quatuor facies animalium ſignantur quatuor regna, quę ſucceſſiuè populũ Iudaicũ afflixerunt. ſ. Babyloniorum, ✻ Perſarum,

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E non ſecundum LXX, à viceſimo quinto anno ætatis, ſed à triceſimo incipiunt ſacerdotes in tabernaculo miniſtrare.
Num.4. In cuius ſignum præceſſit Ioſeph in Aegypto, eſurienti po-
Gen.41.f. pulo frumenta largiturus eſt. Et Iordanis baptiſmum pęni
Matt.3.a. tentiæ prædicauit.

a *Iuxta fluuium Chobar.* Hier. Chobar. proprium nomen fluminis. Vel quia graue, interpretaт̃ Tigrim vel Euphratem: & omnia magna & grauiſſima flumina quæ in terra Chaldæorũ eſſe perhibentur, ſignificatur.

b *Aperti ſunt c.* Hier. Nõ diuiſione firmamenti, ſed fide credentis, cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia, ſicut in baptiſmo ſaluatoris, cũ ſpiritusſanctus in ſpecie columbę deſcendit. († i. aer,)

c *Tranſmigrationis.* Hiero. Non captiuitatis, quia ſponte ſe tradẽs ductus eſt in Babylonem: igitur Ioachin, id eſt Iechoniæ dicitur prima tranſmigratio: Sedeciæ verò ſecunda vel extrema captiuitas.

d *Factum eſt verbum domini.* Greg. Notandum, ꝙ Ezechiel modo ipſe de ſe, modo quaſi alius de ſe loquitur. Loquitur enim per eum ſpiritus, qui pręſidet quaſi alius loquit: ipſe quaſi pro ſe qui præſidẽti paret. Vnde in Moy-
Num.12.a. ſe: Erat.n Moyſes mitiſſimus ſup oẽs hoĩes. hinc Iohannes ait: Vidit illũ di-
Iohan.19.e. ſcipulũ quẽ diligebat Ieſus. Et Paul⁹:
2.Cor.13.a. An experimentũ q̃ritis eius qui in me
† ꝑphetia loquit Chriſtus? Rectè ergo quaſi de alio ait: Facta eſt ſuper eũ ibi ma.do. & de ſe & Iuda: Et ecce ventus tur.

e *Buzi.* Hier. i. ſpretus atq; cõtemptus, pater quoq; Chriſti ab oĩbus contemnit hæreticis, q vetus non ſuſcipiũt teſtm̃.

f *Chobar.* Hiero. Danieli quoq;, qui & ipſe in Babylone erat iuxta fluuiũ futurorum ſacramenta pandũtur ſuper aquas: imò in aquis puriſſimis, vt baptiſmi potentia mõſtraretur.
F Paulus quoq; cùm ab Anania in domino lotus eſt, tegenti-
Actu.9.c. bus prius oculos ſquamis, caruit cęcitate. In Gene. quoque
Gen.1.b. quæ prima viuerent, de aquis egreſſa ſunt.

g *Magnus.* Hier. i. fortitudo in qua Iſrael eductus eſt de Ægy
Exo.8.e. pto, cuius partẽ intelligunt magi Pharaonis, dicentes: Digi
Luc.11.c. tus Dei eſt. Vnde: Si ego in di. Dei eij. Pro quo in alio euan-
Matt.12.c. gelio: Si ego in ſpiritu Dei eijcio dæmonia.

h *Et vidi.* Hiero. In conſolationem tranſmigrati populi reuelationẽ ſnĩæ Dei ꝓphetauit, & hãc viſionẽ, & tẽpli dedicationẽ, in quorũ expõne oẽs Iudæi vniti ſunt, ſupra oẽm hoĩem eẽ dicẽtes, nos magis ſuſpicari q̃ explanare poſſum⁹.

a *Et ecce*

¶Locus.
mensis, cùm eſſem in medio ca-
a ¶Vnde: Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. ¶Tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.
ptiuorum iuxta † fluuium Cho-
a ¶Secundum Origenem oculis carnis. b ¶Non modo vnam. vnde: Ego viſiones multiplicabo, quas. ſ. Ezechiel contexit.
bar, aperti † ſunt cęli, & uidi ui-
¶Hoc quoq; ad tempus.
ſiones Dei. In quinta menſis, ipſe
¶Non captiuitatis.
eſt annus quintus tranſmigra-
tionis Ioachin regis Iuda, fa-
¶Perſona. a ¶Id eſt roboratus a Deo, Chriſtus quoque Dei virtus.
ctum eſt verbum domini ad Eze
chielem filium Buzi ſacerdotem
a ¶Captiuantium. ſ. ¶In ſimilitudinem hominum factus.
in terra Chaldæorum, ſecus flu-
a ¶Per carnem, iam Deum hominem cognoſcit propheta. ¶Aliter non intelliguntur viſiones.
men Chobar. Et facta eſt ſu-
a ¶Filius per quem omnia facta ſunt.
per eum ibi † manus dñi. Et vidi

b Aperti ſunt cęli. *Non ſecundum exiſtentiam, ſed ſecundum apparentiam, prout in coruſcationibus videntur aperiri.* G

c Et vidi. *Viſione imaginaria & intellectuali.*

d Viſiones de. *i. à Deo mihi factae, & diuina ſecreta ſignificãtes. Tertiò in hoc prologo notificatur autor miniſterialis huius libri. Et primò ex nomine cum dicitur:*

e Factum eſt verbum domini ad Ezechielem. *Secundò, ex genere, cùm dicitur:*

f Filium Buzi ſacer. *Ex quo patet q̃d Ezechiel fuit de tribu ſacerdotali. & ꝑ cõſequẽs de regia, quia iſtæ duæ tribus erant commiſtę. Fuit etiam pater eius propheta ſecundum regulam Hebręorum, videlicet, ꝙ quãdo in principio libri alicuius prophetæ exprimitur nomen patris ſui, datur intelligi, quod fuit propheta, ſicut & filius quamuis non habeat ꝑphetia eius, ſicut nec aliorum multorum.*

g Et facta eſt ſu. *Eleuans mentẽ eius ad cognitionem ſecretorum Dei.*

h Et vi. *Hic conſequenter ponitur tractatus: Et quia liber iſte eſt de Deo creaturis ꝓſidẽte, vt ſupra dictũ eſt. Ideo diuiditur in duas: quia primò ponitur huius præſidẽtiæ ſupereminẽs modus. Secundo multiplex eius affectus, c. 2. & ſequentibus. propter quod dicũt aliqui expoſitores, quod primum caput virtualiter continet ſentẽtiam ſequentium: prout effectus in cauſa efficiente virtualiter continẽtur. In hoc autem capite deſcribitur quędam imaginaria viſio ad ſignificandum diuinæ præſidẽtiæ modum, cuius ſignificationẽ Ezechiel intellexit, aliter non fuiſſet propheta, ſecundum quod dicitur Dan. 10. a. Intelligẽtia opus eſt in viſione: vt diffuſius pertractaui in principio libri Pſalmorũ. Igitur primò exponetur litera huius capitis applicando eã ad apprehenſionẽ imaginariæ viſionis, poſtea dicetur quid per illam viſionem imaginariam intelligatur. Hæc autẽ viſio imaginaria habet tres partes. Prima continet animalia apparentia. Secunda rotas apparentes iuxta ea quæ incipit ibi: Cumq; aſpicerẽ. Tertia firmamentum apparens ſuper capita animalium: & deſuper effigiem hominis ſedentis ſuper thronũ, quæ incipit ibi: Et ſimilitudo ſuper caput animalium. Ad intellectũ verò primæ partis q̃ ſatis traditur* H *inuolutè, conſiderandum, ꝙ propheta videbat imaginariè nubem magnam ab aquilone venientem igne inuolutam, eo modo quo apparet in coruſcatione. Et per aperturam illius nubis videbat quatuor animalia in omnibus ſimilia. licet aliqui dicant, ꝙ apparebat tantum vnum animal habens quatuor facies, ſed litera magis videtur concordare, ꝙ eſſent quatuor animalia, ſicut apparebit infra. 10. a. Et ſic erant ibi ſedecim facies. Et idem dicit Ra. Sa. quantum ad numerum facierum. tamẽ aliter exponit diſpoſitionem earũ. Et quia illa quatuor animalia ab omnibus ponuntur ſimilia in omnibus, habita deſcriptione vnius, habetur deſcriptio omnium. Dicunt ergo doctores noſtri, ꝙ corpus animalis erat erectum ſuper pedes & in ſuperiori parte quadratum. vel ſecundũ alios rotundum: non tamen quãtum ad hoc eſt magna differentia, quia ſecundum vtroſq; facies diſponebantur ſecundum quatuor partes oppoſitas,*

*ita quòd*

## NICOLAVS DE LYRA.

*no Ioſiæ regis. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ Iudæi aliquando in libris & chartis numerabant annos à iubileo immediatè præcedente. & ſic non accipitur hic ſecundum Hiero. aliquando verò numerabant ab aliquo facto notabili emergenti. ſicut à fundatione templi per Salomonem & à tranſmigratione Ioachin, vt habetur in hoc proemio, ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis Ioachin. Anno autẽ Ioſiæ decimooctauo repertus fuit liber Deuteronomij in tẽplo, vt habetur. 4. Reg. 22. in quo cõtinentur maledictiones terribiles ventura ſuper legis tranſgreſſores, & maximè per idololatriam. Quibus auditis Ioſias ſciens tranſgreſſiones prędeceſſorum ſuorum, ſcidit veſtimenta ſua præ horrore mali ſuper populũ venturi, & quæſiuit conſilium ad placandum iram Dei: & ideo ab iſto facto notabili cęperunt anni prædicto modo numerari: à quo vſque ad quintum annum tranſmigrationis Ioachin in, quo facta eſt reuelatio Ezechieli, vt in hoc prologo dicitur, fluxerunt anni triginta, quod ſic patet. Ioſias regnauit annis trigintaunum. 4. Reg. 22. & ſic de regno eius poſt inuentionem libri prædicti remanent tredecim anni. Itẽ vndecim de regno Ioachin filij eius. 4. Reg. 23. Item ſex mẽſes in quibus regnauerunt Ioachaz & Ioachin. 4. Reg. 23. & 24. qui ſex menſes cum parte decimioctaui anni Ioſiæ remanente poſt inuentionem libri pro vno anno computantur. Item quinq; de tranſmigratione Ioachin, qui ſimul iuncti faciunt annos triginta. & ſic idem annus fuit triceſimus ætatis Ezechielis & inuentionis libri Deuteronomij, & quintus tranſmigrationis Ioachin. Secundò notatur locus cum dicitur:*

a Cum eſſem in me. cap. iuxta fluuium Cho. *Et hic fluuius eſt in terra Chaldæorũ, vt poſtea ſubditur. Ezechiel enim cum Ioachin trãſmigrauerat. Dicunt autem hic aliqui, ꝙ Chobar eſt nomen appellatiuũ, vt ſit ſenſus: Iuxta flu. Chobar. Id eſt iuxta fluuium grauem ex magnitudine aquæ & eius impetu. Sed hoc dictum procedit ex ignorantia idiomatis Hebræi. Si enim hoc eſſet verum, ſcriberetur per literam Daleth in fine ſic, Chobad. nunc autem in Hebræo ſcribitur per literam Res in fine. & ideo dicendum quòd eſt nomen proprium tantum.*

b Aperti

## MORALITER.

Perſarum, Græcorum, & Romanorũ. Secundum verò ſenſum myſticum per populum Iudaicum, Chriſtianus populus figuratur, ſicut dicitur. 1. Cor. 10. c. Omnia in figura contingebant illis. propter quod & nomen Iudaicum ſecundum rem tranſlatum eſt ad populum Chriſtianum, ſicut dicitur, Ro. 2. d. Non enim qui in manifeſto Iudæus, neq; quæ in manifeſto in carne eſt circuncißio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circuncißio cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus eſt non ex hoĩbus, ſed ex Deo. Et ideo ꝑ quatuor regna prædicta & quatuor facies myſticè ſignanт̃ quatuor hoĩnum genera, q̃ ſucceſſiuè populũ catholicũ afflixerũt. Primi fuerũt principes Iudæorum, vt patet Act. 8. & 9. & in pluribus alijs locis. Et ſignantur per faciẽ hoĩnis, eò ꝙ habuerunt notitiam diuinæ legis, licet in eis obſcurata fuerit ꝑ rebellionẽ ad Chriſtũ: ſicut dr̃, Ro. 11. c. Cęcitas ex parte contigit in Iſrael. Scđi fuerũt imperatores Romani qui crudeliter & longo tempore perſecuti ſunt fidẽ Chriſti, vt patet ex martyrũ geſtis, & ſignanт̃ ꝑ faciem aquile, eò ꝙ aquila ſignũ eſt Imperij Romani. Tertij fuerũt hæretici. & ſignanт̃ per faciẽ bouis, eo ꝙ bos eſt aĩal laborioſum. ipſi vero laborẽ pęnitentię prætẽdentes in multis locis deceperũt ſimplices Chriſtianos. Quarti vero ſunt Sarraceni, & maximè à tpe Saladini, qui fuit animoſus & in rebus bellicis peruigil et ſtrenuus, pp quod ſignificaт̃ per faciẽ leonis. Per alas aũt animaliũ ꝑ quas eleuabanт̃ in altũ, ſignaт̃ ſuperbia prædictorum. Per pedes autem eorum affectiones ad nocendum. Per manus vero opera mala, eo quod manus eſt organum organorum, vt dicitur. 3. de Anima. Per rotas ſequentes animalia, ſignantur eorum miniſtri in malitia exercenda. Per hoc autem ꝙ animalia et rotæ per quatuor partes ibant, ſignificatur perſecutio Chriſtianorum à prædictis per quatuor orbis partes, et maximè ab imperatoribus Romanis, qui dominabantur in eis.



A a *Et ecce ventus turbinis.* Verbum Hebræum רוח rucha pro qualitate locorum, vel ſpiritũ ſignificat, vt: emitte ſpũm tu. & cre. &c. Vel animam. vnde: Egredietur ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam. Vel ſicut ibi: In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Qui ventum & flatum tempeſtatis hic intelligũt, dicũt irã & furorem Dei venire à Babylone. i. à Nabuchodonoſor. & Ieruſalẽ poſt ſex annos viſionis huius eſſe capiendã. Cernit enim hæc viſio quinto anno tranſmigrationis Ioacim regis Iuda, q & Sedecię regnãti in Ieruſalẽ quint⁹ erat: q poſt ſex annos. i. in vndecimo anno imperij ſui vrbe capta, in Babylonẽ duct⁹ eſt. His ergo qui habitabãt iuxta fluuium Chobar, & ſpõte ſe tradiderãt, reuelaт̃ ꝙ bene fecerunt ſnĩæ Dei obediẽtes. In breui enĩ & Iudęa prouincia & Ieruſalem eſt capiẽda. Nubes magna quę ſup Iudęam imbres pluuiaſque deportat, & ignis inuoluẽs monſtrat futura ſupplicia & captiuitatis mala, ſplẽdor in circumitu aperta Dei iudicia. Et ecce vẽtus tur. Greg. Ventus turbinis, tẽtatio mentis quę Iudaicũ populũ vndiq; cõcuſſit, venit ab aquilone q dicit: Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis. Montem enĩ teſtamenti tenuit, cũ populus qui legem acceperat, ſibi ſubiugauit, & doctorũ corda quaſi montẽ teſtĩ & nubes magna. quãtò enim cõtra dñm exarſit, tãtò excęcari meruit. Quẽ enĩ in lege & ꝓphetis expectabãt, vidẽtes præſentem negabãt, Et ignis, ꝑ ignẽ aliqñ ſpiritusſanctus, aliqñ malitia deſignaт̃. Vnde: Ignẽ veni mittere in terram. De malo dr̃: Et nunc ignis aduerſarios conſumit. Iudæa verò malitiæ ſuæ igne ſeipſam implicauit. Hæc oĩa ab aquilone, q̃a torporis ſui frigore ad ignorãtiæ caliginẽ perducta vſq ad malitiã perſecutionis erupit. Vnde: Ollam ſuccenſam ego video: & faciem eius à facie aqui
B lonis. Hic aũt ignis alibi arſit, alibi ſplenduit. vnde: Splẽdor ignis in cir. e. Dum perſecutio in Iudæa agiт̃, Apoſtolorũ ꝓdicatio ſpargiт̃ in mũdo. ſm illud: Quia vos indignos iudicaſtis, ecce cõuertimur ad gentes. De crudelitate ergo malitiæ q̃ Iudęæ mẽtem cremauit, omnipotens Deus lumẽ gẽtibus ſparſit. Ignis qui Apoſtolos ſparſit, in ipſo humani generis redemptore prius ſe exercuit. Vnde ſequitur:

b *Et de me. ei. q. ſp. electri.* Electri ſpẽs Chriſtus, mediator Dei & hoĩum ſignaт̃: quia electrũ ex auro eſt & argẽto. Dũ aũt miſceт̃ argentũ, creſcit in claritatẽ: aurũ a fulgore ſuo palleſcit: Sic dum humanitas in maieſtatis gloriam excreuit, diuinitas à proprij fulgoris potentia ſe humanis oculis tẽperauit. Ita in Chriſto, quaſi dũ palleſcit aurũ, fulget argentũ.

a ¶Nabuchodonoſor. b ¶Tempeſtatis.
& ecce ventus turbinis veniebat
a ¶Ex quo exardeſcit malum ſuper terram. b ¶Chriſtus. Et quia prophetæ nubes, ſed iſta maior.
ab aquilone, & nubes magna, &
a ¶Deus noſter ignis eſt. b ¶Nubem vel vtrunq; ventus inuoluens. c ¶Bonus.
ignis inuolués, & ſplẽdor in cir-
a ¶Alias eorum. b ¶Scilicet venti & ignis ſimilitudo electri, quod eſt compoſitum ex auro & argento. c ¶Alias eorum.
cumitu ei⁹. Et de medio ei⁹ qua
a ¶Q. Non venti vel ſpiritus. b ¶Gregorius. Ignis eſt qui credentibus lumen, incredulis ſupplicium.
ſi ſpecies electri, id eſt de medio
a ¶Non natura.
ignis. Et in medio eorũ ſimili-
a ¶Poſt quadriformia. b ¶Euangeliſtarum.
tudo quatuor animaliũ, & hic
a ¶Chriſti.
aſpectus eorũ: ſimilitudo homi
a ¶Notitia fidei qua cognoſcuntur a Deo.
nis in eis. Et quatuor facies vni,
a ¶Quia ad diuinitatem Chriſti omnes ſimul penna contemplationis oculos leuant. b ¶Greſſus actuum. ¶Greg. Quia ſine operibus fides & contemplatio non valent.
& qutuor pénę vni. Et pedes eo
a ¶Non ad praua diſtorti.
rũ pedes recti, & plãta pedis eorũ

Electũ ergo in igne, Deus homo in pſecutione. In medio C eius electri. ſ. vel ignis. quatuor enĩ aĩalia. i. euangeliſtæ dñi incarnatione ad finẽ ſolidati ſunt, & igne perſecutionis afflicti. Et ecce ventus turbinis. Hier. LXX, Spũs auferẽs ſiue attollẽs. Symmachus & Theodotio. Flatus & ſpũs tẽpeſtatis. Quidam ſpiritum auferentem ſiue attollentem, ſpiritumſanctum intelligunt qui ab hominibus vitia auferat, iacentes attollat, & ab aquilone vento frigidiſſimo à quo exardeſcũt mala ſup terrã recedere faciat: à cuius facie in
Ierem.1.c. Ieremia olla terribilis accẽdit: Nubem, Chriſti perſonam, q̃ venit in Aegyptũ hui⁹ ſeculi ſup nubẽ leuẽ. Quæ magna propriè, ad cõparationẽ minorũ. ſ. prophetarũ, apoſtolorũ, ſanctorũ oĩum, de quibus: Veritas tua vſq; ad nubes. Et:
Pſal.35.b. Mandabo nubibus meis, ne pluãt ſup
Iſaiæ.5.b. Iſrael imbrẽ. Et alibi: Nubes puluis pe-
Nau.1.a. dum eius. Et: Nubes & caligo in circũ-
Pſal.96.a. itu eius. Ignẽ micantẽ & ſplendorẽ in
Deut.4.d. circũitu eius. Iuxta illud: Deus noſter
Luc.12.f. ignis cõſumẽs eſt. Vnde: Ignẽ veni mittere in terrã, & q̃d volo niſi vt ardeat? Qui cùm terrorẽ peccatoribus inferat atq; ſupplicia, ſplẽdore tñ rutilet, & lumine & fulgore plenus ſit: adeo nos excoquens vt puris atq; purgatis tribuat lętiora. Et de medio. Hiero. In medio ignis & tormentorum electri ſimilitudo quod eſt auro vilius, & argẽto pretioſius, vt inter tormenta quæ patientibus videntur eſſe triſtia & dura, pretioſior electri fulgor appareat, dum prouidentia Dei omnia gubernantur, quæ putatur pena, medicina eſt.

c *Similitudo hominis in eis.* Sãcta enim hęc animalia nõ eſſent, niſi Chriſti ſimilitudinẽ habuiſſent. Vnde Apoſtolus: Imi-
Philip.3.d. tatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Hieroni. Vt omnia
Gene.1.c. in mundo rationabilia demonſtrẽtur. Vnde: Faciamus ho-
D minem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Imago au
Col.1.b. tem & ſimilitudo Dei non eſt corporis forma, ſed mentis ad ſimilitudinem veræ imaginis Chriſti, qui eſt imago Dei inuiſibilis. Rationabiles quoq; creaturæ in quatuor verſantur locis, ſiue propter quatuor cardines mundi, quibus orbis includitur, ſiue propter quatuor loca cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & ſupercęleſtium: quorum Apoſto-
Philip.2.b. lus tria ponit, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cęle-
Pſal.149.a. ſtium, terreſtrium & infernorum. Et Dauid: Aquæ quæ ſu-
1.Cor.15.e. per cęlos ſunt, laudent nomen domini. Et Apoſtolus: Alia cęleſtia, alia ſupercęleſtia.

d *Quatuor facies vni.* Grego. Quod Matthæus enim de incarnatione dñi ſentit, hoc idem Marcus, Lucas, Iohannes. Sic de oĩbus. Hoc ergo totum in vno, quod ſimul in quatuor.

a *In qua-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*tia ꝙ facies hominis erat in parte animalis oppoſita directè aſpectui prophetæ. Et dicitur pars anterior, in parte verò oppoſita ſeu poſteriori facies aquilæ, & in alijs duabus partibus ſibi oppoſitis facies leonis & facies bouis: ita ꝙ facies leonis erat in dextera parte reſpectu faciei hominis, & facies bouis in ſiniſtra. Ra. Sa. aliter exponit dicens ꝙ quatuor facies vnius animalis apparebant in directo aſpectu prophetæ, ita quòd facies leonis erat prima: hominis ſecunda: bouis, tertia: aquilæ, quarta. Et ita intelligendum in alijs tribus partibus quadrati. Et in quolibet animali erant ſimiliter quatuor alæ, quarum erant duæ demiſſæ ad corpus tegendum, & duæ ſuperius erectæ ad volãdum. Et per extentionem alarum erant iſta animalia adinuicem iuncta ſicut homines in choreis, & in quolibet erant quatuor manus ſimiles manibus hominis, & ſimiliter quatuor pedes, quorum tibiæ tales erant quòd flexura genu æqualiter flectebatur ad quatuor partes oppoſitas: & ſimiliter planta pedis æqualiter applicabilis procedẽdo ad quatuor partes oppoſitas. Et ſic illa animalia progredi poterant ad quatuor partes oppoſitas abſque corporis conuerſione, ſicut ſi homo haberet oculos in poſteriori parte capitis ſicut in anteriori, & ſimiliter ſuper vtranque aurem, & genua æqualiter flexibilia ad partes quatuor, & plantas æqualiter applicabiles ad dictas partes, poſſet ambulare ad quatuor partes oppoſitas ſine corporis conuerſione. Sciendum etiam, quòd cuilibet faciei correſpondebat vnus pes in parte inferiori in recta linea ſub facie. Alæ verò ſic erant ſituatæ, ꝙ vna erat inter duas facies & econuerſo. ſ. vna facies inter duas alas. Et huic ſententiæ poteſt de facili litera applicari, cum dicitur: Et vidi. Imaginaria viſione & intellectuali.*

a Et ecce uentus turbi. *Qui facit reuolutiones in aere.*

b Veniebat ab aquilo. *Secundum ſitum Ieruſalem.*

c Et nubes magna. *Extenſiuè & intenſiuè.*

d Et ignis inuoluens. *Sicut apparet in coruſcationibus magnis.*

e Et ſplendor in circumi. ei. *Sicut coruſcationes emittunt ſplendorem.*

f Et de medio eius quaſi ſpec. *Id eſt ſimilitudo.*

g Electri. *Eſt autem electrum clarius relucens auro & argento. De medio enim ignis videbatur egredi talis refulgentia ſiue color. in Hebræo habetur: Quaſi ſpecies* חשמל *chaſmal. Et dicit hic Ra. Sa. quòd ipſe neſcit propriè quid ſignificet chaſmal. Et ideo neſcio quare Hieron. tranſtulit electrum. non enim multum videtur probabile, quòd melius intellexerit Hebraicum quam doctor ille.* (Electri)

h Et in me. eo. ſimi. qua. ani. *q. d. non erant animalia ſecundum veritatem, ſed ſecundum apparentiam.*

i Similitud. ho. *Iſta facies primò ponitur, quia erat in directo aſpectu prophetæ, non autem aliæ tres ſecundum imaginationem Latinorum. ſecundum Hebræos vero omnes quatuor erant in directo aſpectu. facies tamen hominis exprimitur primo, quia eſt facies animalis notabilioris ſcilicet rationalis. in eadem tamen linea facies leonis erat prima, hominis ſecunda, bouis tertia, aquilæ quarta.*

k Et q. fa. uni. *ſcilicet animali modo prædicto.*

l Et pedes eo. pe. rect. *Id eſt non habentes aliquam extẽſionem extra tibiam, vt ſic eſſent æqualiter applicabiles ad omnem partem.*

m Et planta pedis eorum quaſi planta pedis ui. *Planta autem vituli licet habeat extentionem vltra tibiam in parte anteriori, tamen illa eſt modica. Et propter hoc dicitur hic, quaſi, quia nõ erat in toto ſimilis, quia plãta animalium hic deſcriptorum nullam habebat extẽſionem ad aliquam partem. & propter hoc Hebræi dicunt, ꝙ hæc eſt litera: Et planta pedis eorum quaſi planta pedis rotundi, ſicut & tibia. Et ratio huius diuerſitatis eſt, quia dictio Hebraica quæ ponitur hic. ſ. egel עגל æquiuoca eſt a*

c Et nubes

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

quaſi plānta pedis vitūli, et ſcintil-
a ¶Grego. Quod eſt valde ſonorum, & & in omnem terrā exiuit ſonus eorum. b ¶Quia prædicatores ardent deſiderio, ſonant verbo.
læ quaſi aſpectus æris †candentis. Et
a ¶Actiua vita. ¶Virtus operis ſub volatu contemplationis. b ¶Contemplatiua.
manus hominis ſub pennis eorum
a ¶Grego. Iuſtitia, temperantia, fortitudo, prudentia. ¶Alias partes.
in quatuor partibus, & facies & pennas per quatuor partes habebant:
a ¶Grego. Quia prædicatorum virtus & ſapientia charitatis & concordiæ pace ſociantur.
iunctæq; erant pennæ eorum alterius ad alterum. †Non reuertebātur
a ¶Ad terrena animalia ſcilicet. vnde: Nemo mittens manum ad ara.
a ¶Mentis via. ¶Grego. ad cæleſtia. ¶Ante nos ſunt æterna, poſt nos temporalia. Vnde: Quę retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ ante me ſunt ex.
cùm incederent, ſed vnumquodq;
†ante faciem ſuam gradiebatur. Si-
a ¶Primi vel principalis.
militudo autem vultus eorum fa-
¶Matth. ſcilicet qui ait: Liber generationis Ieſu Chriſti.
cies hominis & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem

a ¶Fortitudo ſcilicet in eis eſt atq; diſcretio: per boues enim prædicatores. Vnde: Non alligabis os bouis triturantis. b ¶Greg. Quia maturè incedunt forteſque & diſcreti ſunt, quod in pede fiſſo ſignatur.
c ¶Gregori. Verba flammantia quæ ad audientes prodeunt, & accedunt & ſubtilia & tenuia, quia plus ardent deſiderio quam proferant verbo.

E a *In quatuor partibus*. Hier. Quia prędicatio in orientem, occidētem, meridiē, ſeptētrionem egreſſa eſt. Quia in oībus mūdi partibus, quid de humanitate, quid de diuinitate dn̄i ſentiant, monſtrant: dumq; eum vnum eſſe cum patre & ſpiritu ſancto annuntiant, vbiq; penna contemplationis volāt.

b *Iunctæq; erant*. Hier. Iūcta ſunt ſibi euāgelia, & in toto orbe volātia huc illucq; diſcurrūt, nec ſeparā tur nec recedūt: ſed ſemper in anteriora p̄cedūt. hoc idē de virtutibus animi, & de volatu tēporum dicere poſſumus, & elemētorum commiſtione, quę pręterita relinquunt, ad priora feſtinant. Quod tempora labantur, hoc breui verſiculo demōſtrat. Sed fugit interea fugit irreparabile tempus. Et in carmine lyrico: Heu heu fugaces poſthume, poſthume labuntur anni.

*Ouidius in Metamor. Oratius in Odis.*

c *Similitudo autem*. Quidā putāt quatuor euāgelia horū animaliū nominibus deſignari. Matthei, qui hominem deſcripſit, dicēs: Liber gn̄ationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Facies leonis eſt Marci, qui ait: Vox clamātis in deſerto, parate viā dn̄i. Vituli refert ad Lucę euāgeliū, qui à ſacerdotio Zachariæ incipit. Aquilæ ad Iohannē, qui ad excelſa volans, ait: In principio erat verbū, & verbū erat apud Deum, &c. Alij qui philoſophorū ſtultā ſequunt̄ ſapiētiā, duo hemiſpheria in duobus templi cherubin nos & antipodas quaſi ſupinos & cadentes hoīes ſuſpicant̄. pleriq; iuxta Platonē rōnabilitatē animæ & iraſcētiam & concupiſcētiam, q ille logicon & cunicon & epimecicon vocat, ad hoīem & leonē & vitulū referunt rōnē & cogitationē & mentē & cōſiliū: eādemq; virtutem atq; ſapientiā in cerebri arce ponentes, feritatē verò atq; iracundiā & violentiā in leone, q̄ conſiſtit in felle: libidinē, luxuriam, & oīum voluptatum cupidinē, in iecore, i. in vitulo, qui terræ operibus hæret. Quartā ſupra hæc & extra hæc tria ponunt, quā Græci vocant ſynderesin, q̄ ſcinthilla conſcientiæ in Cain quoq; non extinguit̄, quaſi victi voluptatibus vel furore: & ipſa interdum rōnis decepti ſimilitudine nos peccare ſentimus, quā p̄priè aquilæ deputant non ſe miſcentē tribus, ſed ipſa errantia corrigentē, hic eſt ſpūs, qui interpellat p̄ nobis gemitibus inenarrabilibus. Nemo eīn ſcit ea, quæ hoīs ſunt, niſi ſpūs hoīs, qui eſt in eo. vnde: Paulus: Integer ſpūs veſter, & anima, & corpus ſine q̄re &c. Hāc tn̄ conſciam, ſicut in Prou. dr̄: Impius cū venerit in p̄fundum peccati, contēnit: ſæpe p̄cipitari videmus & ſuū locū amittere, cū q̄dam ſine pudore peccāt: quibus meritò dr̄: Facies meritricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, quadrigā quaſi auriga Deus regit, & incōpoſitis currētē gradib' ſuo parere cogit imperio. Hier. Sunt qui per hoc in vno hoīe, q minor mūdus dr̄, iuxta Hypocratis ſn̄iam quatuor arbitrātur elementa mōſtrari, ignē. ſ. aquam, aerem, terrā, q̄ qūo ſibi miſceātur, & cū ſingula ſint, iūcta ſibi videātur, inuicēq; ſe tangāt, & in vna p̄ſona animātiū & in animātiū quatuor ſpēs habeāt ac figuras, nō eſt huius operis. Quatuor quoq; rotas de terrenis ad ſublimia cōſurgētes ſingulis & quadriformibus iūctas aialibus, vel eorūdē cōmiſtionē ęſtimant, vel quatuor tēporū circulū, qui ternis cōficit̄ mēſibus, & annus vertēs ab eo q̄d ſemp̄ vertat̄, & in ſe redeat vocat̄. Vn̄: Ver, æſtas, autūnus, hyems, & mēſis, & annus. Quòd aūt dr̄: erat rota in rota, annū in anno ſignificari putāt. Vnde alius poeta: Atq; in ſe ſua p̄ veſtigia vertit̄ annus. Firmamēti ēt ſimilitudinē q̄ cryſtallo cōparat̄, cęlū q̄d ſuſpicimus, dn̄t, ſub quo voluunt̄ & trāſeūt quatuor animātia. Thronū coloris ſapphiri, & ſedentē deſup̄ hoīem ſub humana ſimilitudine per imperiū cuncta regentis & oīa ſub pedibus hn̄tis. Vnde ad extremū dr̄: Hæc viſio ſimilis gloriæ Dei, p̄ quā quaſi per picturā quādā & imaginē, prudētiā Dei aiunt demōſtrari: pedes recti & planta pedis vituli, ſiue rotonda, q̄d ſignificat terrena quæq; ac cęleſtia ſubuolare, & oībus angulis amputatis rotunditatem ſequi, quę pulcherrima eſt oium figurarū: ſcintillæ rutilantes cuncta plena luminis indicant: manus hoīs ſub pęnis, tam ipſius hoīs, q̄ leonis, & vituli & aquilę: vt ratio. ſ. cuncta ſuſtentet, & de humo ad cęlū leuet. hoc & ad euangelia & ad cuncta quæ ſuprà poſuimus, referre poſſumus. Alij dn̄t quatuor perturbationes, gaudij, ægritudinis, cupidinis, & timoris: quorū duo præſentia, duo futura ſunt, p̄ quatuor aialia ſignificari. vnde Virgil. Hinc metuūt, cupiuntq; dolēt, gaudentq;. Quæ regi debēt rōne & potētia Dei, quibus perturbationibus impoſitæ ſūt quatuor virtutes, prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperātia, quarum gubernant̄ arbitrio. Alij putant ordinē caſtrorū duodecim tribuū deſcribi in ſolitudine ad orientē & occidētem, & ſeptētrionem, & meridiē, quę ſibi inuicem & charitate ſanguine ſociant̄. Et hoc eſſe rotā in rota, quę ducantur à ſpiritu, & nube tegant̄ in eremo, & coluna ignis illuminent̄ in nocte, nec reuertant̄ in Ægyptū, ſed ſemper ad terram promiſſionis ire feſtinent. Electri ſimilitudinem dicunt ſancta ſanctorum, & faciem hominis ad totum Iſrael referūt, leonis ad regalem Iudæ tribum, vituli ad ſacerdotalem, i. Leuit. extra eſt aquila. ſ. vindicta Dei de cęlo cūcta p̄ſpiciens, quæ parata eſt laniare peccantē. Vnde: Sicut aquila ſuper domum dn̄i. i. templū, ſuper huiuſcemodi quadrigam aurigæ inſtar dn̄s ſedet, facienda p̄ræcipit, vitanda vetat. hic vt putat populo dicuntur qui in Babylonia eſt, qui ſi colla Deo ſubmiſerit, & eius retinaculis paruerit, eius auxilio terram amiſſam recuperabit.

*Mat. 1. a.* *Mar. 1. a.* *Luc. 1. a.* *Ioh. 1. a.*
*† i. directè p̄cedebat*
*Philoſophica ſapientia de quatuor animalibus.*
*Roma. 8. e.* *1. Teſ. 5. d.* *Prou. 18. a.*
*Iere. 3. b.* *Hypocratis ſententia in elementis in homine.*
*Virgilius in geor.*

d *Facies hominis & facies leonis*. Gregorius. Matthæus qui ait: Liber generationis Ieſu Chriſti. Marcus q ſic incipit: Vox clamantis in deſerto. Ipſe quoque Chriſtus, cuius hi ſunt membra, natus eſt vt homo, paſſus vt vitulus, reſurrexit vt leo, aſcendit vt aquila. Vnuſquiſque etiam perfectus, homo eſt in ratione, vitulus in ſacrificio, leo in fortitudine, aquila in contemplatione. Quæ enim de quatuor animalibus dicuntur, ad omnes perfectos reducuntur. Hiero. Facies dicit principale euāgeliorū, è quibus homo & leo, ſcilicet Chriſti natiuitas & prophetia, dextras partes tenēt: vituli autē, id eſt victimarum & ſacerdotij Iudæorum in ſiniſtris eſt, quod abolitum tranſit in ſacerdotium ſpirituale. de quo: Tu es ſacerdos in æternum ſecūdū ordinem Melchiſedech. Ita duntaxat, vt omnia ſibi hæreant, vnoq; corpore cenſeatur. Aquila autem quę & ſuper natiuitatē & prophetiā eſt, quæ dn̄i expletur aduentu, & ſuper ſacerdotium quod pręterijt, & extra hęc omnia eſt de natiuitate referēs ſpirituali, qūo pater in filio, & filius in patre ſit. Vnde: Generationem eius quis enarrabit? Hæc ſunt iuxta Apocalypſim quatuor animalia plena oculis ante & retrò, vnum ſimile leoni, ſecūdum ſimile vitulo, tertium ſimile homini, quartum aquilæ volanti. Gregorius. Homo & leo à dextris, quia Chriſti




## NICOLAVS DE LYRA.

*uoca eſt ad vitulum & rotundum. Hebręi ſequuntur vnam ſignificationem, & tranſlatio noſtra aliam. Hebræi tamen videntur melius dicere, quia expoſitio tranſlationis noſtræ reducitur ad dictum eorum, vt patet per prædicta.*

a Et ſcintillæ quaſi aſ. etc. *Videbantur egredi de oculis animalium.*

b Et manus hominis. *Id eſt ſimiles manibus hominis.*

c Sub pennis eorum. *quia videbantur aliquantulum progredi de ſubtus.*

d Iunctæque erant pennæ eorum. *quia extremitas vnius tangebat extremitatem alterius.*

e Non reuertebantur cum incederent. *Licet enim incederēt ad quatuor partes, vt habetur infra: tamen hoc erat ſine conuerſione corporis: vt prædictum eſt, & iſtud vocatur hic, non reuerti. Et ſubditur depoſitio facierum, cùm dicitur:*

f Facies hominis & facies leonis a dextris ipſorum etc. *Quia ſecundum deſcriptionem Latinorum facies hominis erat in latere oppoſito aſpectui prophetæ. Facies autem leonis in latere dextro ipſius animalis: & facies bouis in latere ſiniſtro. Secundum verò deſcriptionem Hebræorum quatuor facies huius animalis erant in latere appoſito aſpectui prophetæ: ſic tamē q facies leonis erat prima, hominis ſecunda, bo-*





¶Lucas qui ait: Fuit ſacerdos quidam &c.
bouis à ſiniſtris ipſorū quatuor:
a ¶Iohannes qui ait: In principio erat verbum. ¶Quæ enim de quatuor animalibus dicuntur, ad omnes perfectos reducuntur.
& facies aquilæ deſuper ipſo- a
a ¶Greg. Quia intentio & contemplatio ſanctorum ſuper ſe tendit, vt bonum cœleſte poſſet aſſequi.
rum quatuor: & facies eorum & b
pennæ eorum extentæ deſuper.
¶Extentæ. ſ.
Duæ pennæ ſingulorum iunge- c
a ¶Greg. Timor & pœnitentia quę ab omnipotentis Dei oculis mala præterita abſcondunt.
bantur; & duæ tegebant corpo- d
ra eorum. Et vnumquodq; eorū e
a ¶Semper ſibi præſens, ſemper diiudicans, quid boni, quid mali, in quo creſcat, in quo decreſcat.
corā facie ſua ambulabat. † Vbi f
a ¶Greg. In malis eſt impetus carnis. b ¶Spiritum ſequentes. ¶Qui ad charitatem incedunt & alias virtutes.
erat impetus ſpiritus, illuc gra-
a ¶Ad mala: Qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.
diebantur, nec reuertebātur cum g
¶Ad bona.
ambularent. Et ſimilitudo ani- h i
malium, & aſpectus eorum, qua-
¶Si carbonem tetigeris, accenderis, & cum ſancto ſanctus eris.
ſi carbonum ignis ardentium, &
¶Greg. Opinionem bonam ad lumen aliorum longe lateq; ſpargunt.
quaſi aſpectus lampadarum.
a ¶Ideſt ſi euangelia ſibi collidis, in medio literæ vilis hiſtoriæ ſpirituſſancti ſacramenta videbis.
Hæc erat viſio diſcurrens in me- k
a ¶De quo: Ignem veni mittere in terram.
dio animaliū ſplendor ignis: &
a ¶Splendor ſanctorum.
de igne fulgur egrediens. Et ani- l
a ¶Greg. In contemplationem. b ¶Non ibi diu eſſe valentes. ¶Ad actionem.
malia ibant, & reuertebant in ſi- m
a ¶Quia per eos ad contemplationem aſcendentes cœleſte lumen nobis aſpergitur.
militudinem fulguris coruſcantis. Cumq; aſpicerem animalia, n
apparuit rota vna ſuper terram o
iuxta animalia habens quatuor p
facies. Et aſpectus rotarum & o- q
a ¶Quia in ſcripturis magna volumina ſententiarum ſunt, & confirmantur ſacramento baptiſmi.
pus earum † quaſi viſiō maris,
& vna ſimilitudo ipſarum quatuor, & aſpectus earum & ope- r
a ¶Vt non vnam rotam crederes, ſed alteram alteri copulatam.
ra, quaſi ſit rota in medio rotæ.

natiuitas & reſurrectio omniū generalis eſt lætitia: vitulus
A à ſiniſtris, q̄a mors Chriſti apoſtolis triſtis fuit. vnde: Vos aūt contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. A dextris. n. læta, à ſiniſtris habemus triſtia. Siniſtrum. n. nobis dicimus, q̄d aduerſum deputamus. Iure aquila nō iuxtà, ſed ſuper eſſe deſcribitur, q̄a aſcenſionem ſignificat, & verbū patris dn̄i apud patrem pronuntiat. Cum autē quatuor ſunt aialia, ſuper oīa ſunt aquila: quia Iohannes per hoc quod in principio vidit, etiam ſeipſum tranſijt.

a *Extentæ deſuper*. Hiero. ſuprà diximus iuncta ſibi eſſe euangelia, tp̄a, oēſq; rationales creaturas, & quatuor virtutes, ita vt q vna caruerit, oībus careat. Q̄d duę pennæ extentę ſunt, & in altū ſe eleuant, celeſtē prædicationē ſignificat, & oīa ad Dei tendere maieſtatē. Duæ tegunt corpora, q̄a humana excluditur ſcientia, nec perfectus datur intuitus. vnde Apoſt. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus: Cū autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

b *Duę pennæ*. Amor. ſ. & ſpes ſanctorū, q̄ omne pennatum animal ad Deum leuant, quæ bene iunguntur: Amant. n. quæ ſperant, & ſperant, q̄ amant.

c *Et vnumquodq;*. Hiero. Qui ſtiuā aratri tenet, nō aſpiciat retrò, nec imitet̄ vxorē Loth, ne pereat ſicut Eli, qui filiorum vitio Deum offendit. Quantò magis ergo aialia quę ſunt plena lumine atq; pennata, quæ ſequuntur præcedentē ſpiritumſanctum, q̄ ſic per orbē volant, & ad excelſa ſe ſuſtollunt, vt corpora ſua protegant pennis hiſtoriæ, nec nobis aſpectum tribuant pleniorē. Q̄d ſecundò dr̄ nō reuertebant̄ cum incederēt, vtriuſq; teſtamēti ſignificat myſterium, q̄d. ſ. in quatuor animalibus & lex & euangeliū ad futura
B feſtinet, & nunquā retrò moueatur.

d *Ignis*. De quo: Sanctificabit eos in igne ardente. Et Pſal. Cadēt ſuper eos carbones ignis. Et alibi: Cum carbonibus deſolatorijs. Et in alio loco habes: Carbones ignis, ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium.

e *Et de igne ful.* Quācunq; creaturam aſpicimus, Dei notitiam †fulgurat, dū in creaturis ſe creator manifeſtat.

f *Et ani.* Sicut æther crebris ignibus micat, & in ictu oculi atq; momento diſcurrunt & reuertūtur fulgura, nec amittunt matricem, & quaſi fontem ignis atq; materiā, ita hæc aialia cum cum inoffenſo pede pergunt, ad propria feſtinant. Si autem conatui ſuo aliq̄d oppoſitum viderint, nō tā reuertuntur, quam ſeſe ſurſum extendendo contrahunt lumen præbitura, q̄d parum abſconderant, vt conſeruis cibaria in tempore tribuant: ne ſanctum canibus, nec margaritas dent porcis. vnde: Lac potum dedi vobis, non eſcam.

g *Cumq; aſpi.* Hier. Hucuſq; quatuor aialia, q̄ quatuor facies habent, deſcripta ſunt: q̄ ſequuntur ſpiritum & nubē q̄ erat in medio ſpiritus: nunc per ſingula aialia ſingulæ ponunt̄ rotæ, & nō coniunctę aialibus q̄ ſequebant̄ ea, ſed vna rota apparuit ſuper terrā, q̄ diuiſa p̄ quatuor tot habebat facies quot aialia ſequebant̄: tantaq; ſimilitudo erat rotarū quatuor ſequētiū quatuor aialia: vt vna rota veriſſimè crederet̄.

h *Apparuit ro. vna.* Greg. Sancta ſcriptura, q̄ ad auditores oī parte voluitur, inter proſpera. ſ. & aduerſa vna, q̄a antiquo populo ſolummodo vetus teſtamentum datum eſt: quod ad erudiendam illius ignorantiam, quaſi rota volueretur.

i *Super ter.* Greg. Cui. ſ. dictum eſt: Terra es, & in terram ibis: Omnipotens. n. Deus ſuper corda peccantium legē poſuit.

k *Viſio.* Lxx. tharſis, Aquila hiacynthi, qui cœli habet ſimilitudinem.

l *Et vna ſi.* Q̄d prędicat lex, hoc ēt prophetæ annuntiāt, hoc exhibet euāgeliū, hoc & apoſtoli p̄dicant p̄ mundū. Diuina. n. eloquia, & ſi t̄pibus disiuncta ſunt, ſenſibus ſunt vnita.

m *Rota in medio rotæ*. Hier. Quia omnia cœleſtia & terreſtria, C & quicquid ſub humanam cadit intelligentiam, ſuis rotis voluitur, ſolis annuum circulum per ſingulos menſes luna decurrit. Lucifer, qui & veſper, dum ad orientem & occidentem rutilus micat, & noctis tenebras puro temperat lumine, duobus annis eundem conficit curſum, alia quoq; aſtra quæ errantia dicuntur, & quicquid fulget in cœlo,



## NIC. DE LY.

*uis tertia, vt dictum eſt, & ſic facies hominis habebat ad dexteram ſuam faciem leonis, & ad ſiniſtram faciem bouis.*

a Et facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor. *Quia ſecundum deſcriptionem Latinorum facies aquilæ erat in parte poſteriori. Quia tamen aquila habet collum longum, facies aquilæ eleuabatur ſuper alias tres. Secundum Hebræos verò non plus eleuabatur quā aliæ. vnde & in Hebræo ſic habetur: Et facies aquilæ in ipſis quatuor vel ad ipſam quatuor, ideſt exiſtens in eadem linea cum alijs tribus, tamen vltima.*

*†Quocunque propellebat eos ventus.*

b Et facies eorum & pennæ eorum extentæ deſuper. *Quia facies videbantur reſpicere ſuperiora, & pennæ extentæ ad volandum ſimiliter extendebantur verſus ſuperiora.*

c Duæ pennæ ſingulorum iungeban. *in extremitatibus, vt prædictum eſt.*

d Et duæ tege. corpora eorum. *Et iſtæ non erant extentæ ad volandum, ſed demiſſę inferius ad tegendum corpus.*

e Et vnumquodque eorum coram facie ſua ambulabat. *i. ſine conuerſione corporis modo prędicto.*

f Vbi erat impetus ſpiritus. *i. venti turbinis ſupradicti.*

g Nec reuertebantur. *i. corpora eorum non conuertebantur.*

h Cum ambularent, *ad partes oppoſitas, nō ſimul ſed ſucceſſiuè.*

D i Et ſimilitudo animalium, & aſpectus eorum. *Id eſt corpora animalium videbantur fulgentia ſicut ignis & lampades accenſæ.*

k Hæc erat viſio diſcurrens. *quia ignis & fulgur videbantur progredi ab eis.*

l Et animalia ibant & reuertebantur. *quia ad partes oppoſitas poterant ire. & hoc vocatur hic reuerti: hoc tamen erat ſine corporis conuerſione, vt dictum eſt.*

m In ſimilitudinem fulguris coruſcantis. *quia inceſſus eorum videbatur valde velox & terribilis.*

n Cumque aſpicerem animalia. *Hic conſequenter ponitur deſcriptio rotarum, de quibus dicunt aliqui, quod ibi tantum erat vna rota ſicut & vnum animal ſecundum eos. Dicuntur tamen rotę in plurali propter quatuor facies. ſicut & vnum animal dicitur plura, propter quatuor animalis facies: erat enim hæc rota compoſita ex duobus circulis per omnia ęqualibus, interſecantibus ſe inuicem in duobus punctis oppoſitis ad angulos rectos ſphęrales, ſicut duo coluri in ſphęra materiali. & ſic erant ibi quatuor ſemicirculi per omnia ſimiles & ęquales, qui dicuntur hic rotę facies. Sciendum etiam quod quandocunque ſtabat rota, tangebat terram in altero punctorum interſectionis, & ſic ęqualiter erat mobilis ad quatuor partes oppoſitas ſecundum quatuor rotę facies. & hoc ſine conuerſione corporis rotę, ſicut dictum eſt de tibijs & pedibus animalium. Et quod dictum eſt de vna rota, intelligendum eſt de alijs tribus, ſicut dictum eſt de quatuor animalibus. Hoc viſo, de facili applicatur litera, cum dicitur: Cumque aſpicerem animalia.*

*Rota.*

o Apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia. *compoſita tamen ex duobus circulis.*

p Habens quatuor facies. *i. quatuor ſemicirculos.*

q Et aſpectus rotarum. *i. talis coloris, ſicut videtur mare quando eſt quietū. In Hebręo habetur: Sicut viſio tharſis. i. lapidis pretioſi ſic nominati, vt dicit Ra. Sa. tamen nō dicit qualis ſit ille lapis aut cuius virtutis.*

r Et aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ. *i. vna tranſiens per medium alterius interſecando ſe inuicem ad angulos rectos ſphęrales.*




VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſegetum quoque & arborum herbarumque varietates per
E quatuor tempora rotis currunt ſuis, nihil aſpicimus quod
Eccl.1.a antè non fuerit. Gyro gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Omnia flumina currunt in mare, nec impletur, quia ad fontes ſuos de matrice abyſſo reuertuntur. Euangeliorum autem, ideſt quatuor animalium quæ ſpirant, viuunt, intelligunt curſu breui mundus ſermone apoſtolico completus eſt. Rota autem in rota, vel iunctura duorũ teſtamentorum eſt: quod indicat ſcala Iacob & forceps Iſaiæ, & gladius bis acutus, vel euangelia ſibi cohærentia: quorum curſus & ſtatura tendit ad cœlum. Rota in rota. Greg. Nouum teſtamentum in veteri. Quid eſt enim quod Adam dormiente Eua formatur, niſi quod Christo moriente eccleſia formatur, & multa huiuſmodi. Vetus teſtamentum non ſine mutatione permanſit, dum ſpiritualis intelligentia latuit, quod cum redemptor venit ſpiritualiter fecit intelligi. Teſtamentum verò nouum etiam per veteris teſtamenti paginas æternum dicitur, quia illius intellectus nunquam mutatur.

Gen.28.c Iſa.6.b Apoc.1.b Moraliter. Gen.2.d

a *Statura quoque*. Statura in rectitudine præceptionis, eſt altitudo in celſitudine promiſſionis, horror nimius in terrore ſupplicij.

b *Et totum corpus plenum ocu.* Quia ſanctorum actio omni parte circumſpecta eſt. Et totum corpus. Qualem Argum deſcribunt fabulæ poetarum: quem Iuno ob negligentẽ cuſtodiam in pauonem vertit, vt quod eſt miraculum conditoris Dei, hoc eſſet cõdemnatio multi adulterij. Greg. Nihil.n.in euangelijs quod non luceat, & ſplendore ſuo mundum illuminet: vt quæ parua putantur & vilia, ſpirituſſancti
F fulgeant maieſtate.

Argi fabula. Moraliter.

c *Spiritus enim vitæ.* Quia per ſacra eloquia & dona ſpiritus viuificamur, vt à nobis mortifera opera repellamus.

d *Quia ſpiritus vitæ erat*. Hoc ſecundò dicit, ne aliquod vas arbitremur rotarum, quas in carpentis plauſtrorum rhædarumq́; & curruũ aſpicimus, ſed animantia, imò ſuperanimantia, quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.

1.Cor.2.d

e *Firmamenti*. Greg. Cęleſtium poteſtatum quæ prius per liberum arbitrium quaſi aqua in quamlibet partem poterãt labi, ſed alijs cadentibus, quia perſtiterũt quaſi de aqua cryſtallus ſunt, quia iam omnino cõfirmati ſunt, nec mutari poſſunt.

† extenta erat Cryſtallum.

f. *Cryſtalli*. Hiero. Quod puriſſimum eſt: & ex aquis mundis atque lucentibus nimio frigore concreſcere dicitur intantum, vt etiam gelu conſtricto aqua Græco nomine cryſtallus nominetur. Eſt enim in ſuperioribus eximia puritas, quæ omnia protegat, ideſt rationales ſapienteſq; virtutes, & quatuor temporum curſum, & mundi plagas, & rerum omnem ordinem: & euangelicam prædicationem, quæ ex parte intelligit, & ex parte velatur.

g *Alterius ad alte*. Hier. In Heb. mulieris ad ſororem ſuam. vir duabus alis velabat corpus ſuum, & vir velabatur ſimiliter. Ideo autem poſt mulierem virum poſuit in eadem perſona, ne ſexum in cœleſtibus putaremus.

h *Vnumquodq;*. Greg. Hic indicatur qa pennas alter ad alterum tẽdebant, & duabus alis corpus proprium velabãt, quia ſic debemus virtutes quas accepimus, alijs impẽdere, vt peccata noſtra nõ deſinamus cautè cogitare, & quotidie per timorem & pœnitentiam plangere: his enim alis G corpus velatur.

i *Quaſi ſonum ſublimis.* Lxx. vocem verbi, vt. ſ. vniuerſa quæ prædicantur in mundo, per vocem filij Dei eſſe credantur.

h *Vt ſonus caſtrorum.* Quia contra prædicatores maligni ſpiritus & perſecutores inſurgunt.

a ¶Per prædicationem. ¶Greg. Ad mentes hominũ.

Per quatuor partes earum eun- a

a ¶Qui ſequuntur animalia, quæ ſemper ad priora tendunt. ¶Greg. Quia in nouo teſtamento vetus ſpiritualiter ſemper tenetur.

tes ibant, & non reuertebantur, b

¶Scriptura, ſcilicet quæ bene operanti congruit. vnde: Qui ſtat, videat ne cadat.

a cum ambularent. †Statura quo- c

a ¶Cœleſtis regni promiſſio.

que erat rotis, & altitudo, & d e

a ¶Præ magnitudine. ¶Terror gehennæ.

b horribilis aſpectus, & † totũ cor- f

pus plenum oculis in circuitu g

a ¶Vel horum animalium per quæ perfecti deſignantur. ¶Aliàs ipſorum. b ¶In ſcriptura. ¶Intelligentes, ſcilicet ſancti quo moraliter viuant.

ipſarum quatuor. Cumq́; am- h

a ¶ Greg. His quorum vna erat prædicatio, vna erat & requies & curſus & eleuatio.

bularent animalia, ambulabant

pariter & rotæ iuxta ea: & cum i

a ¶Greg. In contemplationem. b ¶Omnia communiter & concorditer.

eleuarentur animalia de terra,

a ¶Quia quantum quiſque ex ſcriptura proficit, tantum & ipſa proficit apud ipſum. b ¶Greg. Cum intelligentiæ. c ¶Scripturæ.

eleuabantur ſimul & rotæ. Quo- k

a ¶Præcedens vel impellens. ¶Greg. Legentis. b ¶Quem medijs intermiſſis rotæ ſequebantur: ſequentes animalia ad ſpiritumſanctum tendunt.

cunque ibat ſpiritus, illuc eunte

a ¶Cum aſcendente aſcendentes.

ſpiritu, & rotæ pariter leuaban-

a ¶Animalia. ¶Propria enim voluntate ſpiritus vitæ erat in in rotis. ¶ Siue moralem hiſtoriæ ſenſum quærat ſiue ſpiritualem.

c tur ſequentes eum. † Spiritus e- l

nim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ ſe-

a ¶Animalia.

d quentes eã, quia ſpiritus vitæ

erat in rotis. Et ſimilitudo ſu- m

e per capita animalium † firma-

f menti quaſi aſpectus cryſtalli n

a ¶Greg. Nobis in hac corruptione poſitis. b ¶Quia quamuis perfecti, mortali carne grauati beatitudinem angelorum intelligere non poſſunt.

horribilis, & † extenti ſuper ca- o

pita eorum deſuper. Sub firma- p

a ¶Vt bonum quod alter habet impendat alteri, aliter non ſunt rec. pen.

mento autem pennæ eorum re-

g h ctè alterius ad alterum. Vnum- q

a ¶Charitate Dei & proximi. b ¶Per alas virtutes, per corpus actio ſignatur. c ¶Verſus pedes.

quodq; duabus alis velabat cor-

a ¶Greg. Sunt enim duo genera hominum, alterum perfectorum, alterum paruulorum.

pus ſuum, & alterum ſimiliter

a ¶Greg. Quod prius in paucis proficiente prædicatione fit in multis. b ¶Procedit proficiendo.

velabatur. Et audiebam ſonum r

a ¶Simile in Apocalypſi. b ¶Aquæ multę populi multi.

alarũ quaſi ſonum aquarũ multa s

a ¶Quia in ſanctis hoc facit.

i rũ, & quaſi ſonũ † ſublimis Dei. t

a ¶Prædicando. quia conuerſi ſtatim in laudem Dei erumpunt.

Cum ambularẽt, quaſi ſonus erat u

h multitudinis, vt ſonus caſtrorum.

## NIC. DE LY.

¶ *a* Per quatuor partes earum euntes ibant. *Quia ſicut dictum eſt, ſtabant in punctis interſectionum, & ſic æqualiter poterant reuolui ad quatuor partes: non tamen ſimul, ſed ſucceſſiuè.*

*b* Et non reuertebantur cum ambularent. *ideſt ſine conuerſione corporis totius rotæ poterant ad partes oppoſitas ambulare, ſicut & animalia. Ad aliquem locum &c. Totus iſte verſus non eſt in Hebræo, nec in libris correctis, ſed immediatè ſubditur:*

*c* Statura quoque erat rotis. *i. magnitudo.*

*d* Et altitudo. *ſ. magna.*

*e* Et horribilis aſpectus. *propterea magnitudinem & motum earum velocem.*

*f* Et totum corpus. *ſ. cuiuslibet rotæ.*

*g* Plenum oculis in circuitu ipſarum. *i. picturis ad modum oculorum factis, ſicut eſt in cauda pauonis.*

*h* Cumque ambularent animalia. *ad quãcunque partem, ambulabant pariter & rotæ.*

*i* Et cum eleuarentur animalia de terra. *per volatum alarum.*

*k* Eleuabantur ſimul & rotæ quocunque ibat ſpiritus. *i. ventus turbinis ſupradictus. Vel per ſpiritum intelligitur hic ſpiritus viuificans illas rotas, ideo ſubditur:*

*l* Spiritus enim vitæ erat in rotis. *Quaſi diceret, non mouebantur per exteriorem impulſum ſeu tractum, ſed per ſpiritum intrinſecum viuificantem. Cætera patent ex dictis.*

H

*m* Et ſimilitudo ſuper capita. *Hic conſequenter deſcribitur viſio quantum ad illud qđ erat ſuper caput animalium: Et primũ quod erat ibi, erat quædam ſimilitudo firmamenti ſeu cœli ſtellati: & ſupra firmamentum videbatur thronus ſapphirinus, & ſupra thronum effigies hominis ſedentis: ad cuius nutum & pręceptum animalia & rotæ mouebantur. Et hoc eſt quod dicitur: Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti. cuius color deſcribitur cum ſubditur.*

*n* Quaſi aſpectus cryſtalli horribilis. *i. venerabilis, eo modo quo dicitur* Gene. 28. d. *Quam terribilis eſt locus iſte: non eſt hic aliud, niſi domus Dei & porta cœli. Hebræi dicunt hic: Quaſi aſpectus glaciei fortis, loco cuius translator poſuit cryſtalli horribilis, quia cryſtallus eſt glacies indurata per plures annos.*

*o* Et extenti ſuper capita eorum deſuper illa. *Cryſtallus videbatur extendi ſuper capita animalium, ſicut extenſio firmamenti.*

*p* Sub firmamento autem pennæ eorum erectæ. *i. ſurſum erectæ.*

*q* Alterius ad alterum. *Quia tangebant ſe in extremitatibus, vt expoſitum eſt ſuprà.*

*r* Et audiebam ſonum alarum. *quando mouebantur per volatum.*

*s* Quaſi ſonum aquarum multarum. *i. magnum & fortem.*

*t* Quaſi ſonum ſublimis Dei. *Ideſt ſicut ſonum tonitrui, qui dicitur ſonus Dei, quia ab eo factus.*

*u* Cum ambularent. *Quaſi. Sonus erat multitudinis non cuiuſcunque, ſed vt ſonus multitudinis caſtrorum vbi quando incedunt: à longè auditur ſonus magnus & terribilis ex inceſſu turbarum, hinnitu equorum, & colliſione armorum.*

¶ a Cumq;



a *Cumq́ue ſtarent.* Vocem.n. omnipotentis in cęleſtibus reſo-
A nantem ferre non poterant. Stabant ergo, & cum ſilentio admirabãtur Dei potentiã, qui ſedebat ſuper firmamentũ, qđ his qui deorſum cryſtallo ſimile, & his qui ſuprà, inſtar lapidis ſapphiri: quia oĩa in ſimilitudine, nõ in veritate monſtrantur. Greg. Qui aliquo modo ſciẽtia volare credebamur, ad vocem deſuper veniẽtem alas ſubmittamus, dum inuiſibilẽ ſuper nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendimus. Greg. Notandus ordo, qđ ſuper aĩalia firmamentum, ſuper firmamentum thronus, ſuper thronum homo, quia ſuper ſanctos adhuc in hac carne viuentes, angeli, ſuper eos Chriſtus.

b *Quaſi aſpectus la. ſa.* Greg. q aerij coloris: huic virtutes cœleſtium comparantur, quia ſpiritus gbus Deus oĩpotens altius præſidet, ſuperioris loci in cęleſtibus dignitatem tenent. Quaſi aſpectus la. ſapphi. Hiero. Sicut in cryſtallo puriſſima quæq; atq; lucentia in cęleſtibus, quæ noſtrum obſcuratum corpus illuminent mõſtrantur, ſic in ſapphiro. i. throno Dei, & ſuper firmamentum, qđ cęlũ eſt, abſcondita atq; ſecreta incõprehenſibilis Dei, qui poſuit tenebras latibulum ſuum, & in nube videt & caligine. vnde in Exo. Et ſub pedibus Dei erat quaſi opus lapidis ſapphirini.

c *Similitudo throni*. Greg. Throni, angelicæ virtutes, quę ipſos angelos loci dignitate tranſcendunt. Cum.n. angeli nuntij dicantur, & ſæpe angeli ad nuntiãda quędam hominibus veniant, throni
B miſſi ad miniſterium nuntij nuſquam leguntur.

d *Hominis deſuper*. Hier. i. Dei patris. vnde: Homo quidã plantauit vineam, &c. Et alibi: Homo quidam fecit nuptias filio ſuo, non ꝙ filius excludatur à regno. de quo Iſa. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Vnde Iohannes: Hoc, inquit, dixit Iſaias, quando vidit gloriam filij Dei, ſed in patre regnat filius. omnia enim patris filij ſunt, qui eſt imago Dei patris inuiſibilis.

e *Quaſi ſpeciem electri.* Greg. In electro aurum argentumq́; miſcetur. & per argentum auri claritas temperatur: & per auri claritatẽ ſpecies clareſcit argenti. Sic in redemptore noſtro diuinitas per humanitatem noſtris oculis temperatur, & per diuinitatem natura clareſcit humana.

f *Ignis intrinſecus*. Greg. Ante incarnationem ignis eſt in Iudæa tantum intrinſecus, & non ſplendet, qa ſpirituſſanctus in multis patribus Iudæam repleuerat, ſed non ad notitiam gẽtium perueniebat. A lumbis verò & deorſum ignis in circuitu reſplẽdet, quia poſt incarnationem lõgè lateq; ſpirituſſancti gratia diffuſa eſt. Hiero. Qui ſedebat in throno à lumbis & ſupra, electro comparatur, qđ intrinſecus & extrinſecus, quaſi ignis habebat aſpectum à lũbis, & infrà ignis reſplendens in circuitu morum. Quæ.n. ſupra lumbos ſunt vbi ſenſus & ratio verſatur, non indigent igne & flammis, ſed pretioſiſſimo metallo & puriſſimo, quæ à lumbis deorſum, vbi coitus & generatio: vbi incentiua vitiorum indigent purgatione flammarum, vt purgata habeant arcus ſimilitudinem, quæ vulgò dicitur iris.

g *A lumbis eius*. Greg. Per lumbos propago mortalitatis ſignatur. De lumbis Abrahæ virgo Maria, in cuius vtero Dei filius incarnatus. vnde in vniuerſo mundo innotuit Deus. Greg. Vnus eſt homo qui ſuper lumbos ardens intrinſecus, angelos amorẽ ſuum per diuinitatẽ tenuit, & ſub lumbis inferius ignis ſui ſplendorem in circuitu emittẽs, homines ad ſancti ardoris ſui deſideriũ per humanitatem reuocauit.

h *Vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis*. Grego. Vna eſt ſimilitudo ignis & arcus. In igne enim ardor ſpirituſſancti, qui in arcu quoq; ſignatur, in quo aqua & ignis apparet: & poſt mediatoris aduentum eo virtus ſpirituſſancti in humano genere claruit, quo & aqua baptiſmi electos Dei lauit, & igne diuini amoris accẽdit. Quaſi.n. à miſto colore ſimul aquæ & ignis quidam arcus in nube ad propitiationem ponitur cum dicitur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrare in regnũ Dei. C

Iohan.3.a

i *Velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die*. Arcus vtriuſq; iudicij teſtis eſt. Ceruleus enim in colore, aquæ iudicium factum, rubicundus in colore ignis ſignificat faciendum, quia mundus iudicij igne cremabitur, q prius diluuio iudicatus. Hiero. Aliter enim eſſe non poteſt. vnde poeta: Mille rapit varios aduerſa luce colores. Hic arcus ſignum eſt clementiæ & teſtamenti Dei, quod fecit hominibus, vt quando in nube apparuerit, ſciamus nos non amplius perituros eſſe ĩ diluuio. Vnde patet poſt pęnas atq; ſupplicia & purgationem peccatorum futuram miſericordiam Dei: ſed his qui Deum meruerunt videre regnantem. vnde ſequitur: Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum, throni. ſ. vel Dei, vel omnium quæ viſa ſunt.

Virgilius 4. Aeneid.

K *In die pluuiæ*. Greg. Cum prædicatio ſcilicet effunditur, vt ad veniam credentes domino parcente reuocentur.

a ¶Quæ Dei ſunt contemplando. ¶Prædicando. b ¶Suæ eis virtutes vileſcunt.

a Cumq́ue ſtarent, dimittebantur pennæ a

a ¶Sonus intelligentiæ. b ¶Beatitudinis, angelorum altitudinem tranſcendens, ipſius. ſ. creatoris naturam cogitans.

eorum. Nam cum fieret vox ſuper firma- b

a ¶Animalium.

mentum, quod erat ſuper caput eorum,

a ¶In contemplatione. b ¶Pro nihilo reputantes ſuas virtutes.

ſtãbãt, & ſubmittebãt alas ſuas. Et ſup firmamentũ quod erat imminens capiti eo-

b c rũ, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimili-

a ¶Greg. In quo ſedebat quaſi homo.

tudo throni, & ſuper ſimilitudinem thro

¶Greg. Gloria noſtri redemptoris.

ni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis de-

d e ſuper. Et vidi † quaſi ſpeciem electri, velut e

¶Qui eſt ardor ſpirituſſancti. ¶Tantum.

f aſpectum ignis intrinſecus per circui-

¶Greg. Ante incarnationem ſ.

g tum eius, à lumbis eius & deſuper: & à d e

¶Greg. Poſt incarnationem ſ.

h lumbis eius vſque deorſum, vidi quaſi

a ¶Greg. Charitatem ſpirituſſancti quaſi in toto mundo. b ¶Non modo intrinſecus. c ¶Mundi.

ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu, f

a ¶Ideſt poſt terrorem miſericordiæ ſignum. b ¶ In quo fœdus Dei cum hominibus, ne vltra mundus diluuio perdatur.

i velut aſpectum arcus, cum fuerit in nu- g

¶Incarnatione. a ¶Secundum ea quæ agit ſpiritus in mundo quæ videri poſſunt.

k be in die pluuiæ. Hic erat aſpectus ſplen-

¶Greg. Mundi.

doris per gyrum.

## NIC. DE LY.

¶ *a* Cumq́ue ſtarent, dimittebantur pennæ eorum. *Ideſt illæ pennæ quæ ſurſum erigebantur, ad volandum dimittebantur, ſicut & pennæ auium, quando ceſſant à volatu.* D

*b* Nam cum fieret vox ſuper firmamentum. *Ideſt præceptum ſedentis in throno ſuper firmamentum: ad cuius nutum ſtabant & volabant, vt dictum eſt. Conſequenter proceditur ad deſcriptionem throni & ſedentis ſuper eum cum dicitur: Et ſuper firmamentum quod erat ſuper. Et patet ſententia ex prædictis vſq; ibi:*

*c* Et vidi quaſi ſpeciem electri. *i. ſpecies illius hominis videbatur de electro, vel talis coloris ſicut eſt color electri: tamen differenter in parte ſuperiori. ſ. à lumbis eius & ſurſum: & in parte inferiori. ſ. à lumbis & deorſum: quia in parte ſuperiori erat ſimilis electro ignito: retinenti tamen fulgorem ſuum intra ſe. Ideo ſubditur: Velut aſpectum ignis intrinſecus per circuitum eius.*



*d* A lumbis eius & deſuper. *In parte verò inferiori erat ſimilis electro ignito fulgorem ſuum emittenti extrinſecus. ideo ſubditur:*

*e* Et à lumbis eius quaſi deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis. *i. electri igniti.*

*f* Splendentis. *ideſt ſplendorem emittentis.*

*g* Velut aſpectum arcus. *i. iridis, qui eſt ſplendidus. Ad facilius capiendum prædictam viſionem imaginariam poſui figuras prædictorum ſecundum deſcriptionem Latinorum & etiam Hebræorum, quantum ad hoc quòd eorum deſcriptio differt à Latinis, ſcilicet in deſcriptione animalium tantum, quantum ad deſcriptionem facierum: in alijs autem eſt eadem. Sciendum tamen, quòd prædicta non poſſunt ſufficienter in plano deſcribi: ſed oportet per imaginationem inſpicientis multa ſuppleri.*

*Ad intellectum viſionis prædictæ conſiderandum, quòd ſicut dicit Hieronymus in prologo: Iudæi qui cum Ioachin ducti fuerant in Babylonem, de hoc pænitebant, quòd ſe reddiderant regi Babylonis: quia videbant adhuc ſtare Ieruſalem, quam Ieremias denuntiauerat deſtruendam, & melius fore remanentibus in Ieruſalem quam tranſmigratis in Babylonem, vt habetur Ieremiæ viceſimoquarto. Et ideo quinto anno à tranſmigratione Ioachin dominus dedit Ezechieli ſpiritum prophetiæ, ad conſolationem tamen captiuorum, denuntians mala de propinquo ventura in Ieruſalem & multò maiora quam ſuſtinerent in Babylone. Per ventum igitur turbinis & nubem venientem ab aquilone, intelligitur exercitus Chaldæorum, qui per illam partem intrauit*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

E *Iudæam, vt frequenter dictum eſt ſupra in Iſaia & Ieremia. Per ignem inuoluentem intelligitur incendium ciuitatis & templi futurum. Per quaternarium autem animalium facierum & rotarum, intelligitur quaternarius numerus regnorum magnorum ſibi ſuccedentium. ſ. Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum, quę etiam regna infeſtauerunt populum Iudęorum. Nec mirum, quòd idem numerus pluribus ſimilitudinibus figuratur, quia Gen.41. ſeptem anni fertilitatis & ſeptem famis, duplici ſimilitudine figurantur. ſ. per ſpicas plenas & ſteriles, & per boues pingues & macilentos. In ſpeciali verò per faciem leonis, quę prima eſt ſecundum deſcriptionem Hebræorum, intelligitur regnum Chaldæorum ſeu Babyloniorum, quod fuit primum inter iſta quatuor. vnde & rex Babylonis frequenter vocatur leo in ſcripturis. vnde Iere.4.b. Aſcendit leo de cubili ſuo, &c. Et ſecundum aliquos habebat imaginem leonis in vexillo ſuo. Per faciem hominis intelligitur regnum Perſarum & Mædorum, quod ſucceſſit regno Chaldęorum, Dan.5. quia iſtud regnum humanius tractauit populum Iudęorum quam alia, vnde & Cyrus dedit eis licentiam redeundi in Iudęam. Per faciem bouis regnum Gręcorum, quia ſicut bos impellit cornibus, ſic regnum Gręcorum moleſtauit populum Iudęorum, & maximè tempore Antiochi illuſtris, vt patet 1. & 2. Machab. vnde & Dan.8. iſte Antiochus vocatur cornu modicum, & poſtea factum grande nimis contra meridiem & contra orientem & contra fortitudinem, per quam intelligitur templum quod erat in Ieruſalem. Per faciem autem aquilæ intelligitur regnum Romanorum. vnde & aquila eſt ſignum ſiue vexillum Romani Imperij. Per alas autem intelligitur angelica poteſtas præſidens dictis regnis, quia omnia iſta inferiora adminiſtrantur me-*
*diantibus*

*diantibus angelis: vnde & angelus præſidens regno Perſarum vocatur* G *princeps Perſarum, Dan.10. Et præſidens regno Græcorum, ibidem dicitur princeps Græcorum, & ſic intelligendum eſt de alijs. Per hoc, ꝙ animalia & rotæ iſtæ ad quatuor partes ibant, intelligitur dilatatio iſtorum regnorum ad alias partes. Per velocem motum & terribilem aſpectum, intelligitur robur & ferocitas eorum. Per manus autem opera, eò ꝙ manus eſt organum organorum, 3. de Anima. Per firmamentum verò quod erat ſuper capita animalium, intelligitur pars mundi ſuperior, quæ dicitur locus Dei & beatorum. Per ſedentem in throno ſuper firmamentum, intelligitur ipſe Deus pręſidens omni creaturæ cæleſti & terreſtri: ad cuius nutum omnia diſponuntur. vnde & ad præceptum ſedentis in throno animalia quieſcebant & mouebantur: quia ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit, vt dicitur Dan.2.c. Per hoc autem quòd apparebat in forma humana, deſignabatur quod erat tempore gratiæ humanandus. Per hoc autem quòd apparebat in colore electri, quod eſt auro & argento fulgidius, intelligitur exceſſus ſuæ ſapientiæ, cuius non eſt numerus. Per hoc autem, quod in parte ſuperiori à lumbis & ſurſum retinebat ſplendorem interius, & in parte inferiori ſcilicet à lumbis & deorſum emittebat fulgorem exterius, intelligitur quod diuina ſapientia prout eſt in ipſo, eſt nobis occulta, manifeſtatur tamen nobis aliqualiter per ſuos effectus, ſecundum quod dicitur ad Rom.1.c. Inuiſibilia Dei à creatura mundi, id eſt ab homine, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiternæ quoq; virtus eius & diuinitas. Sic ergo patet ex dictis, quòd in hoc primo cap. deſcribitur diuinæ præſidentiæ ſupereminens ſtatus ſiue virtus, vt ſuprà dictum eſt.*

---

*In cap.1. vbi dicitur in poſtilla: Ex quo patet quòd Ezechiel fuit de tribu ſacerdotali.*

### ADDITIO I.

¶ De hac regula quam aſſerit poſtil. eſſe Heb. dictum fuit ſuprà Iere.1. in additione.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtilla: Per quaternarium autem numerum animalium & facierum.*

F

### ADDITIO II.

¶ Circa hanc viſionem Ezechielis quantum pertinet ad expoſitionem literæ, applicando eam ad apprehenſionem imaginarię viſionis prophetæ, poſtillator eam exponit ſatis competenter, ſaltem pro maiori parte. Et ſi fortè in aliquibus minus conuenienter illam expoſuit, non eſt multum curandum, eò quòd expoſitio principalis non conſiſtit in hoc, ſed in illo quod per hanc imaginariam viſionem intelligi debet, quod eſt principalius in hac viſione. Circa quod expoſitio poſtillatoris videtur non ſolum deuiare ab autoritatibus ſanctorum: ſed etiam à communi opinione omnium Hebræorum expoſitorum, tam antiquorum quam modernorum. Eſt etiam valde inconſona literæ vt videbitur. Primum patet per gloſ. communem, in qua expoſitiones Hieronymi, Gregorij, & quorumdam aliorum doctorum innominatorum ponuntur, qui communiter per quatuor animalia, ſanctos quatuor euangeliſtas ſeu euangelia quatuor principalia myſteria Chriſti fideliter narrantia: non autem quatuor mundanas monarchias prout poſtillator vult, intelligunt, prout plenè patet prædictam gloſſam intuenti. Quòd autem ab Hebræorum expoſitionibus deuiet, patet: Nam antiquiſſimi Hebræorum. ſ. Thalmudici, in quodam libro autentico apud eos qui dicitur Haguiga, expreſsè determinant, quod intelligentia huius viſionis Ezechielis debet eſſe ſecretiſſima, ſic quod non licebat alicui eam ſcienti alios de ipſa docere, niſi tantum vnum, & hoc in magno ſecreto, non exprimendo totam intelligentiam, ſed tradendo principia ex quibus diſcretus diſcipulus poſſet alia intelligere, & hoc propter magnitudinem myſterij, quod etiam ſecundum eos in hac viſione intelligitur, prout Ra. Moy. qui fuit de maximis modernorum, largè tractat in ſuo libro de directione, parte tertia, in proœmio: & in primis ſeptem capitibus eiuſdem partis. Et ibidem dicta ſua de occultatione prædictorum myſteriorum modo prædicta confirmat per multas autoritates antiquorum. Hoc idem tenet Ra. Salo. & Ra. Camhi, & cæteri expoſitores. ſ. quòd intelligentia contentorum in hac viſione Ezechielis ſunt arcana ſecretiſſima legis diuinæ, quæ non licet homini loqui. Manifeſtum eſt, quod monarchæ Chaldæorum & Mædorum, &c. non pertinent ad arcana legis. Sunt enim & fuerunt vulgariter nota. Et Daniel etiam, qui de eis prophetauit clarè in pluribus locis, tradidit eas apertè & palam: ſic quòd quilibet poteſt eas intelligere, ſicut & alias planas prophetias. Iſaias etiam de Chaldæis & Perſis manifeſtè prophetauit cap.13. Et ſic patet propoſitum. ſ. quod Hebræorum expoſitores non referunt intelligentiam huius viſionis ad mundanas monarchias, ſed ad diuinorum arcana ſeu myſteria. Quæ autem ſint arcana iſta apud Hebræos, quæ tantam requirebant occultationem, ipſi non declarant.
Videtur

Videtur tamen rationabiliter dicendum, quod quia ſecundum veritatem, prout ſancti doctores tradunt, in hac viſione incarnatio Chriſti & quædam alia eius myſteria intelligantur, huiuſmodi autem incarnatio populo antiquo non erat propalanda. Tum quia valde rudis fuit: Tum quia pronus ad idololatriam & ad ponendam corporeitatem in Deo. Et ideo Deut.4.b. eis dicitur: Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras: non.n. vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis dominus, ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem. Et ideo occultandum eis fuit incarnationis myſterium in hoc loco & in pluribus alijs, ne fortè ſi fuiſſet eis expreſsè propoſitum, laberentur in errorem circa diuinitatem: æſtimantes quod ipſe Deus ſecundum ſuam deitatem fieret corpus, non valentes percipere modum vnionis humanæ na- H turæ ad verbum, prout fides ponit catholica. ſ. quod vnio ſit in perſona, non in natura. Vnde & hodie æſtimant falsè, quod nos confitendo Chriſtum verum Deum & verum hominem, conſequenter confiteamur vnitatem diuinæ naturæ & humanæ, ſic quod natura diuina & humana ſint eadem numero, quæ tamen æſtimatio eſt falſa. Nam ſecundum determinationem Calced. concilij nunquam ſublata eſt naturarum differentia in Chriſto propter vnionem. Quòd autem expoſitio poſtillatoris prædicta ſit inconſona literæ, patet ex multis. Primò, nam hæc viſio totaliter conſiderata erat repræſentatiua diuinæ maieſtatis. Propheta.n. egrediens in campum, vt ei dominus alloqueretur, vt habetur infrà 3. cap. dixit: Et ecce ibi gloria domini ſtabat, ſicut gloria quam vidi ſuper fluuium Chobar. In qua viſione. ſ. ſecunda, expreſsè facit mentionem in eodem cap. de prædictis animalibus & rotis. Ex quo patet, quòd huiuſmodi animalia & rotæ pertinebant ad repræſentationem diuinę gloriæ ſeu maieſtatis, de qua loquitur. Quæ quidem viſio in eodem capitulo contenta, facta fuit ad confirmandum domini verbum, ſcilicet quòd daret prophetæ conſtantiam per ſuam aſſiſtentiam, prout poſtillator ibidem exponit. In tali autem aſſiſtentia prophetam confortante, nihil videtur facere ſignificatio monarchiarum prædictarum. Item infrà decimo capitulo iſta quatuor animalia vocantur cherubim. Dicitur enim ibi: Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim eſſet. Manifeſtè autem videtur inconueniẽs, quòd monarchiæ illæ mundanæ idololatræ nominarentur, ſeu ſignificarentur per cherubim: quæ ſunt nomina angelorum beatorum, ſuper quos Deus dicitur ſedere, iuxta illud pſal.79.a. Qui ſedes ſuper cherubim, & ſic in alijs quampluribus locis ſacræ ſcripturæ. Item receſſus diuinæ aſſiſtentiæ de templo repręſentatus fuit prophetæ per receſſum domini ſuper illa cherubim exiſtentis, vt habetur planè in prædicto cap. decimo. Per quæ quidem cherubim, quatuor animalia prædicta intelliguntur, vt ibidem habetur. Similiter etiam regreſſus diuinæ aſſiſtentiæ in templum deſignatur per gloriam Dei ingredientem per viam orientalem, vt habetur infrà 43. De qua gloria ſic ingrediente propheta dicit: Secundum ſpeciem quam videram. ſ. iuxta fluuium Chobar: vt ibidem exponitur in litera. Et ſic patet, ꝙ erant ibi animalia & rotæ prædictæ. Conſtat autem quod in hoc receſſu ſeu regreſſu nõ eſt aliquod pertinens ad monarchias prædictas. Item ſecundum poſtillatorẽ per quatuor animalia idem ſignificatur quod per quatuor rotas: ſicut per vaccas & ſpicas Pharaonis, Gen.41. Quod non videtur poſſe ſtare. Nã prout litera teſtatur, inter animalia & rotas erat diſtinctio ſecundũ rẽ, & cõuenientia in motu & quiete. Quod
patet



bentur 4.Reg.15. *Oſee nouem qui nono anno captus in Samaria cum populo ſuo ductus eſt in Aſſyrios 4.Reg.17. & iſti anni ſimul iuncti faciunt numerum ſupradictum. Anni verò cxlix. qui deficiunt de totali numero ſ. trecentis nonaginta accipiuntur de tempore iudicum. ſ. à primo anno Abimelech vſq; ad vltimum annum Eli. dicitur enim Iud.8. quòd Gedeon ex ornamentis aureis ſibi datis de victoria habita de Madianitis fecit ephod, id eſt veſtem ſacerdotalem. & ſubditur ibidem: Fornicatusque eſt omnis Iſrael in eo: & ſicut dictum fuit ibidem, iſta fornicatio non fuit vidente Gedeone, quia non fecit ephod ad cultum idololatriæ: ſed ad Dei cultum in domo propria, ſicut dictum fuit ibidem. Poſt mortem autem eius omnis Iſrael fornicatus eſt in illo ephod, vtendo eo in cultu idolorum Baalim & Aſtaroth, ſicut ibidem ſubditur: & hæc fornicatio durauit vſq; ad tempus Samuelis, qui dixit populo Iſrael 1.Reg.7.a. Præparate corda veſtra domino, & ſeruite illi ſoli. Et ſubditur: Abſtulerunt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt domino ſoli. Numerus autem annorum ſic accipitur: Mortuo Gedeone Abimelech iudicauit populum tribus annis. Iud.9. poſt eum Thola.24. Iair.22. Iud.10. Et ibi ſubditur, quòd populus Iſrael poſt mortem Iair afflictus fuit per filios Ammon & Philiſthijm 18. annis, qui non poſſunt computari in tempore iudicis ſequentis. ſ. Iepthe qui iudicauit populum tantum ſex annis, & ideo accipiuntur hic 18. anni in quibus populus fuit ſine iudice, poſt quos Iepthe iudicauit 6. annis. Abeßan.7. Abialon.10. Abdon.8. & hæc habentur, Iud.12. Samſon.20. Iudic.16. Eli.40. 1.Reg.4. cui ſucceßit Samuel. Iſti autem anni ſimul iuncti faciunt annos 157. & ſic habemus. 8. annos ſuperfluos, qui ſic rationabiliter poſſunt reſcindi: licet enim ſcriptura dicat, quòd omnis Iſrael fornicatus fuerit in ephod facto à Gedeone applicando illud ad cultum idolorum, tamen non dicit, quòd hoc fuerit immediatè poſt mortem Gedeonis, ſed fortè fluxerunt iſti. 8. anni antè vel aliqua pars eorum. Item aliquando dimidius annus, vel minor pars vnius iudicis pro anno integro computatur, vt quando inſtituitur in fine anni vel poſt medium: & ſic ſecundum plures iudices poſſunt reſcindi ſecundum veritatem. iſti. 8. anni vel pars eorum à numero poſito in ſcriptura: nec tamen propter hoc ſcriptura continet falſum, quia loquitur ſecundum communem modum loquendi, ſicut ſi rex Franciæ coronaretur in natiuitate domini: diceretur regnare illo anno. ſ. anno domini: tali in paſchate ſequenti inciperet annus ſecundus ſuæ coronationis ſecundum communem modum loquendi propter mutationem numerationis ſecundum annos domini: Numerus autem annorum iniquitatis domus Iuda incipit à tempore Manaßè regis Iudæ, qui horribiliter peccauit, & populum peccare fecit, ponendo idola in templo domini, vt habetur 4.Reg.21. propter quod ſententia domini de futura captiuitate populi aſcribitur peccatis Manaßè. 4.Regum 23. vbi dicit: Veruntamen non eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui, quo iratus eſt furor eius contra Iudam propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea. Veruntamen iſte Manaßes pœnituit, & poſtea fideliter regnauit, & idololatriam abſtulit: propter quod totum tempus ſuum non ponitur in peccato Iudæ: ſed tantum 16. anni primi, & duo quibus regnauit Ammon peßimus, cui ſucceßit Ioſias, de cuius tempore nihil ponitur, quia fuit ſanctißimus, cui ſucceſſerunt duo filij eius valde mali Ioacim & Sedecias, & quilibet. 11. annis regnauit: & iſti anni ſimul iuncti faciunt 40. De tempore verò Ioachaz & Iechoniæ nihil ponitur, licet fuerint mali & idololatræ: quia quilibet eorum regnauit tantum tribus menſibus, & computantur in tempore aliorum. Videtur mihi tamen, quòd vtrique expoſitioni prædictæ addendum ſit, quòd 430. dies in quibus Ezechiel iacuit ſuper latus ſiniſtrum & dextrum fuerint ſignum temporis obſidionis Ieruſalem, quia in textu dicitur poſt præceptum de dicta iacentia. Et conuertes faciem tuam ad obſidionem Ieruſalem. Quod ſic poteſt declarari: Ieruſalem fuit obſeſſa à Chaldæis anno Sedeciæ. 9. decimo menſe. 10. die menſis: & capta fuit anno 11. Sedeciæ menſe. 4. nono die menſis, vt habetur Ierem. 52. & ſic à principio obſidionis vſque ad finem eius fluxit annus integer, & quinque menſes, & 28. dies. Ezechiel autem dormiuit ſuper latus ſuum ſiniſtrum 390. diebus, & ſuper dextrum. 40. diebus: qui ſimul iuncti faciunt 430. dies: quorum. 365. faciūt vnum annum integrum, & remanent 65. dies qui faciunt duos menſes & ſex dies: & ſic tempus obſidionis Ieruſalem vſq; ad eius captionem non excedit tempus dormitionis prophetæ ſuper vtrunq; latus, niſi in tribus menſibus, & 22. diebus. Et rationabiliter poteſt dici, quòd tanto tempore fuit interrupta obſidio: quia Chaldæi audientes, quod Aegyptij veniebant in auxilium Iudæorum reliquerunt obſidionem, vt obuiarent eis, quibus fugatis ad obſidionem redierunt, vt habetur Iere. 37. & in tali receſſu ab obſidione & reditu tanti exercitus bene fluxerunt tres menſes & 22. dies: & ſic habetur propoſitum. ſcilicet quòd tempus obſidionis Ieruſalem ipſa ſtante, & tempus dormitionis prophetæ fuerunt æqualia. Conſequenter redit ſcriptura ad deſcribendum obſidionem Ieruſalem, cum dicitur:*

a Et ab obſi. *Quaſi vultu irato reſpiciendo Ieruſalem, & per hoc notando iram Dei contra ipſam.*

b Et brachium tuum. *id eſt extentum ad deſignandum comminationem vindictæ Dei ſuper eam.*

c Et pro. aduer. eam. *Pronuntiando eius ſubuerſionem.*

d Ecce circundedi te vin. *modo ſupradicto.*

e Et non te con. &c. do. con. dies obſi. tuæ. *id eſt recluſionis in domo ſua, quorum numerus ſupra eſt poſitus. ſ. 340. & iterum 40.*

f Et tu ſu. *Hic conſequenter deſcribitur oppreßio famis ſecutura ex longa obſidione Ieruſalem, ſicut habetur. 4.Reg.40. & deſcribitur hic per quandam parabolam quæ primò ponitur. Secundò exponitur ibi: Et dicit. Circa primum dicitur: Et tu ſume tibi frumentum. Talibus enim ſolent muniri ciuitates contra obſidionem.*

g Et facies tibi pa. nu. dierum. *ſcilicet 390. panes.*

h Cibus autem. *erit in pondere, ſicut fit in tempore obſidionis, quando victualia incipiunt deficere.*

i Viginti ſtateres in dię. *Stater verò idem eſt quod dimidia vncia, vt dicit Iſidor. 16. Etym.*

k A tempore vſq; ad tem. *id eſt à principio 390. dierum vſq; ad finem qualibet die vnum panem.*

a Et

C

D

## MORALITER.

✻ f *Et tu ſume tibi frumentum.* Sequitur:

h *Cibus au. tuus quo ve.* Per quod ſignatur, q̄ homines impugnari tentationibus dæmonum parcè viuere debent, & auſterè.

✻ c Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et aquam. Hier.* Sterilitatē cibi, aquæ auget ſterilitas. Sextā n. partē menſuræ Hebraicè.ſ.hin, iubet per ſingulos dies bibere. Porrò hin duos coros Atticos facit, duos.ſ. ſextarios Italicos, vt hin ſit mēſura Iudaici ſextarij noſtriq; caſtrenſis, cuius ſexta pars facit tertiā partem ſextarij Italici. Alleg. Iudæi poſt offenſam Dei vſq; hodie ſubcinericios panes miſtos comedunt, frumēto, hordeo, faba, lēte, milio, & auena: quorū alter hominū, alter iumentorū cibus eſt. Quia.n. credunt in vnū Deū, habent aliquid frumenti: quia verò filium negant, hordeo frumētorum paſcunt, & fabis quibus venter inflatur, mens opprimi dr̄. vnde Pytagoreis eſt cibus deteſtabilis. Propter lētem Eſau primogenita perdidit: Miliū ruſticorū & agreſtium & altiliū cibus eſt. Vicia vero ſiue auena & oleribus bruta paſcunt aīalia. Quòd Elias fugiēs Izabel iuxta Lxx, ſubcinericiū panē inueniſſe dr̄, penuriæ ſignū eſt: vnde & à coruis paſcit, vt qui cibū non inuenit in Iſrael, nationū immundarum paſceret alimētis. Lex quoq; quā legūt, & nō intelligūt, ſubcinericius panis eſt, & optus humano ſtercore. vñ Paulus, lucra legis & obſeruatiōes ceremoniarū habet qſi ſtercora, vt Chriſtū lucrifaciat. b *Sic co.* Prophetæ non modo verbis, ſed & factis prophetizant, ſicut Ezechiel panem comedit ī ſtercore: ſic filij Iſrael, & omnis populus Iudęorum vel vt alij putant .x. tribus, panem pollutum comedent in nationibus, licet nō comminetur eis, qui iam eiecti, ſed qui de terra promiſſionis eijciendi. c *Ha ha ha. Hier.* Non dñi contradicit imperio, ſed cauſas reddit, ſuiq; deprecaſ cur hoc facere nō poſſit: & īpetrat qđ petit, & ſniæ auſteritas tēperatur. Quærit cur Ezechiel minora renuat, & Oſee ſtatim ſe ſcorto copulat, nec caſtū corpus ſeſe dicit: aut nō debere meretricis commiſtione ſe maculari, cum teſte Apoſtolo: Vnum corpus efficiatur qui adhæret meretrici. vnde oſtendit, non ſecundū literā ita fuiſſe in re, ſed figurā ſynagogæ & eccleſiæ. d *Fimū bo. Hier.* Leuiora.ſ. mala. Fimus nāq; boū ab humani ſtercoris lōgè diſtat immūditia. Alle. vſq; hodie quoq; apud Iudæos iſta ſeruat ſnīa, vt nō comedāt.ſ. panē ſuū in humano ſtercore. Neq;.n. idolis ſeruiūt nec dæmonum portēta venerant, ſed in fimo bubalino, dū vlp per carnem & ventrē & terrena bona operantur. vnde: Qui fecerit ea, viuet in eis. Nos autem comedimus panem, qui de cælo deſc. de quo: Panem angelorum manducauit homo. Nō Aegyptijs carnibus, ſed māna: tenuitate viuētes. e *Ecce ego con.* Oīs ſiniſtri & dextri lateris dormitio & ſubcinericij panis, ſex ſpecierū varietate cōmiſtio, inopiā incredibilē pſignat, qđ hic aperit: Ecce ego c. In eccleſia quoq; dñs iratus indignos nos iudicat ſuo pane, atq; vtinā ſaltē in pōdere & in ſollicitudine eū mereamur accipere, & arentē linguā extremus Lazari digitus irroret, vt deficientibus pane & aqua corruat vnuſquiſq; ad fratrem ſuum: & fit vbiq; diſcordia, & Chriſti tunica ſcinditur, quā nec milites in paſſione auſi ſunt ſcindere. Contabeſcimus autē in iniquitatibus noſtris, dum nō habemus panem Dei. Vnde Ieremias: Paruuli .i. vulgus eccleſiæ petierunt panē, & nō erat qui fran. Paulus aūt qui vir erat & ſciebat Chriſtum panes fregiſſe legales & dediſſe diſcipulis erogādos, cōfidenter ait: Panis quē frangimus nōne par. &c. Baculum autem .i. firmamentum panis comedere non pñt, qui adhuc latē infantię egent, nec valēt accipere ſolidum cibum. Nihil autem ſic roborat animum veſcentis, quō vitæ panis, qui.ſ. confirmat cor hominis.

Hin · Alleg. · † humano · 3. Reg. 19. a · † Ahab · Phil. 3. b · † fulcimentum · Quæſtio. Oſee 1. a · F · 1. Cor. 6. d · Alleg. · Pſal. 77. a · Luc. 16. f · Ioh. 19. d · Thren. 4. a · 1. Cor. 10. d

pus comedes illud. Et aquam in menſura bibes, ſextam partem hin. A tempore vſq; ad tempus bibes illud. Et quaſi ſubcinericium hordeaceū comedes illud: & ſtercore † quod egreditur de homine, operies illud ī oculis eorū. Et dixit dominus: Sic comedent filij Iſrael panem ſuū pollutum inter gentes ad quas eijciam eos, Et dixi: † Ha ha ha domine Deus. Ecce anima mea non eſt polluta, & morticinum & laceratum à beſtijs non comedi ab infantia mea vſq; nunc, & non eſt ingreſſa in os meum omnis caro immunda. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro ſtercoribus humanis, & facies panē tuum in eo. Et dixit ad me: † Fili hominis, ecce ego conteram † baculum panis in Ieruſalem, & comedent panem ſuum in pondere & in ſollicitudine, & aquam in menſura, & in anguſtia bibent, vt deficientibus pāne & aqua, corruat vnuſquiſq; ad fratrem ſuum, & contabeſcat in iniquitatibus ſuis.

(Interlinear: Ita.ſ. ſiant ſicut ſubcinericius hordeaceus. — Ne ignorent: Ignorantia enim ſolet miſerias temperare. — Quod ſine effuſione ſanguinis moritur. — Dæmonibus. — Quod opere futurum mōſtrauit, ſermone demōſtrat. — Verba Dei. b Doctrinæ. c Auxilium ſperans humanæ enim naturæ eſt in ſummis anguſtijs in magis in proximo quam in ſe confidere. — Pro quibus patiuntur.)

## NIC. DE LY.

a Et aquam in men. bibes ſextam par. hin. *id eſt ſextarij.*

b A tempore vſq; ad tem. bibes illud, *ſcilicet qualibet die ſextam partem vnius ſextarij. Quantitas huius ſextarij, & decem vnciarum panis prædicti non eſt nobis certa, quia menſuræ & pondera multum variantur ſecundum tempora & prouincias diuerſas: imò etiā in eadem prouincia & in locis propinquis, ſicut ſextarius vini minor eſt ſatis Pariſius quā in villa ſancti Dionyſij, tamen ex circumſtātia literæ ſatis patet, quod non erat tāta, quod ſufficeret ad cibum & potum conuenientem ipſius Ezechielis: ſed magis erat ad temperandum famem & ſitim eius: talia enim potius dantur quando victualia incipiunt deficere in obſidionibus.*

c Et ſtercore quod egreditur de ho. operi. illud. *In Hebræo habetur: Coques illud, dictio enim Hebraica quæ hic ponitur, æquiuoca eſt ad operire & coquere. Hebræi tamen videtur hic melius dicere, quia in aliquibus terris, vbi eſt defectus lignorum colliguntur ſtercora boū deſiccata in campis, & inde fit ignis, & ideo poſſet fieri de ſtercoribus humanis, ſed eſſet nimis abominabile. Sic igitur ad deſignādū qualiter Iudæi comederent cibum abominabilem in terris alienis, vbi ducerentur captiui, præcipit Deus prophetæ, quod faceret ignem de ſtercoribus hominum deſiccatis, & in camino calefacto illo igne coqueret panem ſuum. Sed quia propheta hoc horruit, dixit:*

e Ha ha ha domine Deus. *Et dicunt expoſitores aliqui, quod hic triplicatur ha, ad denotandum horrorem triplicem. ſ. vilitatis materiæ, & tranſgreſſionis legis diuinæ, & captiuitatis ſignificatę. Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici ſermonis, in quo eſt hic vna tantum dictio, & ſonat* אהה *ahah: & eſt interiectio admirantis ſeu conquerentis, ſicut dictum fuit 1. cap. Ierem.*

f Et morticinium & la. à beſtijs non comedi &c. *q.d. adhuc eſſet mihi grauius veſci pane ſic abominabili:*

g Ecce dedi tibi fimum boum pro ſter. hu. *in hoc temperauit pręceptum.*

h Et fa. pa. tuum. *id eſt coques modo prędicto.*

i Et dixit. *Hic ponitur prędictę parabolę expoſitio ſeu applicatio exprimendo famem in Ieruſalem futuram, cum dicitur:*

k Ecce ego conteram baculum panis. *id eſt ſuſtentamentum cuiuſlibet cibi, qui nomine panis intelligitur in ſcriptura.*

l Et comedent panem ſuum in pondere. *id eſt non ad ſaturitatem, ſed ad famem aliqualiter temperandam.*

m In ſo. *propter diminutionem victualium & inuaſionem obſidētium.*

n Vt defi. pa. & aqua. *id eſt finaliter deficiet omnis cibus & potus.*

o Cor. vnuſ. ad fr. ſu. *Non potens ſe ſuſtinere prę debilitate & timore.*

p Et contabeſcat. *id eſt deficiat.*

q In iniquitatibus ſuis. *id eſt propter iniquitates ſuas quas operati ſunt contra Deum & proximum &c.*

## MORALITER.

c *Et ſtercore quod egre. de ho. ope. &c.* Hoc ſecundum ſenſum literalem dicitur de captis ab aduerſarijs & captiuatis. ideo ſequitur, d *Sic comedent filij Iſrael panem ſuum pol. &c.* & per hoc ſignatur, q à dæmonibus capti per culpam mortalem & captiuati per conſuetudinem incorporant ſibi vitia vilia & enormia.

## GLO. ORD. CAP. V.

a ET *tu fili hominis &c. Et duces per caput tuum. Hieronimus.* Cæſaries & barba pulchritudinis ac virilitatis indicium ſunt, quibus raſis fœda nuditas apparet, & pars bona capitis quaſi emortua. Sic Ieruſalem, & populus eius emortuus, & à viuo Dei corpore ſeparatus, fami, peſtilentiæ, cœdi, gladio, captiuitati, & diſperſioni traditur.

a Ex

## CAP. V.

a ET tu fili hominis ſume tibi gladiū acutū † radentem pilos, & aſſumes eū: & duces

## NIC. DE LY. CAP. V.

ET tu fili ho. *Hic conſequenter deſcribitur populi Ieruſalem deſtructio: & primò ad hoc parabola ponitur. ſecundò exponitur, ibi: Hæc dicit dominus. Parabola autem iſta non ſolum eſt verbis ſed factis. Ideo dicitur prophetæ.*

b Su. ti. gla. *In Hebræo habetur. raſorium.*

c Et duces. *Id eſt duci facies.*

a Per

## MORALITER.

a *Et tu fili ho.* Per gladium pilos radentē, ſignatur pęnitētia debita peccata diluēs.

b Et



a *Et ex eo. Hiero.* Sicut Machabæorum narrat hiſtoria, quandam partem Iudæorum ſe tradidiſſe Antiocho Epiphani, & eum in perſequutionem populi concitaſſe: & multa alia quæ in ea ſcribitur hiſtoria, & in libris Ioſephi, & præcipuè diſſenſionem Hircani & Alexādri, quorum occaſione Pōpeius in Ieruſalem venit, & eam Romanis ſubdidit. Poſtea verò ſub Tito & Veſpaſiano vrbs capta eſt & templumque ſubuerſum. & poſt .l. annos ſub Aelio Adriano vſque ad ſolum deleta ciuitas priſtinum quoq; nomē amiſit. b *In medio. Hiero.* Ab oriente cingitur Aſia ab occidente Europa, à meridie Lybia & Aphrica, & à ſeptētrione Scythia & Armenia & Perſide, & cunctis Ponti nationibus. In medio igitur Gētium ſita eſt, vt quia erat notus in Iudæa Deus Iſ.m.no.e. Omnes in circumitu nationes illius ſequerentur exempla, ſed ipſa circa ſe Gentium poſitarū impietatem ſequuta eſt. c *Quia ſupe. Hiero.* Q Quid cauſer ego, quod in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non facitis, cum etiam in ſcelere ſuperaueritis Gentes quæ in circumitu veſtro ſunt, nec feceris ea quæ Gentes naturali lege in cordibus ſuis ſcripta ſæpe fecerunt? Quia ſupera. Hieron. Ad hoc tertio retulit: Ideo. Propter hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te &c. Secundo: Ideo patres comederunt fi. ſu. in m. t. Tertiò: Ideo viuo ego dicit dominus. Et notādum, quòd honeſta & decora pro merito eorum qui ſuſtinent ſeipſum facere profitetur, quæ triſtia & Deo indigna, non ſe facere, ſed tantum fieri dicit, vt hic: Ideo patres comedent filios ſuos in medio tui. d *Similia. Hieronymus.* Multa duriora poſt mortem filij factus eſt. Aliud eſt enim coluiſſe aliquando idola, aliud Dei filium trucidaſſe.

a Ideo

per caput tuum, & per barbam tuam: & aſſumes tibi ſtateram ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igni comburas in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum † obſidionis: & aſſumes tertiam partem, & concides gladio in circumitu eius: tertiā verò aliam in ventum diſperges, & gladium † nudabis poſt eos. Et ſumes inde paruum numerū, & ligabis eos in ſummitate pallij tui. Et ex eis rurſum tolles, & proijcies eos in medium ignis, & combures eos igni, & ex † eō egredietur ignis in omnem domum Iſrael. Hæc dicit dominus Deus: Iſta eſt Ieruſalem: in medio Gētium poſui eā, & in circuitu eius terras. Et contēpſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm Gentes: præcepta mea, vltra quàm terræ, quæ in circūitu eius ſunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerūt. Idcirco hæc dicit dominus Deus: Quia ſuperaſtis Gentes, quæ in circūitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea nō feciſtis, & iuxta iudicia Gentium quæ in circumitu veſtro ſunt, non eſtis operati. Ideo hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium: & faciam in te quæ non feci, & quibus ſimilia vltra nō faciam propter oēs abominationes tuas.

(Interlinear: Famem & peſtilentiam ſignat. — Computationem. — Foris cędes & bella. — Ciuitatis. b i. eos. ſ. qui captiuitate ducendi ſunt. — Inſuper. — Ne captiuitas ſit ſumma malorum. — Eos. ſ. qui de captiuitate redituri ſunt. — Macedones ſignat, ſub quibus habitatores Iudææ & præcipue Ieruſalem multa perpeſſi. — Populo. ſ. Iudæorum. — Quaſi in vmbilico mundi. vnde: Operatus eſt ſalutem in medio terræ. — In exemplum boni. — Econtrario. Sequens exemplum Gentium. — Retrorſum. — Proficiendo. — Non alius. — Non per angelum, non per quemlibet miniſtrum. — Quamuis ſtatus non excedam pœnarū menſuram. — Ante. Quia ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulabit plagis multis. Et: Potentes potenter tormenta patientur.)

C · † per · Diuiſio · † nudabo · † ea · D

## NICO. DE LYRA.

a Per caput tu. *non enim poſſet hoc facere propheta manu propria. ſed fecit hoc per raſorem: Et idem intelligendum eſt de dictis ca. præte. vt de coctione panis & huiuſmodi, quia propheta iacens ſuper latus ſuum ſiniſtrum, immobiliter non poterat hoc facere manu propria.*

b Et aſſu. *id eſt aptam ad ponderandum.*

c Et diui. *ſcilicet pilos capitis tui, & barbæ in tres partes æquales. Et quia hoc non poterat bene fieri numerando, præcipitur fieri ponderando.*

d Tertiam par. *ſcilicet Ieruſalem deſcriptæ in latere. ad deſignandum quòd tertia pars populi Ieroſolymitani moreretur fame & peſte obſidionis tempore: Et hæc pęna vocatur hic combuſtio ignis. In ſcriptura enim ſacra frequenter nomine ignis intelligitur alia pœna.*

e Et aſſumes. *ad deſignandum quòd magna pars populi Ieroſolymitani occideretur à Chaldeis extra muros: quia aliquando exibant ad inuadendum per obſidionem, & ibi occidebantur ſaltem multi nō potentes ſe retrahere intra ciuitatem. Aliqui etiam occultè fugientes de ciuitate capiebantur à Chaldæis & occidebantur.*

f Tertiam. *hoc in parte dicitur pro fugitiuis in Aegyptum poſt captionem ciuitatis, vt habetur Iere. 42.*

g Et gla. *quia Nabuchodonoſor poſtea intrauit Aegyptum, & illos partim occidit, partim captiuauit, ſicut eis prædixerat Iere.*

h Et ſumes. *id eſt de iſta tertia parte.*

i Paruum nu. *ad ſignandum illos, qui poſtea ducti ſunt in Babylonem captiui, & in via conſeruati.*

k Et ex eis &c. *ad deſignandum Achab, & Sedechiam, quos in igne frixit rex Babylonis, vt habetur Iere. 29.*

l Et ex eo. *hoc eſt ex illo igne ſeu combuſtione.*

m Egredietur. *id eſt increpatione pœnæ ſeu maledictionis. Ex punitione enim illorum duorum aſſumptus eſt modus communis loquendi in populo Iſrael, vt cum vnus malediceret alteri, dicebat: Sic tibi contingat ſicut contigit Achab & Sedechiæ. ſicut dicitur Ierem. 29. Sic exponit literam iſtam Rab. Sal. Expoſitores autem Latini exponunt de pœna reuertentium de Babylone, qui muros ciuitatis reparauerunt in anguſtia magna, vt habetur in libro Neemię. & de malitia quorundam qui tempore Machabæorum concitauerunt Gentiles contra Iudæam, vt habetur. 1. & 2. Machab. ſed prima expoſitio planior & magis conſona literæ videtur.*

n Hæc di. *Hic conſequenter ponitur expoſitio parabolæ. primò tamen ratio dictæ deſtructionis aſſignatur. ſecundo parabola ad propoſitum applicatur, ibi: Tertia pars. Circa primum dicitur:*

o Iſta eſt. *id eſt ciuitas quam in latere deſcripſiſti Ieruſalem ſignificat.*

p In medio. *quia ſita eſt in quarto climate terræ habitabilis ſeptem climatibus diſtinctæ.*

q Et contem. *duplici ratione, ſcilicet quia Gētes leges ſibi traditas à ſuis maioribus ſeruauerunt. Iudæi verò legem à Deo ſibi datam reliquerunt. vnde Ierem. 2. c. dicitur: Si mutauit Gens Deum ſuum, id eſt non mutauit. & ſubditur: Populus autem meus mutauit gloriam ſuam, id eſt Deum ſuum in idolum. Item propter ingratitudinem beneficiorum à Deo receptorum in legis datione, & mannæ cęleſtis nutritione, & ſimilibus quæ non fecerat Deus alijs Gentibus, ſecundum quod dicitur Pſalm. 147. b. Non fecit taliter omni nationi &c. Ingratitudo vero aggrauat alia peccata, ideo ſequitur.*

r Quia ſuperaſtis Gentes. *ſ. in malitia.*

ſ Et iuxta iudicia Gentium quæ in circumitu veſtro ſunt. &c. *Id eſt minus iuſtè, quàm ipſi vixiſtis.*

t Faciam in medio tui iudicia. *id eſt vindictas iuſtitiæ meæ.*

u Et faciam in te quæ non feci. *ſcilicet temporibus prǽteritis.*

x Et quibus ſimilia vltra non faciam. *Iſtud vltra non ſignificat perpetuitatem à parte poſt, ſicut nec illud Iſaiæ ſecundo. b. Et non exercebuntur vltra ad prælium, ſicut plenius fuit ibi dictum: ſed importat tempus longum, ſcilicet quouſque iterentur tales abominationes vel maiores, quod impleuerunt Iudæi in*

## MORALITER.

b *Et aſſu. tibi.* per hoc quod pili in ſtatera iubentur poni, ſignatur quod grauitas peccatorum debet diligenter conſiderari, & ſecundum hoc pęnitentiæ remedium adhiberi. vnde Grego. exponens illud Mat. tertio. b. facite ergo dignum fructum pęnitentiæ, dicit: per hoc vniuſcuiuſque conſcientia conuenitur, vt tanto licita ſibi ſubtrahat per pœnitentiam, quanto ſe meminit illicita perpetraſſe per culpam.

c *Et diuides.* per hoc quòd in tres partes diuiduntur, ſignatur quòd peccata ex tribus radicibus committuntur, quæ ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

d *Tertiam.* per quam ſignantur peccata carnalia, quæ comburi debent afflictione corporali ſecundum illud Pſal. 25. a. Vre renes meos & cor meum.

e *Et aſſumes.* per hanc partē ſignantur peccata ex ſuperbia vitę procedentia, quæ ſunt humilitatis gladio cōcidēda. hic.n. eſt gladius, quo Goliæ ſuperbi caput amputatur.

f *Tertiam verò aliam.* per quam ſignantur peccata ex oculorum concupiſcentia procedentia, quæ ſunt per diſperſionem bonorum temporalium in pijs operibus redimenda, ſecundum illud Danie. 3. a. Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas in miſericordijs pauperū. & de tali diſperſione dicitur Pſal. 111. b. Diſperſ. de. pau. iu. e. m. in ſec. ſec.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E a *Ideo pa.* Hiero. Matres filios deuorasſe legimus, ſed nec patres filios, nec filios patres. Hiero. In eccleſia ſępe magiſtri contra diſcipulos. ſcilicet patres contra filios, & diſcipuli contra magiſtros. i. filij cōtra patres mutua ſeditione concitantur. vnde Apoſtolus: Si inuicem accuſatis, videte ne ab inuicem conſumamini. Inde propheta. Vt edant carnes me. Et Iob. Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Inſuper magiſtris qui lucra mundi, nō ſubditorum ſalutem quærunt, dicitur: Qui deuo. ple. m. ſi. eſ. panis. De quibus Apoſtolus: Et comedent domos viduarum.

*Gal. 5. c. † Ideo Psa. 26. a. Iob. 31. d. Pſal. 52. a. Matt. 23. b.*

b *Idcirco.* Hier. Hoc idem ſacerdotibus & magiſtris dicit dominus: Sanctum meum viola. &c. Ego quoque vos conteram atque confringam. & reddam quod in populum meū inique egiſtis, cuius lanis vos tegitis: & lacte & caſeo veſcimini, & fractum ac morbidum non requiritis.

c *Et non miſe.* Afflictionis tuę, quia tu miſereri noluiſti. vnde Beati eīn miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Mat. 5. a.*

d *Et ſcient.* Hier. Non conſumpti fame & peſte & gladio, ſed diſperſi in omnem ventum aliorum mortibus ſuiſque miſerijs Deum ſentient iratum, quem clementē ſcire noluerūt.

e *Et da.* Hiero. Prodeſt Ieruſalē in ea vitia deſolari & in deſertum redigi, & ſua peccata cognoſcere, vt quę cęteris Gentibus in exēplū virtutū eſſe debuerat, ſit exēplum miſeriarū, vt q dicit: Aduena ego ſū apud te, & pe. ſi. o. pa. mei. vnde alibi. Et non dixe. q præte. bene. do. ſup. vos. vt videant opprobrium eius & doleant.

*Pſal. 38. c. Pſal. 128. a*

F f *Sagit.* Hierony. Quidquid mali ſuſtinemus, pro peccatis noſtris accidere manifeſtū eſt. vnde & fames quæ in Regum volumine & Ruth, & ſub Elia (quādo tribus annis & ſex mēſibus cęlum clauſum eſt) & ſub Eliſęo (cuius incredibilem inopiam repentina abundantia compenſauit) Dei iudicio miſſa eſt. Hier. In nos quoq; pro peccatis noſtris fames mittitur verbi Dei, deinde mors, vt qm̄ audiuimus: Guſtate & videte qm̄ ſuauis eſt dominus, ſentiamus: Mors peccatorum peſſima.

*Fames, Dei iudicio. Ruth. 1. a. 3. Reg. 17. a 4. Reg. 6. f. † quæ Pſal. 33. b. Ibidem † ſuper. 4. d, & 14. d.*

g *Et beſtias* Hiero. Beſtię peſſimæ in nos mittuntur, quando tradimur in paſſiones ignominiæ in reprobum ſenſum, & conſcientiam peccatorū, quæ excruciant atq; lacerant animū noſtrum: diſſenſiones, hereſes, ſchiſmata, ęmulatio, inuidia, detractio, deſideria multa, auaritia quæ eſt radix omnium malorum, & peſſimæ beſtiæ ſunt. vnde: Corripiet te preuaricatio tua. Et alibi: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.

*1. Cor. 12. g. Iere 2. d. Pſal. 73. d.*

a ¶Romana obſidione non ſolum in Babylonia.

a Ideo patres cōmedent filios ſuos in medio tui, & filij comedent patres ſuos. Et faciam in te iudicia, & ven

a ¶Quia Romana captiuitate in totum mundum diſperſi ſunt: & hoc eſt in omnem ventum capillorum barbæque diſperſio.

tilabo vniuerſas reliquias tuas † in omnem vētum. † Idcirco viuo ego b

a ¶Proprie hoc ad Ieruſalem.

dicit domin⁹ Deus, niſi ꝓ eō q ſan- c

a ¶Me. ſ. deferens in templo idola coluiſti.

ctum meū violaſti in omnibus † of- d fenſionibus tuis, & in cūctis abomi

a ¶Idola tua.

nationibus tuis: ego quoq; cōfrin- e

a ¶Cum videro afflictionem veſtram.

gā, & nō parcet ocul⁹ meus, & non f g

a ¶Apoſiopeſis. b ¶Hiero. De hoc capitulo dictum eſt ſupra. Hiero. Lxx. a iter hoc dicunt. ſed Ariſteus & Ioſephus & omnis ſchola Iudæorū .5. libros Moyſi tantum a Lxx. tranſlatos eſſe aſſerunt.

miſerebor. Tertia ps tui peſte mo- h rietur, & fame conſumet in medio tui, & tertia pars tui gladio cadet in circūitu tuo. Tertiā verò partē tuā i oēm ventū diſpergā, & gladiū eua-

a ¶Humano affectu loquitur, non q iraſcatur. ſed nos per pęnas atque cruciatus eum iratum ſentimus.

ginabo poſt eos. Et cōplebo furorē i meū, & requieſcere faciā idignatio-

¶Accepta vindicta.

d nē meā in eis, & cōſolabor. Et ſciēt, k l

a ¶Hiero. Sub metaphora viri & vxoris. Dum enim vxorem diligit zelotypus eſt. ſi negligit. dicit: zelus meus receſſit a te. & vltra non iraſcar tibi.

quia ego dn̄s loquutus ſum in zelo m meo, cū impleuero oēm idignatio-

e nē meā in eis. Et dabo te ī deſertū & n in opprobriū Gētibus quę in circū- o itū tuo ſunt, in cōſpectu oīs ꝑtereūtis. Et eris opprobriū, & † blaſphe- p mia, exēplū & ſtupor ī Gētib⁹, q̄ in circūitu tuo ſunt, cū fecero ī te iudi

a ¶Vnde Paulus: Eramus natura filij iræ.

cia in furore & īdignatione, & ī in-

a ¶Nos quoq; cū Ieruſalem in hoc tabernaculo grauati ingemiſcimus, iram domini ſuſtinētes, qm̄ peccauimus ei.

crepationibus irę, q̄ ego dn̄s loquu-

a ¶Hæc omnia.

f tus ſum. quando miſero ſagittas fa q

¶Mutatio perſonæ.

mis peſſimas † in eos q̄ erant † mortiferæ, & quas mittā, vt diſpdā vos.

a ¶Horum noſtris temporibus memoria magis re ipſa ſuſcitatur, quàm litera quomodo videmus captiuos.

Et fāmē congregabo ſuper vos, & r

¶Vel firmamentum.

conteram in vobis baculū panis, &

a ¶Verbi Dei, panis, qui de cęlo deſcendit. b ¶Omnia nociua animalia.

g mittam in vos fāmē & beſtias peſſi s

¶Morbus.

mas vſq; ad internecionem. Et peſti t

¶Gladius.

lentia & ſanguis tranſibūt per te, & u x gladium inducam ſuper te: Ego do y minus loquutus ſum.

tiam, ita verum eſt quod inferam dictam pœnam.

c Pro eo q ſanctum meum. *Id eſt templum meo nomini conſecratum.*

d Violaſti. *ſcilicet ponendo ibi idola, vt habetur. 4. Regum. 21.*

e Ego quoque confringam. *id eſt te deſtruam, ſicut lagenam in partes minimas confractam.*

f Et non par. *in effectu exteriori.*

g Et non miſe. *affectu interiori.*

h Tertia pars. *Hic conſequenter parabola ſupra poſita ad propoſitum applicatur, & ex prædictis exponendo literam parabolæ patet litera vſque ibi:*

i Et complebo &c. *Loquitur de ſeipſo ad modum hominis irati, cuius ira quieſcit inflicta vindicta.*

k Et conſolabor. *Paſſiones enim iraſcibilis terminantur in paſſiones concupiſcibilis. Vindicans enim malum ſibi illatum valde delectatur. 2. Rhetoricor. & 4. Ethicorū dicitur: Ira dulcior melle in pectoribus virorum liqueſcit.*

l Et ſcient. *per experientiam pœnæ à me illatæ.*

m Quia ego do. *potens vindictam facere.*

n Et dabo te. *quæ prius eras magnificè habitata. Et loquitur de Ieruſalem deſtruēda.*

o Et in opprobri. *quæ ante fueras ſummè honorata.*

p Et blaſphe. *Ex hoc enim quòd videbatur tanta deſtructio, dicebatur, quòd hoc contigerat propter horribilia mala quæ fuerant in ea.*

q Quando miſe. *Dicit enim Vegetius libro de re militari, quòd in ciuitatibus obſeſſis & aliquando in caſtris, acrius pugnat fames quàm gladius.*

r Et conteram. *id eſt omne ſuſtentamentum cibi.*

s Et be. *ſerpentes & animalia venenoſa ad vos intoxicandum & interficiendum flatu & morſu.*

t Et peſtilentia. *id eſt aer corruptus.*

u Et ſanguis. *id eſt gladius effundens ſanguinem.*

x Tranſib. per te. *& ſubditur:*

y Et dominus &c. *cuius verbum non poteſt eſſe falſum, & ſic pœna dicta infallibiliter veniet.*

## GLOS. ORDIN. CAP. VI.

*Tropolo.*

E*T factus eſt &c.* Mon. Hie. Tro. Idola ſubuertēda ſignificat, & aras & ceremonias poſſumus per mōtes Iſrael

## NICO. DE LYRA.

¶ *Iudæi in occiſione Chriſti. propter quod incurrerunt tanta mala vel maiora per Romanos, quanta incurrerant per Chaldæos. ideo ſubditur:*

a Comedent patres filios ſuos &c. *hoc enim in vtraque obſidione. ſ. Chaldęorum & Romanorum fuit impletum.*

b Idcirco viuo &c. *Id eſt ſicut verum eſt, quod ego ſum vita per eſſentiam,*

## CAP. VI.

E*T factus eſt ſermo domi- z ni ad me dicens: Fili ho- a*

¶Vel obfirma.

minis pone faciem tuam ad mon-

b tes Iſrael, & prophetabis ad eos,

## NICOL. DE LYRA. CAP. VI.

E*T factus eſt. Poſtquam deſcripta eſt Ieruſalem obſidio & populi eius deſtructio, hic conſequenter deſcribitur totius Iudæa vaſtatio. & diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur hæc vaſtatio, ſecundo vaſtationis acceleratio capitu. ſequenti. Præſens autem capitulum in tres partes diuiditur. quia primo deſcribitur Iudææ generalis vaſtatio. ſecundo, aliquorum ſpecialis reſeruatio, ibi: Et relinquam. tertio cæterorum finalis deſtructio ibi. Hæc dicit dominus. Circa primum dicitur:*

a Fili hominis pone faciem tuam. *Id eſt* ¶ *reſpice*

## MORALITER.

✻ z *Et factus.* ſecundum literalem ſenſum in hoc capi. deſcribitur vaſtatio Iudææ generaliter per regem Babylonis, per quam myſticè ſignificatur eccleſiæ vaſtatio per aſtutiam dæmonis. In eccleſia verò militante ſunt principes & prælati, q per montes ſignantur pp altitudinem ſtatus ſui. Sunt ēt milites & clerici, qui per colles ſignantur, quia minores ſunt principibus & prælatis: Colles verò minores ſunt montibus. Sūt ēt religioſi q deſignantur per rupes, eò q ſtatus religioſorū eſt ſtatus aſperitatis. Sunt etiam laici vulgares qui per valles ſignantur, eò q ſunt in inferiori ſtatu reſpectu prædictorum: Et in omnibus ✻ iſtis ſtati



Iſrael principes accipere, & eos qui ſapientia potentiaq; &

A ſciētia, & diuitijs pollebant. & nota q facies contra mōtes obfirmat, nec ſolis montibus loquitur, ſed & collibus, rupibus, & vallibus, in quibus inferior dignitas & gradus ſcientiæ prudentiæq; cognoſcit. Hier. Tropolo. Mōtes ſunt q ad perfectā ſcientiam peruenerunt: Colles paulò inferiores, & rupes, nullam ſciam habētes, & tm̄ in conuerſatione fidētes aliqua ſibi de ſcripturis præſumunt, habentes zelum Dei, ſed non ſm̄ ſciētiā. Valles nouiſſimi in eccleſia, qui & vita & ſciētia inferiores, tamen de conuentu dominicę familię non recedunt. Oēs verbū dn̄i iubent audire, vt vnuſquiſq; pro modulo ſuo intelligat quid dominus præcipiat.

a *Hæc di.* Hic ſæpe in hoc ꝓpheta dicit: Adonai dn̄s. Adonai vnum eſt de decē vocabulis Dei, & ſignificat dn̄m, quo ſępe & in hoībus vtimur. Hoc quoq; Sara Abraham dn̄m ſuum vocabat vocabulo, & vbi dicit: Dn̄e mi rex, Adonai ſcriptum eſt. Qn̄ igitur duo dn̄i & domini iunguntur nomina, prius commune eſt ſecundū proprium nomen Dei, proprium † Appheon dicitur. i. ineffabile, quod ſcriptū fuit in aurea lamina, quæ erat in fronte ſacerdotis.

b *Et diſper.* Hier. Quod dicit ſe oſſa montiū diſpergere, indicat quoſq; eorū fortiſſimos ab inuicē ſeparandos. Prodeſt eū peruerſę ſcientię malos à malis diuidi ſicut illi qui ædificabant turrem pro vtilitate ſua diſperſi ſunt, & linguæ eorū diuiſæ ſunt, ne cōſenſus peſſimus peiores faceret eos: ita oſſa mōtium diſperguntur, vt conatus ſuos vanos intelligāt.

c *Et ca.* Hier. Quem. ſ. mōtes interfecerūt, vel eccleſiaſtici viri, qui malè viuentes, in ſalutem ſuam occiderunt, tunc. ſ. finis erit montium ſuperborum, vt co-

B gnoſcant, q ipſe ſit dn̄s. Poteſt autē fieri vt de vno populo mōtium alijs interfectis alij cognoſcant. Peſtilente enim flagellato ſtultus aſtutior erit.

d *Quiſu.* Hier. Apoſtoli. ſ. de ſemine Iſrael reſeruati ſunt, vt Euangelium prædicarēt in mundum diſperſi. Pōt aūt dici, q ideo aliqui de captiuitate Iudaica ſeruati ſunt, vt in Gētibus recordarentur nominis eius, & potentiam prædicarent. Hæretici quoq; qui euadere potuerunt gladium perditionis eorū & fictiones (q̄ contra Deū fuerant cōcitatæ) huc illucq; diſperſi, recordabūtur nominis dn̄i pęnitentiam agentes, & à catholicis ſe eſſe captos exultantes.

e *Quia con.* Hier. Hæreticorū quoq; cor vtiliter cōterit. i. theſaurus peruerſorum dogmatū, quia receſſit à dn̄o, & fornicantes oculi poſt adinuētiones ſuas, qui cum dn̄i fuerint recordati, diſplicebunt ſibi in abominationibus ſuis: & intelligentes veræ fidei veritatem ſcient, quia ipſe dominus, qui ideo ꝑcutit vt ſanet.

f *Et oculos.* per quorū feneſtras mors intrat. vnde duo presbyteri in Daniele Suſannam nudari fecerunt, vt ſaltem aperti corporis decore fruerentur.

g *Non fruſtra loquutus &c.* Gregor. quia pęnituerunt. Impęnitētibus dicitur: Sine cauſa percuſſi filios veſtros, diſciplinam enim non receperunt vel recipere noluerunt.

a *Percute*

## NICO. DE LYA.

¶ *reſpice terram Iſrael vultu irato, ad deſignādum iram Dei contra ipſam.*

a Hæc dicit do. *quaſi dicat nullus locus remanebit indiſcuſſus ab aduerſarijs diſcurrentibus vbique ad interficiendum homines latitantes, & rapiendum ſibi bona abſcondita, & comburendum ædificia.*

a ¶Qui idolis occupati. b ¶Non auribus, ſed imperio & potentia creatoris. cui ſimile: Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Mari quoq; dicitur: Tace & obmutEſce. Et de terra dicitur: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.

& dices: Mōntes Iſrael audite

a verbū domini Dei: Hęc dicit a

¶Superbis.

dominus deus mōtibus & col

¶Scientia inflatis.

libus, rupibus & vallibus. Ecce ego inducam ſuper vos gla

a ¶In quibus idola adorabant.

diū, & diſperdā excelſa veſtra, b

a ¶Non meas.

& demoliar aras veſtras, & cō

a ¶Quæ de corde finguntur. ¶Fictos Deos.

fringētur ſimulacra veſtra. Et c

a ¶Vt tibi iaciantur corpora mortuorum, vbi prius hoſtiæ. ¶Vt. ſ. ſe mortuos & figmenta ſua nihil ſibi prodeſſe ſentiant.

deijciā interfectos veſtros ante idola veſtra. Et dabo cadauera filiorū Iſrael ante faciē ſimula

b crorū veſtrorum, & diſpergā

a ¶Non tantum montium, ſed eorum qui iacebant in circumitu ararum.

oſſā veſtra circa aras veſtras in

¶Vrbibus & viculis.

omnibus habitationibus ve-

a ¶Conuentu. hæreticorum. b ¶Cauſa qua vrbes montium deſtruūtur, vt. ſ. excel. demo.

¶Superbiæ.

ſtris. Vrbēs deſertę erūt, & excelſa demolientur, & diſſipa-

a ¶Peruerſorum dogmatum.

buntur, & interibunt āræ veſtræ, & confringentur, & ceſſa

a ¶Quæ corde ſuo ſimularunt.

bunt idōla veſtra, & conteren

a ¶Phana quæ contra templum domini conſtruxerunt. ¶Non templa. b ¶Non del.

tur delūbra veſtra, & delebun

a ¶Montium. i. magiſtrorum, falſæq. ſcientiæ.

c tur opēra veſtra, & cadet inter fect⁹ in medio veſtri: & ſcietis d

¶Alias quoniam. a ¶Alia litera non habet ſum.

quia ego ſūm dominus. Et re e

a ¶Vnde: Reliqui mihi in Iſrael ſeptem milia virorum qui &c. Et paulus: Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ fient.

d linquām in vobis † eos qui fugerint gladium in Gentibus, cū diſperſero vos in terras: &

a ¶Alias liberati. ¶Apoſtoli, vel Cyrus & Darius.

recordabuntur mei liberāto- f

a ¶In quibus captiuitatis tempore verſabantur.

res veſtri in Gēntibus ad quas

e captiui ducti ſunt: quia † con- g

a ¶Vnde Hoſee. 4. c. Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. ¶Cum idolis.

triui cor eorū fornicāns & re- h i

¶Adulterio plenos.

f cedens à me, & oculos eorum fornicantes poſt idola ſua: &

¶Pœnitentes.

† diſplicebunt ſibimet ſuper malis quæ fecerant in vniuerſis abominationibus ſuis, & k

g ſcient † quia ego dominus nō fruſtra loquutus ſum, vt facerē eis malū hoc. Hęc dicit do- l

b Et diſperdam excelſa. *vbi colebantur idola.* C

c Et deijciam interſe. *quia corpora interfectorum vbique dimittentur inſepulta. cætera patent in litera vſque ibi:*

d Et ſcietis, quia ego ſum dominus. *per experientiam vindictæ meæ.*

e Et relinquam. *Hic conſequenter deſcribitur aliquorum ſpecialis reſeruatio, qui ad hoc ſunt reſeruati in vita & ducti inter Gentiles, vt per pęnitentiam ad Deum cōuerterentur, & à Deo in periculis liberarentur: & ex tali liberatione mirabili multi Gētiles conuerterentur ad fidem vnius veri Dei, ſicut in lib. Eſther legitur eſſe factum liberato populo à perſequutione Amā. & Danie. 3. vbi dicitur q liberatis tribus pueris de camino ignis rex præcepit per totū regnum ſuum revereri Deum cæli. Et hoc eſt quod dicitur: Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium. ſ. Chaldæorum ad vitam reſeruati.* Diuiſio

f Et recor. mei. *vt patet in exemplis poſitis.*

g Quia contriui cor eo. *vexatione dante eis intellectum.*

h Fornicans. *per idololatriam.*

i Et recedens. *latriam negligendo. ex hoc videtur, quòd non bene dicant, qui exponunt paſſum iſtum de Apoſtolis & alijs credentibus ex Iudæis, quia non fuit in eis pœnitentia de idololatriæ peccatis quæ hic tanguntur, quia illo tempore & ante per longum tempus ceſſauerat idololatria in Iudæis.*

k Et ſcient &c. ſ. pęnæ. *Dicit enim Philoſophus. v. Ethicorum. q pęnæ ſunt quædam medicinæ ad peccati correctionem. Et ideo ſicut medicina dicitur eſſe fruſtra, quando non inducit ſanitatē. ſic pena inflicta dicitur eſſe fruſtra, quando ad eam non ſequitur correctio. ſicut dicitur Iere. 2. f. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt, ſed ſi inde ſequitur correctio, ſicut in propoſito, tunc non eſt fruſtra à fine ſuo.* Philoſophus

l Hæc. di. *Hic conſequenter denunciatur cęterorum finalis deſtructio propter obſtinationem eorum in malo, cùm dicitur prophetæ.*

¶ a Percute D

## MORALITER.

✻ iſtis ſtatibus ſunt peccatores multi iuſtè pro ſuis peccatis puniendi. de quibus ſubditur:

a *Hæc dicit dominus Deus monti. & col. &c. Ecce ego adducam ſuper vos gladium &c.* ſcilicet iuſtitię meę per punitionem debitam iniquitatis veſtræ. Et ſubditur cauſa, cum dicitur: † aliquot q fugient.

b *Et diſperdam excelſa veſtra, & demoliar aras veſtras &c.* id eſt idololatriam veſtram. Idolum enim cuiuſlibet peccatoris eſt uitium, cui principaliter mancipatur. Epheſiorum. 5. a. Omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus. Illud quod eſt idolorum ſeruitus, non ſolum refertur ad auaritiam, ſed etiam ad alia vitia: Igitur ſecundum hoc poteſt dici quòd principes idololatrant ſuperbiæ. Milites & clerici ſimplicium oppreſſioni iniuſtæ, nam milites opprimunt ſimplices per potentiam. clerici verò per aſtutam malitiam. Religioſi verò per iuſtitiam ſimulatam. vulgares homines opprimunt ſe mutuò per fraudulentiam in contractibus humanis. Verumtamen quia in quolibet ſtatu prædicto ſunt aliqui boni, ideo ſubditur: † contriui me ꝑpter cor eorum

c *Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in Gentibus cum diſperſero vos in terras, & cætera.* id eſt euaſerint punitionem æternam. Quæ dupliciter euaditur. Vno modo per innocentiam vitę. Alio modo per emendam pœnitentiæ debitæ: & quantum ad hoc ſubditur: Et recordabuntur mei liberatores veſtri in Gentibus ad quas captiui ducti ſunt & cætera.

b Et di-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Percute manum tuam*. vt non modo voce,ſed & geſtu & habitu, ſtuporẽ admirationemq́; ſignifices ſuper peccatis eorum. Quomodo eñ aliquid nouũ mirandumq́; conſpicientes. tam corpore q̃ animo perhorreſcimus, manibus plaudimus, pedem ad terram allidimus, vocem ad fletum inclinamus: ſic ꝓpheta facit, oculis animi cernens ventura ſupplicia & abominationes domus Iſrael. Hier. Qui ſingulis vel pluribus deditus vitijs nõ põt ab eis ſeparari, quaſi quodam veterno peſtilentiæ corruit morbo. Hie. Qui ab eccleſia receſſerit, ſtatim peſte morietur. Qui ſibi ſciolus vr̃ & diligens niſi cauerit, gladio ferieť inimici. Qui ſimplici contentus fide, quaſi brutum animal verſatur quidem in eccleſia, ſed nullo opere ꝓficit, nec ſicut formica pręparat in meſſe ſibi cibum, fame morietur.

† perente pede tuo.ſ. terrã, iſtar irati terrã pede calcã tis.

b *Et ſcien*. Hiero. Qñ magiſtri hæreticorum, ab eccleſiaſticis qui inſtructi ſunt: doctrina ſcripturarũ contriti ſunt atq; ſuperati, videmus interfectos peruerſorum dogmatũ iacere inter ſimulacra q̃ finxerant de corde ſuo, & eos qui ſe eleuabant contra ſciẽtiam Dei, ſtratos in mõtibus collibuſq; ſub omni ligno nemoroſo. quæ habebant verba pompatica vmbramq́; foliorum, & nõ poma bonorum operum: qui erant ſub omni quercu frondoſa, quæ non fert fructũ hominum, ſed pecorũ, vbi accenderũt thura redo. vni. ido. ſ. q̃uo enim ſanctus odore ſuo Deum delectat, ſic peccator ex cuius perſona dicitur (Putrue. & cor. ſunt ci. m. à fa. inſi. inc.) accẽdit idolis ſuis thura fętentia.

Pſal. 37 b.

c *A deſer*. Hiero. Deblatha, maſſam ficuum ſonat caricarumq́; inter ſe cõpactarum, vt poſtq̃ ſ. hæretici in ſimulata dulcedine quę, nõ erat terræ cultæ, ſed ſolitudinis amaritudinem reppererint, cognoſcant ꝙ ipſe ſit dñs. Mel enim diſtillat de labijs meretricis, quod ad tempus impinguat fauces veſcẽtium, & poſtea felle amarius reperitur. Hoc quoq; ſignificant duo calathi ficuum in Ieremia cõtra faciem templi. vnus ficuum optimarum, vnus peſſimarũ: quorum alter ad eccleſiam refertur, alter ad congregationem malignantium. Hie. Multi putant deblatha & reblatha idẽ eſſe ꝑp ſimilitudinem deleth & res Hebraicarũ literarũ quæ paruo apice diſtant.

† id eſt

F

## GLOS. ORDIN. CAP. VII.

ET *factus eſt ſeruo domini ad me, &c.*

d *Finis*. Hie. iam in pręſenti. Quinto enim anno Sedechię cępit Ezechiel in Babylone ꝓphetare captiuis, & nono anno Nabuchodonoſor Ieruſalem obſedit, & anno Sedechiæ. 11. eã cępit.

e *Super quatuor plagas*. Hierony. alij alas. vnde Iſaias: Domine ab alis terræ portenta audiuimus, quæ ſcilicet per Apoſtolos in toto orbe gerebãtur. Et alibi: Si dormiatis iter medios cle. p. c. Et alibi: Quoties volui cõgregare filios tuos quemadmodũ gallina cõ. pu. ſ. ſ. a. Et alibi: Expandit alas ſuas & aſſumpſit eos: Quidã ſpũales alas terræ, quibus ad cęleſtia volamus, quatuor ponunt genera credentiũ, domũ Aaron, & domum Leui, & domũ Iſrael, & timentes dñm. vnde: Domus Iſrael benedicite domino: Domus Aaron benedi. do. Domus Leui bene. do. Qui timetis dominum benedi. do. In Aaron ſacerdotiũ. In Leui æditos & miniſtros. In Iſrael, cunctum populum. In timentibus dominum proſelytos intelligentes.

Iſa. 24. c. ſecundũ. Lxx. Pſal. 67. c. Matt. 23. d. Deu. 32. b. *Quatuor genera credentium* Pſa. 132. d. † infr. 9 b. *Ouidius in Metamor.*

f *Et non*. Hieron. Sicut medicus incidit, vrit, vt parcat non parcit. Immedicabile vulnus enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur. Flagellat Deus omnem filium quem recipit, vnde: Ego percutiam & ſanabo. Omnis medicina habet ad tempus amaritudinẽ, ſed fructus doloris ſanitate monſtrať. vnde Amos. Quoniam vos cognoui de vniuerſis tribubus terræ, idcirco vlciſcar ſuper vos omnia peccata veſtra.

G

a *Vias tu*

a ¶A malis operibus ſeparando.
minus Deus: Percute † manum
a ¶Ne gradiatur itinere peccatorum.
tuam, & † allide pedẽ tuum, &
a ¶Vt plãgas & plores quæ tibi diſplicent. ¶Hæc eſt cauſa ꝙ habitatores. ſ. montium & ararũ idolorumq; cultores gl. fa. pe. ru. ſunt.
dic heu ad omnes abominationes malorũ domus Iſrael, quia gladio, fame, & peſte ruituri
a ¶Obſidionem fugiens in deſertis. b ¶Fame.
ſunt. Qui lõge eſt, peſte morie-
a ¶Actus omni vento doctrinæ. b ¶Hoſtium. c ¶Diuiſus à fidei vnitate.
tur: qui autẽ propè, gladio corruet, & qui relictus fuerit & ob
a ¶In vrbe. b ¶Verbi Dei. c ¶Ignorans eum qui dicit: Ego ſum vita.
ſeſſus, famẽ morietur. Et † com
a ¶In his omnibus.
plebo indignationẽ meã in eis,
a ¶Qui ſupereritis.
& ſcietis quia ego dñs, cũ fue-
¶Ab hoſtibus.
rint interfecti veſtri in medio
¶Quæ colebant.
idolorũ veſtrorũ, & in circũitu ararum veſtrarũ, in omni colle excelſo, & in cunctis ſummitatibus mõtium, & ſubtus omne
¶Lucos ſ.
lignũ nemoroſum, ſubtus vniuerſam quercum frondoſam:
¶Vbi peccauerunt, Ibi puniendi ſunt.
† locum vbi accenderunt thu-
a ¶Non de eo qui poteſt liberare. ¶Quæ non profuerunt eis.
ra redolentia vniuerſis idolis
¶Tunc. a ¶Ad vltionem. b ¶Hucuſque contractam.
ſuis. Et extẽdam manũ meã
¶Hæreticos. ¶Eccleſiam eorum.
ſuper eos, & faciam terram deſolatam, & deſtitutam à de-
a ¶Quæ eſt in terra Emath. quæ nunc Epiphania vocatur.
b ¶Vt nihil ſit inter ſolitudinem & mare magnum, quod non hoſtilis mucro conſumpſerit.
ſerto Deblatha in omnibus habitationibus eorum, & ſcient quia ego dominus.

## CAP. VII.

ET factus eſt ſermo dñi ad me, dicẽs: Et tu fili hominis, hæc dicit domi-
a ¶x. ſiue. xij. tribubus. ¶Captiuitas.
nus Deus terræ Iſrael: Finis ve-
a ¶Non modo ſuper montes & colles. b ¶Orientem, occidentem, meridiem, ſeptentrionem. ſ. ex omni parte Iſrael.
nit, venit finis ſuper quatuor
¶Hiero. Nondum terræ.
plagas terræ. Nunc finis ſuper
¶Anthropoſpathos.
te, & immittam furorem meũ
a ¶Q. Non iniuſte, & non tantum ex indignatione, ſed ex ratione & æquitate.
in te. Et iudicabo te iuxta
¶Vt intelligas quæ geſſiſti.
vias tuas. Et ponam contra te omnes abominationes tuas. † Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor:

## NICO. DE LYRA.

a Percute ma. *percutiendo manus ad inuicem ad modum dolentis & irati.*

b Et allide. *impingẽdo ad lapidem ad modum hominis turbati, qui non aduertit vbi pedem ſuum ponit.*

c Et dic. *i. idololatras propter pœnam ſequẽtem, quę ſubditur:*

d Quia gla. *ſicut declaratum eſt cap. præce.*

e Qui lon. *ſcilicet ab aduerſarijs.*

f Peſte mo. *i. corruptione aeris & mortalitate.*

g Qui au. *ſcilicet aduerſarios.*

h Gladio. *aduerſariorum.*

i Et qui re. *confidens in fortitudine murorum, fame morietur.*

k Et ſcietis. *per experientiam vindictæ meę.*

l Cum fu. *vt vbi peccauerunt ibi puniantur.*

m Et ſub. o. *In talibus enim locis exercebant idololatriam maximè Veneris & Priapi, ibi in venerationem eorum ſuam exercẽtes luxuriã.*

n Vbi ac. thu. *quę ſoli Deo deberent offerri.*

o Et ex. ma. *i. poteſtatem iuſtitiæ meę.*

p Et fa. ter. *id vacuam hominibus.*

q Et deſtitutam. *bonis fructibus.*

r A deſerto. *ad quod in vna parte ſui terminatur Iudæa.*

s In om. *i. vſque ad finem alterum, ita ꝙ nihil remaneat quod non ſit deſertum.*

t Et ſcient. *per experientiam meæ punitionis.*

## NICOL. DE LYRA. CAP. VII.

ET factus eſt ſermo domi. *Hic conſequenter ponitur prædictæ vaſtationis acceleratio. Circa quod primo ponitur acceleratio exterminij, ſecundo excluſio remedij, ibi: Canite. Prima in duas: quia primo ponitur vaſtationis acceleratio. ſecundo, ipſius modus vel ratio, ibi: Floruit virga. Circa primum dicitur:*

H

x Finis. *id eſt finalis vaſtatio appropinquat, & replicatur: & hoc ad maiorem aſſertionem.*

y Super. *ſcilicet Iudeæ. ita quòd nulla pars remaneat quæ non vaſtetur.*

z Et iu. *id eſt ſecundũ opera mala quæ feciſti.*

a Et non parcet ocu. &c. *effectu.*

b Et non mi. *affectu.*

a Sed vias

## MORALITER.

o *Et fa*. In hoc. c. ſecundum ſenſum literalem denunciatur acceleratio uaſtationis Iudęorum, per quam moraliter ſignificatur acceleratio mortis peccatorũ: quã debẽt prędicatores publicè nũciare, ut homines ceſſent à peccato ſaltem timore ſeruili, ut per hoc deducantur ad hoc quòd peccatum caueant timore filiali. & ſic dicitur:

x *Finis*. per terram ſignificatur homo qui formatus eſt de humo. Huius terræ quatuor plagę, ſũt ętates quatuor principales. ſ. oriẽs iuuentutis, meridies ſtatus uirilis, quia tunc eſt in fortitudine ſua naturalis calor & lux rationis. & aquilo ſenectutis, quia tunc refrigeſcit calor naturalis. ſicut aquilo eſt frigida regio, & occidens decrepitæ ætatis, quæ ꝓpinqua eſt occaſui mortis. In omnibus autem iſtis ætatibus uenit mors aliquando repente: ꝑp quod in omni ætate debet ſe quilibet ad mortẽ præparare. Ber. O homo certum eſt ꝙ morieris, ſed ubi uel qñ uel quomodo incertum eſt. mors ubiq; te expectat: ſed ſi ſapiens fueris mortem ubiq; expectabis: & quia mors in qualibet ætatum dictarum uenit aliquando repetina. ideo dicitur hic quater: Venit finis &c.



a *Vias tuas*. Cui ſimile eſt hoc. Vlciſcar Iacob ſeruum meum ſecundum vias ſuas, & iuxta adinuentiones eius reddam illi.

A

b *Venit finis*. Hiero. id eſt extremum peccatorum † veſtrorum ſecundum illud: Implete menſuram patrum veſtrorum. Et illud: Nondum completa ſunt peccata Amorrhęorum. dum hoc impleretur, dilatum eſt ſupplicium. Hieron. poſſumus hoc ſpiritualiter interpretari cõtra populum Iudæorum, ſuper quem venit finis & cõſummatio à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zach. f. B. Quãdiu enim non miſerunt manus in filiũ Dei, dormitauit eis domini ſententia & dilata eſt. poſtquam autem interfecerunt hæredem vt periret hæreditas, euigilauit contra eos omnis ordo miſeriarum atq; perplexio: quia non cæleſtia quæſierunt. ſed terræ hærere cupierunt. Hieron. Poſſunt hęc de vltima captiuitate dici, quãdo poſt interfectionem Chriſti venit eis finis. Et euigilauit aduerſus eos peccatũ, & impletũ eſt illud Apoſtoli: Nunc peruenit in eos ira Dei in finem. tunc iudicati ſunt iuxta vias ſuas, quando indignatio Dei ſuper illos effuſa eſt, & receperũt ſecũdum ſcelera ſua, vt permaneat deſolatio vſque ad conſummationem.

c *Nunc de propin*. Hiero. Ab anno quinto tranſmigrationis regis Iechoniæ, vſque ad. 9. annum regis Sedeciæ, quando Nabuchodonoſor obſedit Ieruſalem, tres anni ſunt medij. vnde merito dicitur: Nunc de propinquo.

d *Floruit vir*. Hiero. de qua: Nõ auferam virgam à filio tuo. Et Apoſtolus: Quid vultis? in virga veniam ad vos? &c. Dauid quoq; ait: Viſitabo in verberibꝰ peccata eorum. Miſericordiam autẽ meam non di. ab eo, Finis florentis virgæ ſanitas & correctio, quæ non eorum merito venit qui corrumpuntur.

B

e *Venit tem*. Hiero. Nõ modo Ieruſalem, ſed & ei cui dicit: Stulte hac nocte au. a. t. à te. quæ autem præparaſti, cuius erunt? Et Apoſtolus: Tempus ait breue eſt. Et alibi: Pręterit figura huius mundi. Et pręſens tempus poſuit: quotidie enim labitur, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dominus ait: Cęlum & terra tranſibunt: quid ergo poteſt in humanis rebus eſſe perpetuum?

f *Qui emit non &c*. Hiero. Naturale eſt in poſſeſſionum emptione lætari, in venditione lugere: ſed inſtante captiuitate vanum eſt vtrumque. vnde: Tempus breue eſt: q habent ſic ſint quaſi non habeant, & qui flent quaſi non fleãt, & qui emũt quaſi non poſſideant.

g *Qui vendit ad id quod ven. non reuer. &c.* Hierony. Qui ſcilicet heretico errore fuerit deceptus cum deceptionem intellexerit, non reuertetur ad venditorem ſecundum. Lxx. id eſt ad magiſtrum, ſed omnino deſpiciet eum.

h *Viſio enim ad omnem multitudinem & c. et.* Hieronymus. Poſſumus dicere, ꝙ poſtquam receſſerit à Iudæis viſio prophetalis. Lex enim & prophetæ vſq; ad Iohannem: poſt interfectionem Saluatoris nõ regrediatur ad eos, nec vltra habeant ꝓphetas. Et ſignificanter dictum eſt: Viſio enim ad. o. m. e. non. r. Regredietur enim ad eos qui credunt. ad Apoſtolos ſcilicet, & ad reliquias, quæ ſaluæ fiunt.

a Canite

a ¶Vt videas.
ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuę in me
a ¶Vt cognoſcas. ¶Sic.
dio tui erunt: & ſcietis, quia
¶Solus.
ego dñs. Hęc dicit dñs Deus:
a ¶Singularis. ¶Vltio Dei. b ¶Q. In oculis eſt, non amplius effigies.
Afflictio vna, afflictio ecce
a ¶Completa eſt iniquitas tua.
venit. Finis venit, venit finis.
¶Hucuſq; dormiuit. a ¶Q. Ne putes me futura minari, digito oſtẽdo.
Euigilabit aduerſum te, ecce venit. Venit † contritio ſu-
a ¶Væ ſuper omnes qui habitant in terra: Sanctus autẽ dicit. Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut o. p. mei.
per te, q habitas in terra. Venit tempus: prope eſt dies oc
¶Sicut oculus quoq; hodie argumentatur.
a ¶Magiſtrorum. vnde: Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis.
ciſionis, & † nõ glorię mõn-
a ¶Non futura prædico.
tiũ. Nũc de ꝓpinquo effundã
¶Iam.
iram meam ſuper te, & complebo furorem meũ in te. Et
a ¶Q. Non eſt furor meus abſq; iudicio. b ¶Scilicet opera. c ¶Non meas.
iudicabo te iuxta vias tuas,
a ¶Super caput tuum, vt ſentias.
& ipõnã tibi oĩa ſcelera tua.
a ¶Qui conſpicit omnia ſolus, per quem videt omnia mundus.
Et nõ parcet oculus meus, neque miſerebor: ſed vias tuas
¶Cauſa quare non parcat.
impõnã tibi, & abominationes tuæ in medio tui erũt, &
a ¶Vt cognoſcas & pœnitentia emendes.
ſcietis quia ego ſum dñs percutiens, Ecce dies, ecce venit.
¶Quia percutio quem diligo.
a ¶Iam a conſilio Dei. b ¶i. abbreuiata. inſtat vicina captiuitas.
Egreſſa eſt † contractio. Flo-
a ¶Quæ minabatur & de flore fructum plagarum peperit. b ¶Quod meruiſtis.
ruit virgã, germinauit ſuperbia: iniquitas ſurrexit in † virga impietatis. Non ex eis, &
¶Qua ſubiectos cędebatis impie.
a ¶Qui. ſ. quaſi bruta animalia trahuntur a magiſtris. b ¶Quo ſeducti a magiſtris clamauerũt: Crucifige crucifige eũ.
non ex populo, neq; ex † ſonitu eorum: & nõ erit † requies
¶Et ideo. ¶Seu captiuitas æterna.
in eis. Venit tempus, appro-
¶Captiuitatis. a Ergo.
pinquauit dies. Qui emit nõ lætetur, & qui vendit non lugeat: quia ira ſuper omnẽ populum eius: quia qui vendit, ad † id quod vendidit non re
a ¶More iubilei: quia ante iubileum veniet captiuitas. b ¶Q. Qui modo viuunt captiuitatem videbunt, & non differetur in longum.
uertetur, † & adhuc in viuentibus vita eorum. Viſio enim
¶Comminatio præuiſa. ¶Quę fit.
ad omnẽ multitudinẽ eius
¶Irrita.
nõ regredieť, & vir in iniqui

b Afflictio vna. *id eſt multiplicatio afflictionũ vnius venientis ſuper alteram.*

C

c Finis ve. *toties replicatur ad oſtendendum accelerationem.*

d Et non glo. *id eſt Iudæa quæ eſt terra montuoſa. Cætera patent ex dictis, quia idem frequenter repetitur ad maiorem exaggerationem.*

e Floruit. *Hic conſequenter ponitur modus accelerationis ſecundum Hebræos, qui fuit per potentiam regis Babylonis. qui fuit inſtrumentum Dei in hac punitione, vt frequenter dictum eſt. ſupra in Iſaiam & Iere. & ſic dicitur hic: Floruit virga, id eſt rex Babylonis inualuit, qui eſt virga ad percutiendum Iudæam.*

f Germina. *quia victorias quas habebat virtute Dei, ex ſuperbia attribuebat propriæ virtuti.*

g Iniquitas ſurre. *quia ſuperatos & captos crudeliter & impiè tractabat ſecundum quod de eo dicitur Iſa. 12. b. Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione plaga inſanabili: ſubijcientem in furore Gentes, perſequentem crudeliter. Secundum alios vero hic ponitur cauſa ſiue ratio accelerationis, quę fuit ſuperbia Sedeciæ regis, ex qua rebellauit regi Babylonis, impiè frangendo ſuum iuramentum. 2. Paral. 36. Sic ergo dicitur: Floruit vir. id eſt ſceptrum Iuda, quod aliquando proſperitatem habuit ſub Sedecia. Germinauit ſuperbia. quia inde ſuperbiuit. Iniquitas ſurrexit. quia ex hoc iuramentum tranſgreſſus fuit.*

h In virga impiet. *quia ſic regnum ſuum fuit impium, & vaſtatione dignum.*

i Non ex eis. *hoc eſt non remanebit aliquis de domo Sedeciæ, quia ipſe fuit exoculatus, & in captiuitatem ductus, & filij eius occiſi.*

k Et non ex populo. *quia partim fuit captiuatus, partim occiſus.*

l Neque ex ſonitu eorum. *In Hebręo habetur: Neque ex cętu eorum: & per hoc intelligitur Iohannam filius Carææ & ſocij eius, qui poſt mortem Godolię fugerunt in Aegyptum: vbi poſtea per regem Babylonis fuerunt partim occiſi, & partim captiuati, vt dictum eſt ſupra. c. 5. ideo ſubditur:*

D

m Et non erit requies. in eis. *Non enim inuenerunt requiem in Aegypto, ſicut credebant. vnde dicebant: Intrabimus Aegyptum, vbi clangorẽ tubæ non audiemus &c. Iere. 42. c.*

n Venit tempus. *deſtructionis.*

o Qui emit non lætetur. *quia citò perdet.*

p Et qui vendit non lu. *quia citò perderet etiã ſi non venderet.*

q Et adhuc in viuenti, vita eorum. *id eſt ſufficiat eis ſeruare vitam, ſi poſſint.*

r Viſio enim ad omnem multitudinem eius. *Id eſt viſio facta prophetæ de multitudinis captiuitate.*

s Non regre. *id eſt non retractabitur, ſed procedet in effectu.*

t Et vir in iniquitate vitæ. *ſic vt poſſit euadere mortem vel captiuitatem.*

† virgã impiam

† eiſipſis. i. ex eorũ ſemine

† lamentũ i. nullus eſt q ſtudeat conuerti.

a Canite

## MORALITER.

a *Floruit*. Hic moraliter ponitur proceſſus peccati in augmentatione ſui. Per floritionem enim virgæ ſignificatur proſperitas temporalis, ex qua frequenter procedit elatio mẽtis. ideo ſubditur.

f *Germinauit*. ex qua ſequitur vlterius contemptus & depreſſio hominũ aliorum, ideo ſubditur:

g *Iniquitas ſurrexit*. quæ propriè importat peccatum cõtra proximum cui debetur æquitas à proximo de iure naturali. ſecundũ quod dicitur: Hoc facias alij quod tibi vis fieri. ex peccato vero contra proximum procedit homo ad peccandum contra Deum, ideo ſubditur:

Matt. 7. k.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sed vias tuas ponam ſuper te. *id eſt pondus pœnæ, tuis operibus debitæ.*

b Afflictio

h *In vir*. Secundum Tullium: Pietas eſt cultus Deo debitus, & per conſequens impietas eſt vitium auferens cultum Deo debitũ, propter quod eſt directè contra Deum.

*Pietas & impietas ſecundũ Tullium*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

a *Canite tuba.* Hier. De tubis in multis legimus: Quaſi tuba exalta vocẽ tuã. Et alibi: Clangite in neomenia tuba in inſi d.ſo.ve. Et Apoſtolo. In iuſſu & in tuba Dei deſcẽdet de cęlo: & in Euangelio. Nolite tuba canere ante vos. Et tubas ductiles atq; argẽteas in Numeris inuenimus, quæ ꝓpheticæ doctrinę & Apoſtolicæ cõparant̃: & præcipit̃ vt oẽs ad ſignũ clangoris & buccinæ præparent̃ ad bella. Hier. In noſtra quoq; terra.i. in Ieruſalem, qñ nos vel ꝑſequutio publica, vel vitiorũ incẽtiua ſuperare nitunt̃: Fruſtra magiſtri tuba reuocãt, & ad bella ꝑparare feſtinãt, cũ nulla ſit in nobis fortitudo, qa irã Dei pñtia meruere peccata.

Iſa.58.a. Pſal.80.a. 1 Theſ.4.d. Mat.6.a. Num 10.a.

b *Quaſi col.* Hiero. Hæ colũbę q̃diu in cõuallibus ſunt, ad ſingula trepidant: harũ iubemur imitari innocẽtiam, de quibus: Si dormiatis inter medios cleros &c. In huius ſpeciæ deſcendit ſpiritusſanctus, & manſit ſuꝑ Saluatorẽ.

Pſal.67.c. Mat 3.d.

c *Omnes.* Hie. In noſtra quoq; Iudęa.i. eccleſia, in qua Dei eſt cõfeſſio, cũ iniquitas abũdat, & refrigeſcit charitas, oẽs manus bonorum operum diſſoluuntur, & genua fluunt aquis, eorũ.ſ. qui concubitus immundos quęrunt, ſuſtinentes ſeminis fluxum. Tales verò debent accingi cilicijs pœnitentię, & venturum iudicem formidare. vnde: Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate.

† gemẽtes. Iſa.35.a.

d *In vniuer.* Quod luctum.ſ. ſignificat. qñ perdit decorẽ cęſaries, & pulchritudinẽ comarũ amittimus. vnde: Pro ornamẽto capitis habebis caluitium ꝑꝑ opera tua. Et alius propheta, Oĩa capita in oĩ loco attondentur, & oĩs barba radetur. Et Michæas: Attonde & decaluare ſuper filios deliciarũ tuarum: Dilata caluitiũ tuũ ſicut aquila, & ſuper mortuos iubet̃ fieri caluitiũ. † Iudęi.i. Nazaręi, & q ad põtificiũ venire meruerũt, non radũt capita ſua. neq; cũ mortis opera hñt nec immũdi fiũt, quia ſancti.i. Nazaræi dñi ſunt: Qđ ſi iuxta eos qſpiã mortuus fuerit, oẽs dies priſtini nõ reputabunt̃ ſanctificationis eorũ. Samuel, qa ſanct⁹ Dei æterna capitis ornamẽta poſſedit. vnde in Cãticis: Cincinni tui nigri ſunt, ſicut coruus. Samſon q ꝑdidit comã, perdidit fortitudinẽ, & renaſcẽtibus capillis vires priſtinas recuperauit, vt moriẽs multò plures, q̃ viuus occideret. Eliſæus licet corporis haberet caluitiũ, tñ quia Nazaræus dñi erat, cincinnis capitis fruebatur. vnde Paruuli (quia paruuli erant, necdũ ad virilem ætatẽ peruenerant) illudẽtes caluitio eius atq; dicẽtes: Aſcende calue, aſcẽde calue, ferarũ morſibus laniati ſunt, quarũ ſalt⁹ & ſyluæ ſunt habitaculũ.

Iſa.3.d.& 15 a. Iere.48.f. Mich.1.d. F † Sancti. † Soph.1.d. Cant.5.c. Iudi.16.e. 4.Reg.2.d.

e *Argen.* Hier. Qui fugiunt de Ieruſalem, aurum ſuum & argentum proijciunt in lata & ſpacioſa via, quę ducit ad mortem, quia anguſtam ſalutis viam reliquerunt.

f *Argen.* Hier. Argentum, eloquium, aurum ſenſus ſcripturarum: Quæ electa ſunt mundi & in ornamẽtum data nobis, hęretici poſuerunt in fomẽtum & materiam ſuperbiæ, & imagines diuerſorum dogmatum & abominationum atque offendiculorum ſuorum fecerunt ex eis, vt vnde poterant Deum colere & adorare, inde offenderent.

† adytũ.i. ſanctũ ſanctorum

g *Et dabo.* Hier. Nos quoq; tradimur in manus inimicorum & à Deo alienorum, qñ facimus ornamẽta noſtra ſimulacra dęmonũ, & oĩs gloria noſtra poſſidet̃ ab impijs, vt nos ſuæ ſubijciant poteſtati.

h *Et introibunt.* Hiero. Hoc & à Babylonijs, & ab Antiocho & Pompeio: & ad extremũ ſub Veſpaſiano & Tito factũ eſſe ſcimus, qñ templum ſubuerſum eſt, & oĩa impleta, quæ ſermo propheticus commemorat. Alleg. Ad noſtra quoq; mala oꝑa auertit Deus faciem ſuam, & ſic Dei violatur arcanum, vt pro ſacerdotibus & ſanctis Dei emiſſarij ingrediantur, & vniuerſa contaminentur, vt fiat locus immũditiæ, qui debuit eſſe ſanctitatis. vnde: Domus mea domus orationis vocabitur, vos aut feciſtis eam ſpeluncam latronum. G

a Fac con-

a ¶Non proderit ei iniquitas ſua.
tate vitæ ſuæ nõ confortabitur.
a ¶Vos qui huic præeſtis officio. b ¶Qua audita. ¶Ad prælium contra Babylonios. ¶Ironice.
Canite tuba, præparetur omnes, a
a ¶Tamen. ¶Quia non profuit moneri.
et non eſt qui vadat ad prælium. b
a ¶Irato Deo, nihil eſt humana fortitudo.
Ira enim mea ſuper vniuerſum c d
a ¶Ieruſalem vel terræ Iudæorum. b ¶Vt ſupra.
populũ eius. Gladius foris, & peſtis & fames intrinſecus. Qui in e f g
a ¶Extra domini ciuitatem.i. eccleſiam. b ¶Diaboli.
agro eſt, gladio morietur: & qui
a ¶Negligens. ¶Non præparans cibos, de quibus: Qui operatur terram ſuam replebitur panibus.
in ciuitate, peſtilẽtia & fame deuorabuntur.
a ¶Pauci.ſ. qui hęreticorum gladium vel deſidię famem mortemque vitauerint.
Et ſaluabuntur qui h
a ¶Non alibi ſaluaberis.
fugerint ex eis. Et erunt in monti i
a ¶Vnde: quis dabit mihi pennas ſicut columbę. & volabo & re. ¶Tunc.
b bus quaſi columbę cõualliũ omnes † trepidi, vnuſquiſque in ini- k
¶Pro.
a ¶Tunc. ¶Nullus audebit rebellare.
c quitate ſua. Omnes manus diſ- l
a ¶Timore. b ¶Pauoris magnitudine non poterit veſica fluentes aquas retinere.
ſoluentur, & omnia genua fluent m
a ¶Pœnitentię.
aquis. Et accingent ſe cilicijs & n
a ¶Non hoc ſolum ſub Babylonijs, ſed ſub Romanis in populo illo factum eſt. b ¶Faciei rubor pudoris indicium eſt: conſcientia peccatorum lucet in facie, quod eſt ſpes ſalutis. vnde glorianti in peccatis ſuis dicitur: Facies meretricis facta eſt tibi, noli erubeſcere.
operiet eos formido: & in omni
d facie confuſio, & in vniuerſis ca- o
a ¶Quod eſt ſignum luctus. b ¶Tunc.
e pitibus eorũ caluitium. Argen- p
a ¶Vrgente captiuitate, ne fugientibus ſint oneri, quę paulo ante fuere voluptati.
tum eorum foris proijcietur, &
a ¶Quia munditiam habere non poteſt, qui extra eccleſiam eſt.
aurum eorum in ſterquilinium
¶Dentes precioſiſſimo metallo illi, ſi non minus lęduntur, quàm duro lapide. a ¶Eloquium. b ¶Senſus.
f erit. † Argentum eorũ & aurum
a ¶A fame vel obſidione. ¶Quia extra eccleſiam.
eorum non valebit liberare eos
a ¶Ab æterna fame. b ¶Senſualitatem.
in die furoris domini. Animam
a ¶Oculi impiorum inſatiabiles.
ſuam nõ ſaturabunt, & ventres
a ¶Quia inde idola fabricata cultores ſuos damnantia.
eorũ non implebuntur: quia † ſcã- q
a ¶Argentum & aurum. b ¶Quaſi quę dederam in ornamentum.
dalum iniquitatis eorum factũ eſt, & ornamentum monilium r
ſuorum in ſuperbiam poſuerũt, & imagines abominationũ ſuarum & ſimulacrorum fecerunt ex eo. Propter hoc dedi eis il- s
a ¶Aurum & argentum. b ¶Symmachus, in nauſeam tranſtulit, ſordes idolorum demonſtrans.
g lud in imunditiã, & dabo illud ĩ t
a ¶Hoſtium.
manus alienorũ ad diripiẽdũ, &
¶Ideo.
impijs terrę in ꝑdã, & cõtamina-
a ¶Ne videam has abominationes.
bũt illud. Et auertã faciẽ meã ab u
a ¶Quia mea facie indigni. b ¶Tunc auerſa facie. c ¶Sanctaſanctorum, quę ſolis ſacerdotibus & ſoli pontifici patebant.
eis, et violabũt † arcanum meum x y
h & introibũt in illud † emiſſarij, & z

les perſonæ & ribaldi.

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Canite. *Poſtquam prædicta eſt acceleratio exterminij. Hic conſequenter ponitur hæc excluſio remedij. & primo ponitur hæc excluſio, ſecundò finalis cõcluſio, ibi: Fac cõcluſionem. Primum fit oſtendendo, quòd non poſſint euadere nec ſe defendendo nec ſe redimendo, ideo ſubditur: Canite tu. vos qui habetis officium excitandi alios ad bellum. Et loquitur ironicè, quaſi diceret pro nihilo facietis, ſubditur:*

b Et non. *Cuius ratio ſubditur:*

c Ira enim. *cui nullus poteſt reſiſtere.*

d Super vni. *ſcilicet Ieruſalem.*

e Gladius. *interficiens eos qui inuenientur extra ciuitatem.*

f Peſtis. *quæ frequẽter acrius pugnant, quàm gladius, vt dicit Vegetius libro de re militari.*

g Qui in agro. *Repetitio eſt euſdem ſententię ad maiorem aſſertionem.*

h Et ſal. *ad loca inacceſſibilia.*

i Et erunt. *Id eſt quæ prius habitabant in conuallibus ſecurè. ſed quia inde aduolant ad montes timore volentium eas capere, ſunt ibi valde trepidæ, & ſic iſti fugitiui erunt ibi in timore poſiti.* H

k Vnuſquiſque in iniquita. *id eſt pro iniquitate ſua hoc patietur.*

l Omnes ma. diſ. *Timor enim magnus reddit membra exteriora trementia, & per conſequens ad ſe defendendum inualida.*

m Et omnia ge. *ſcilicet vrinæ. timor enim diſſoluit veſicam, & facit fluere vrinam.*

n Et accingent ſe cilicijs. *in ſignum triſtitiæ & anxietatis.*

o Et in vniuerſis. *quia præ dolore radent ſibi capillos.*

p Argentum eorum &c. *id eſt argentum & aurum non plus valebit ei quàm ſterquilinium, quia inde non poterunt habere cibum propter totalem defectum victualiũ, nec inde poterunt ſe redimere de manibus aduerſariorum. Cuius ratio ſubditur:*

q Quia ſcandalum &c. *id eſt pro iniquitate ſua corruerunt abſque reſurrectione.*

r Et ornamentum monilium. *i. quia de auro & argẽto fecerũt ornamenta ſibi in ſuperbiam, & ſimulacra ad exercendum idololatriã. ideo non valebit eis in neceſſitate poſitis, ſed magis dabitur eorum aduerſarijs, ideo ſubditur:*

s Propter hoc de. eis &c. *id eſt non plus valebit eis quàm ſterquilinium.*

t Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ imp. &c. *id Chaldæorum.*

u Et auertam faciem. *ſubtrahendo eis omne meum auxilium.*

x Et violabunt. *ſcilicet Chaldæi.*

y Arcanum me. &c. *id eſt templum, & maximè ſanctumſanctorum, quod nullus debebat ingredi, niſi ſummus ſacerdos ſemel in anno.*

z Et introibunt in illud emiſ. &c. *id eſt vi-*

¶ a Fac con-



a *Fac concluſionem.* Hiero. i. iram meam breui ſermone concludę: vt quõ terra plena eſt iudicio ſanguinum. (Omnes.n. in ſanguine iudicant fundentes innoxium ſanguinẽ, quod & in Naboth feciſſe Iudæos ſcriptura commemorat) ſic ipſorum cruor fundatur & plena iniquitatis ciuitas demonſtretur. Nam & ſub Manaſſe repleta eſt Ieruſalem à porta vſq; ad portam ſanguine prophetarum. venietq; eis concluſio, vt nemo poſſit euadere. A

b *Angu.* Hier. Qui.n. audiuit, pax huic domui: nec eam ſeruauit, nec in corde retinuit: ſed malis operibus fugauit, quæret & non inueniet.

c *Conturba. &c.* Sicut econtra ſanctis dicitur: Gaudete in domino ſemper. iterum dico gaudete. Et, ibunt de virtute in virtutem, vt bona præſentia bonis futuris cumulent.

d *Et quærent.* Hiero. Quotidie hæc in eccleſijs requiruntur, quæ cùm viſionem, legem, cõſiliumq; perdiderint, fruſtra prophetas & ſacerdotes & ſeniores ſe habere iactant.

e *Rex lugebit.* Hiero. Allego. Rex lugens noſtra peccata Chriſtus eſt, qui ait: Quæ vtilitas in ſanguine meo, dũ deſ.in cor? Et: Flens ſuper ciuitatem ait: Ieruſalem Ieruſalem quæ occidis prophetas, & la.e.q ad te miſſi ſunt: quoties volui congre.fi.tu. &c. Principes, vel boni.i. Apoſtoli, q lugent peccatores. Vel mali, quibus dicitur: Audite verbum domini principes Sodomorũ, qui iuxta. Lxx. induuntur mę rore, quia non habent armaturam Dei, nec Chriſto ſunt induti. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſũt, Chriſtum induti ſunt.

f *Secundum viam eo.fa.* Hiero. Peccatoribus reddit Deus iuxta vias ſuas: ſed in ſanctis excedit modum clementia. Non enim condignæ ſunt paſſiones huius tpis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Stipendia peccati mors, ſ̃m opera.ſ. Iuſtorũ autem virtus domini fruet̃ largitate. Vnde: Gratia autem Dei vita æterna. B

g *Et ſcient quia.* Hier. Iſte verſiculus frequenter in hoc libro ponitur, ꝙ ſupplicia atq; cruciatus ſequatur ſciẽtia Dei: vt quẽ nõ intelligebãt ꝑ bñficia, ꝑ tormẽta cognoſcãt.

¶Dominus ad prophetam.
a contaminabunt illud. Fac † concluſionẽ, a
a ¶Idem quoq; nobis contingit, ſi fuerit terra noſtra plena ſanguinibus, & habitatio iniquitate.
quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena ini- b
a ¶In loco prophetarum & ſacerdotum. b ¶Babylonios vel dæmones.
quitate. Et adducam peſsimos de c
a ¶Animas. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.
Gentibus, & poſſidebunt domos d
¶Sic. ¶Quæ hoc meruit.
eorum. Et quieſcere faciam ſuperbiam potentium, & † poſſidebunt e
a ¶Quę poteus ingrediens contaminauit, & ideo mea non ſunt. b ¶Non mea.
b ſanctuaria eorum. † Anguſtia ſu- f
a ¶Quæ exuperat omnem ſenſum. vnde, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.
perueniente requirent pacem, & nõ g
c erit. † Cõturbatio ſuꝑ conturbatio- h
a ¶Mala malis accumulans.
nẽ veniet, & auditus ſuper auditũ. i
a ¶Propria verba, prophetę futura præuident. ſacerdotes legem interpretantur. ſeniores conſi iũ perſcrutantur. vnde: In conſilio iuſtorum & congregatione. Magna opera domini &c.
d Et quærent viſionẽ de propheta, & k
lex peribit à ſacerdote, & cõſiliũ à ſe- l m
a ¶Sedecias. ¶Ergo. b ¶Omnis Iudęorum.
e nioribus. Rex lugebit, & princeps n o
a ¶Cum hęc fuerint. b ¶Non Dei vnde: Recedentes a te in terra ſcri. Sanctorum vero nomina ſcripta ſunt in cœlis.
induetur mœrore, et manus populi p
¶Ordinem ſuum perdentes.
f terrę conturbabuntur. Secundum q r
a ¶Secundum illud: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. Et illud: In quo iudicas alterum, teipſum condemnas.
viam eorum faciam eis, & ſecundum iudicia eorum iudicabo eos,
a ¶Sic. b ¶Tandem. c ¶Vt.ſ. quem non ſenſerunt per beneficia, ſentiant per tormenta.
g et ſcient quia egõ dominus.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Fac concluſionem. *Hic conſequenter ponitur prædicti negotij finalis concluſio, ſignificando, quòd illud quod dictum eſt ſit determinatum à Deo abſque retractatione. Ideo dicitur prophetæ: Fac concluſionem. In Hebræo autem habetur: Fac catenam. quaſi dicat: Iam catenæ ſunt paratæ ad ligandum eos, & ducendum in captiuitatem.* C

b Quoniam terra ple. eſt &c. *Quia in ea condamnati ſunt innocentes ad mortem per iniquos iudices. Ideo iuſtum eſt, vt habitatores eius occidantur vel captiuentur.* † catenam

c Et adducam peſſi. *i. Chaldæos, qui erant idololatræ & crudeles valde.*

d Et quieſcere faciam ſu. *id eſt regis & principum & ſacerdotum.*

e Et poſſidebunt ſanctuaria eorum. *Scilicet aduerſarij.*

f Anguſtia ſuperueniente requirent. *Ab aduerſarijs.*

g Et non erit. *Vnde Sedecias reddidiſſet ſe Chaldæis, niſi timuiſſet illudi à Iudæis qui transfugerant ad Chaldæos, vt habetur Iere.38.* † polluentur.

h Conturbatio ſuper conturba. ve. *id eſt multiplicabitur vna ſuper aliam.* † Præciſione.

i Et auditus. *Malorum rumorum.*

k Et quærent viſionem &c. *Id eſt à prophetis falſis, & non valebit eis. Vel de propheta vero, quia Sedecias in arcto poſitus quæſiuit ſermonem domini à Ieremia. Ierem.38. ſed eius conſilio non acquieuit.*

l Et lex &c. *Quia Chaldęi combuſſerunt legem.*

m Et conſilium. *Id eſt ab ordinarijs iudicibus quos interfecit Nabuchodonoſor, eò quòd relaxauerãt iuramẽtum Sedeciæ, quod fecerat regi Babylonis, vt dicunt Hebræi. Ideo ſubditur:*

n Rex lugebit. *ſ. Sedecias excæcatus & in captiuitatem ductus.*

o Et princeps induetur mœrore. &cæt. *Id eſt principes Sedeciæ. Ponitur hic ſingulare pro plurali, ſicut Exod. 8. f. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum.* D

p Et manus populi terræ. *Id eſt virtutes eorum.*

q Conturbabuntur &c. *Quia non poterunt ſe defendere.*

r Secundum viam eorum faciam eis, & ſecundum &c. *Reddendo pęnam debitam pro peccatis.*

## GLOSSA ORDIN. CAP. VIII.

E*T factum eſt.* Quinto anno tranſinigrationis Iechoniæ, quarto menſe, quinta menſis ſuperior viſio facta eſt ad prophetam. Hæc autẽ ſexto anno eiuſdem regis ſexto menſe, quinta menſis. i. à priore poſt annum & duos menſes, vel etiam tanto ſpacio intermiſſa eſt prophetia, vel quæ ſuperior ſermo comprehendit, geſta ſunt.

b *In an.ſex.* Hiero. Senarius ad fabricam mundi pertinet, quæ ſex diebus facta eſt. in quinta menſis. Quinarius ad quinque ſenſus carnis qui terrena conſpiciunt nõdum cęleſtia contemplantur: quia ad presbyteros Iuda dirigitur ſermo, ex quibus ſeptuaginta tenebant thuribula, vigintiquinque in templo adorabant ſolem.

a Et

## CAP. VIII.

a b E T factum eſt in anno ſexto a b in ſexto menſe, in quinta c
a ¶Fugiens frequentiam multitudinis.
mẽſis, egõ ſedebam in domo mea, d e

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

E T factum eſt. *Superius denunciata eſt Ieruſalem & totius Iudęæ deſtructio. hic conſequenter ponitur multiplex abominatio quæ fiebat in Ieruſalem, & fuit in parte ſuæ deſtructionis ratio. Diuiditur ergo præſens capitulum in duas partes, quia primò ponitur conditio reuelationis factæ. Secundò, multiplicatio abominationis reuelatæ, ibi: Et dixit ad me. Prima in duas, quia primo ponitur reuelationis factæ tempus. Secundò, locus, ibi: Et emiſſa. Circa primum dicitur:*

a Et factum eſt in anno. *ſ. tranſmigrationis IoaKim regis Iudæ.*

b In ſexto men. *ſcilicet die v.*

c Menſis. *Ex hoc patet, quòd hæc viſio facta eſt poſt illam quæ ponitur ſuprà. 1. cap. per annum integrum & duos menſes: quia illa fuit facta anno quinto tranſmigrationis IoaKim, quarto menſe, quinta die menſis, vt habetur ibidem.*

d Ego ſed. *Id eſt manebam, ſicut Deuteron. 1. g. dicitur: Et ſediſtis in Cades multo tempore.*

e In domo mea. *Recluſus & iacens ſuꝑ latus dextrum adhuc. Quod declaratur ſic, quia iſta viſio facta eſt poſt primam per annum & duos menſes præciſè, vt dictum eſt. Annus autẽ habet trecẽtos ſexagintaquinq; dies, & duos menſes quinquagintanouem: qui ſimul iuncti faciunt quadringentos viginti quatuor dies. Præceptum autem fuit Ezechieli iacere primò ſuper latus ſiniſtrum trecẽtisnonaginta diebus, vt habetur ſuprà. 3. ca. Et ſecundo ſuper latus dextrum quadragima diebus, qui ſimul iuncti faciunt quatuor centos triginta dies. Et ſic patet, quòd ſi Ezechiel à principio primæ viſionis iacere cępiſſet ſuper latus ſuum ſiniſtrum, adhuc remanerent ſex dies ad minus, quibus tenebatur iacere ſuper latus ſuum dextrum, quando hæc viſio fuit ſibi facta. Item non habuit præceptum de iacendo ſuper latus ſuum ſiniſtrum à principio primæ viſionis: ſed per ſeptem dies poſt, vt patet ſuprà. 3. & 4. cap. qui iuncti cum iſtis ſex faciunt tredecim dies: & ſic te-*

¶ nebatur

## MORALITER.

✱ a *Et factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinta menſis, ego ſedebam in domo.* In hoc capitulo deſcribitur ad literam quadruplex idololatria populi Iudæ, per quã myſticè ſignificatur quadruplex ſpiritualis idololatria Gentis Chriſtianæ. Prima tangitur ibi: Et adduxit me in Ieruſalem. Et ſubditur: terram Iſrael.

✱ Vbi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

E a *Et ſenes Iuda.* Senes Iuda non Iſrael,i.decem tribuum,quę prius captiuatæ erant. Ad eos enim ſermo eſt, qui de tribu Iuda cum Iechonia ducti ſunt in captiuitatem.

Num.4 b *Ab aſpectu lumbo.* Hier. Notandum autem,quòd nec ignis vſque ad pedes,nec ſplēdor electri vſque ad caput ducitur, ſed deorſum & ſurſum : vt tā in peccatoribus quam in ſanctis pro diuerſitate meritorum, alius vſq; ad illud vel illud membrum.alius vſque ad illa vel illa perueniat,& quomodo qui ſanctitatis perfectionem tenent, ad verticem vſque perueniunt,ſic qui in peccati profundo iacent, igneorum pedum plantas habent.

c *Similitudo manus.* Hierony. Humani, ſcilicet corporis aſſueti,ne paueat qui aſſumitur, Si enim in colubri vel aliarum beſtiarum ſimilitudine apprehendiſſet, non immeritò terruiſſet.

d *Et eleuauit me ſpiritus.* Hiero. Prius à ſimilitudine manus apprehenditur, poſt à ſpiritu leuatur, non ſtatim ad cœlum, ſed inter terram & cœlum, vt terrena interim relinquēs feſtinet ad cęlum. Poſſumus autem dicere ꝙ propheta propter bona opera ſimilitudinem manus Dei apprehēſus ſit. & propter ſcientiam rerum ſpiritualium eleuetur à ſpiritu.

e *Idolum zeli ad prouocan.* Quod ſcilicet ad æmulationem & zelum prouocat dominum. Vnde: Ipſi me prouocauerunt ad zelum, in eo quod nō erat Deus, & ego prouocabo eos ad zelum in Gente quæ non eſt. Deut.32.c

f *Et ecce. &c.* Vt ſui ſcilicet præſentia, idolum templumque deſtrueret. Vnde citò ſubuerſio templi ſequitur. vnde Iſaias dicit, quòd lectus anguſtus duos capere non poteſt, & pallium breue vtrunque operire non poteſt. Q. Quę conuentio Chriſti ad Belial? & templo Dei cum idolis? Iſa.28.c 2.Cor.6.c F

a Fili

† ad oſtiū portæ atrij interioris.

† ad iram

a ¶Hiero. Vel prophetæ verba audire cupientes, vel inſidiantes.

a & ſenēs Iuda ſedebant coram me. a

¶Tunc. a ¶Repente. b ¶Omne donum perfectum deſurſum eſt. c ¶Operatio, vt viſionis ſacramenta poſſem cognoſcere.

Et cecidit ſuper me ibi manus do- b

¶Sic. a ¶Rei non res ipſa.

mini Dei. Et vidi: & ecce ſimilitu- c

b do quaſi aſpectus ignis. Ab aſpe- d

a ¶Igne purgantur opera coitus, quæ in lumbis ſignantur vſque deorſum.

ctu lumborum eius & deorſum

a ¶Opera virtutum quæ a lumbis ad ſuperiora conſurgunt, ſplendorem habent atque fulgorem.

ignis, & à lumbis eius & ſurſum quaſi aſpectus ſplendoris, vt e

a ¶Non ipſa manus, in Deo enim nihil corporale eſt.

c viſio electri. Et emiſſa ſimilitu- f

do manus apprehendit me in cin- g

¶Totum enim caput apprehendi non poteſt manu.

d cinnō capitis mei : & eleuauit me h

ſpiritus inter cœlum & terram. Et i

adduxit me in Ieruſalem in † viſio- k

a ¶Spiritu, non corpore, ſicut poſſumus & cœlos & profunda maris & inferna conſpicere, ſingulorum, ſcilicet rationes complecti cogitatione. b ¶Vnde poſſit alta cernere.

¶Atrij exterioris.

nē Dei † iuxta oſtiū interius, quod l m

a ¶A quo exardeſcunt mala,a quo olla ſuccenſa.

reſpiciebat ad aquilonem, vbi n

¶Baal.

e erat ſtatutum idolum zeli ad pro-

¶Dei.

f uocandum † æmulationem. Et o

ecce ibi gloria Dei Iſrael ſecundum viſionem quam videram in

*hoc ſatis poteſt litera applicari. Alij verò dicunt quòd ſibi fuit oſtenſum in forma templi Salomonis. Et hoc videtur mihi probabilius dictum, quia ad hoc fuit ſibi oſtenſum, vt videret abominationes quæ fiebant in Ieruſalem de præſenti, & quæ factæ erant de præterito. Templum autem quod deſcribitur infrà. xl. capitulo non fuit ſibi oſtenſum pro aliqua abominatione videnda, ſed magis ad vidēdum reſtitutionem cultus Dei perfectiſſimi tempore futuro, vt videbitur ibi domino concedente. In templo verò Salomonis poſita fuerunt idola à tempore Manaſſe. & adhuc ſtabat illud templum, propter quod videtur probabilius, quod prophetæ fuerit oſtenſum. Sciendum ergo, quòd templum Salomonis circa ſe habuit tria atria. Illud autem quod erat templo propinquius, dicebatur atrium ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum. Et in hoc atrio erat tantum vnus ingreſſus, ſcilicet in parte orientali directè contra portam templi. Secundum atrium dicebatur mundorum, quoniam accedebant illuc cauſa orationis & etiam oblationis, quam faciebant ſacerdotibus in porta atrij ſacerdotum. Tertium dicebatur atrium immundorum. Et in iſtis duobus atrijs erat triplex ingreſſus. Vnus in parte aquilonari. Alius in parte orientali. Tertius verò in parte auſtrali ſecundum modum hic figuratum. Sciendum tamen quòd in plano non poſſunt figurari niſi fundamenta parietum. Et ideo illud quod erigebatur ſurſum oportet per imaginationem inſpicientis ſuppleri. His autem præmiſſis ſciendum, quòd propheta primò fuit adductus intra atrium immundorum prope portam aquilonarem, & ibi vidit idolum zeli. Secundò fuit adductus ad portam aquilonarem atrij mundorum. Et ibi iuxta portam quæ clauſa erat, vidit in muro foramen, quod perfodiens tranſiuit in atrium, & ibi vidit ſenes thurificantes idolis depictis. Tertiò fuit adductus ad portam atrij ſacerdotum, quæ erat in parte orientali, & ibi vidit mulieres plangentes Adonidem. Quartò fuit adductus intra atrium ſacerdotum. Et ibi vidit viros adorantes ſolem orientem. Primò ergo deſcribitur prophetæ adductio, cùm dicitur: Et emiſſa ſimilitudo manus:* G H

*Scilicet Dei vel Angeli in ſpecie hominis apparentis.*

g Apprehendit me in cincinno capitis mei. *Id eſt in floccello capillorum.*

*b* Et eleuauit me ſpiritus inter cęlum & ter. *Eleuatione ſcilicet imaginaria, non reali.*

*i* Et adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei. *id eſt viſione à Deo facta.*

K Iuxta oſtium &c. *ſcilicet atrij immundorum.*

*l* Interius. *Ad ſignificandum, quòd non fuit poſitus extra atrium illud, ſed intra.*

*m* Quod reſpiciebat ad aquilonem. *Ad differentiam aliorum duorum oſtiorum eiuſdem atrij, ſcilicet orientalis & auſtralis.*

*n* Vbi erat ſtatutum idolum zeli ad prouocandum æmulationem. *In Hebræo habetur: Accenſionis, ſcilicet iræ. Illud enim erat idolum Baal, in cuius cultu prouocabatur ira Dei contra populum.*

*o* Et ecce ibi gloria Dei Iſrael ſecundum viſionem &c. *Id eſt viſio Dei glorioſa ſimilis illi viſioni quæ deſcribitur in principio huius libri.*

¶ a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *nebatur adhuc iacere ſuper latus ſuum dextrum tredecim diebus : niſi forſitan dicatur quòd terminus à Deo fuit ſibi abbreuiatus de iacentia prædicta, quod litera non prætendit : ſed magis contrarium dicit. Et ideo cum dicitur hic : Ego ſedebam in domo mea. Sedere hic accipitur pro manere, quæ manſio indifferenter poteſt accipi ſtando vel iacendo vel ſedendo. & hic accipitur iacendo, vt declaratum eſt.*

*a* Et ſenes Iuda ſedebant coram me. *Hic accipitur ſedere propriè. venerant enim ad conſolandum prophetam, qui tam diu iacebat, vt languidus, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt, quòd venerant ad interrogandum eum de ſtatu Ieruſalem. Et hoc videtur probabilius, quia ſtatim ſubditur reuelatio facta prophetæ de deſtructione Ieruſalem futura propter abominationes ibi factas. Ideo ſubditur :*

*b* Et cecidit ſup. *Eleuans me ad contuendum ſpiritu ſtatum Ieruſalem.*

*c* Et ecce ſimilitudo. *ſ. hominis.*

*d* Quaſi aſpectus ignis. *Ad deſignandum incendium ciuitatis futurum. Et propter hoc ſic apparebat in parte inferiori.ſ. à lumbis viri & deorſum.*

*e* Et à lumbis &c. *Ad deſignandum, quòd propter ruinas & clades quæ fiunt hic inferius, nulla fit diminutio ſeu immutatio in ſplendore maieſtatis diuinæ.*

*f* Et emi. *Hic conſequenter tangitur huius viſionis locus, ſcilicet templum Ieroſolymitanum : ad cuius conſpectum fuit adductus propheta, non in corpore : ſed in ſpiritu. Sciendum tamen propter intellectum ſequentium, quòd aliqui expoſitores dicunt, quòd templum fuit ſibi oſtenſum non in illa forma, quæ deſcribitur tertio Regum de templo Salomonis, ſed in illa forma quæ deſcribitur infrà. xl. ca. Et ad hoc*




## MORALITER.

✻ n *Vbi erat ſtatutum ido. zeli. &c.* Secundum Hebræos iſtud idolum erat idolum Baal, quod deuorator interpretatur. Propter quod ſignat ventrem, & eſt idolum ſeruientium gulæ, ſecundum quod dicitur ad Philipenſes tertiò. d. Quorum Deus venter eſt. Quod exponens Hugo de ſancto Victore, dicit : Solent dijs templa conſtrui, altaria erigi, miniſtri ad ſeruiendum deputari, hoſtię



A a *Fili hominis leua.* Hier. Q. Ne me putes immeritò templum deſtruere & ciuitatem meam relinquere, aſpice quæ faciūt hic. Nec putes in his eſſe ſcelerum finem, adhuc maiora videbis. Hoc quoq; de noſtra ciuitate Ieruſalem,& de noſtro templo poteſt intelligi,quādo ſicut Ophni & Phinees idolorum operamur ſcelera in tabernaculo Dei, & fornicamur cum his quæ ſe militiæ & miniſterio Dei vouerūt, & ſacrificiorū primitiua decerpimus. dantes in vſum clientium & famulorum, & omnia lucri cauſa facimus. Si autem tanta ſunt quæ videmus quantò maiora ſunt quæ noſtros effugiunt viſus?

b *Fode pa. &c.* Vt amplius.ſ.facias foramen, quod vidiſti : quo aperto videas quę exterius poſitus nō vidiſti. In hoc oſtēditur tam in eccleſijs quam in ſingulis nobis ꝑ parua vitia maiora monſtrari, & quaſi per foramina ad abominationes maximas perueniri. Ex fructibus enim arbor cognoſcitur, ſicut ex abūdantia cordis os loquitur. id eſt pro ſigno ſunt interioris hominis verba erumpentia. vnde libidinoſum aliquando turpis ſermo demōſtrat, auaritiam latentem paruulæ rei cupido ſignat. Minoribus enim maiora monſtrantur: vultuq; & oculis diſſimulari non poteſt conſcientia, dum luxurioſa & laſciua mens lucet in facie, & ſecreta cordis motu corporis & geſtibꝰ indicantur. Vnde: Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.

c *Et ecce omnis.* Non ſolū idolum zeli erat in introitu portę, ſed omnes templi parietes diuerſis idolorum imaginibus pingebantur, vt nulla eſſet beſtia, quam non parietis pictura monſtraret. Hoc in phanis Gentilium vſq; hodie cernimus, vbi omnia beſtiarum genera adorat ſtulta religio. vnde Vergilius Omnigenumq; Deum mōſtra. Ecce omnis. In noſtri quoq; tēpli parietibus, idola pingimus, quando vitijs ſubiacemus, & i corde noſtro peccatorum conſcientiam pingimus, & imagines diuerſas. de quibus dr̄: Dn̄e in ciuitate tua imaginem eorum diſſipabis. Et alibi. Verumtamen in imagine perambulat homo. Nullus.n. homo eſt qui aliquam non habeat imaginem, aut ſanctitatis, aut peccati. Vn̄ de furioſis dr̄: Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis.ſ.a.ſ.&c. De hominibus nequam. Generatio viperarum, qs oſtendit vob.&c. Et de verſipelli: Ite, dicite vulpi illi. Et de amatoribus fęminarum: Equi inſanientes in fœminas. De brutis quoq; & vecordibus: Nolite fieri ſicut equus & mulus. Et multa huius generis. B

d *Et ſeptuaginta viri.* Hiero. Orandū nobis eſt, ne ſeniores domus Iſrael ſeptenarium numerum (qui ſanctus eſt) ſeptem decadibus multiplicantes, ſtent in erroribus ſuis, & adorent picturas idolorum, vaporq; ſacrilegij aſcendat reſiſtens Deo. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael &c. Signat, quòd non omnes presbyteri hæc faciebant, ſed forſitan alijs peccatis ſubiacebāt. Hiero. Cùm viderimus plebem peſſimam congregatam. De qua : Odiui eccleſiam malig. & peiores plebe præpoſitos, & principem nequiorem qui præfectus plebi & presbyteris, dicamus Iechoniam ſtantem ante picturas, & ſingulos tenere thuribula, non Dei maieſtatem, ſed proprias ſententias adorantes, nec odorem bonum ad Deum ſed fœtorem ad idola peruenire.

e *Vides filis hominis quæ ſeniores domus Iſrael &c.* Hiero. ſecundum Anagogem poſſumus intelligere principes eccleſiarum in tenebris facere quod turpe etiam eſt dicere: Hic eſt abſcōditus homo. De quo dicitur, Intra in cubiculū tuum, & qui videt in abſcondito, reddet tibi.

f *Non vi. &c.* Si dn̄m præſentem & omnia videntem & vindicantem cogitaremus, aut vix aut nunquàm peccaremus.

a Dere-

¶Poſt hæc. ¶Hiero. vel ſpiritus qui leuauit me, vel gloria Dei.

a campo. Et dixit ad me: Fili homi a

nis, leua oculos tuos ad viam a- b

a ¶Ibi enim ſtatus eſt Baal.

quilonis : Et leuaui oculos meos

a ¶Hiero. Lxx. Ab aquilone vſq; ad portā orientalem.

ad viā aquilonis: & ecce ab aquilone portę altaris idolum zeli in c

ipſo introitu. Et dixit ad me : Fili hominis, putaſne vides tu quid iſti faciūt, abominatiōes magnas d

quas domus Iſrael facit hic, vt ꝓcul recedā à ſanctuario meo? Et e f

¶Quæ intrinſecus latent.

adhuc conuerſus videbis abominationes maiores. Et introduxit g h

¶In viſione.

me ad oſtiū atrij. Et vidi, & ecce foramē vnum in pariete. Et dixit

b ad me: Fili hominis, fode parietē. Et cùm perfodiſſem parietē, apparuit oſtium vnum. Et dixit ad i

me: Ingredere & vide abominationes peſſimas quas iſti faciunt

¶In viſione.

c hic. Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptiliū & animaliū abominatio, & vniuerſa idola k l

domus Iſrael depicta erant in pa-

d riete, in circumitu per totū. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus do- m

a ¶Nominatim quaſi princeps ſacerdotum deſignatur, qui religione amiſſa in tēplo Dei colebat idola. b ¶.ſ.Iudicij.& condamnationis

mus. Iſrael, & † Iechonias filius Sa n

a ¶Firmus in ſcelere. b ¶In malo obſtinatorum.

phan ſtābat in medio eorū ſtantium ante picturas, & vnuſquiſq; o

a ¶Quas adorabant.

¶Ad ſacrificandum.

habebat thuribulū in manu ſua,

a ¶Surgens ex thure offerentium ſacrilegia demonſtrabat.

& vapor nebulę de thure conſur

a ¶Q. Ex iſtis oſtenditur quid vnuſquiſque faciat in cubili ſuo. b ¶Vel audiſti.

e gebat. Et dixit ad me: Certe vides p

fili hominis quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſq; † in abſcondito cubilis ſui.

a ¶Multi putant dominum talia non curare, & ad illum vicia noſtra non peruenire.

f Dicunt enim : Nōn videt domi- q

## NICOLAVS DE LYRA. C

¶ a Et dixit. *Hic conſequenter ponitur multiplex abominatio. Et diuiditur in quatuor partes, ſecundum quatuor abominationes prophetæ oſtenſas. Et patebunt partes proſequendo. Prima ergo abominatio.ſ. de idolo Baal ponitur, cùm dicitur :*

*b* Leuas oculos tuos &c. *id eſt verſus portam aquilonarem.*

*c* Et ecce ab aquilone portæ alta. &c. *Dicunt hic expoſitores communiter, ꝙ hoc erat altare holocauſtorum, & dicebatur porta illa, porta illius altaris, non quia per portam illam eſſet ingreſſus ad altare holocauſtorum, ſed ſolum per portam orientalem, vt prædictum eſt, ſed quia altare holocauſtorum non erat rectè in medio atrij ſacerdotum, ſed in parte aquilonari illius atrij, & ſic reſpiciebat directè portam illam: propter quod dicebatur porta altaris. Poſſet etiam aliter dici, quòd dicebatur porta altaris.ſ. idoli zeli quod erat iuxta introitum portæ, & illi idolo erat altare conſtitutum à quo denominabatur illa porta. Cætera patent ex dictis vſque ibi :*

*d* Abominationes magnas &c. *Id eſt idololatrias.*

*e* Vt procul recedam à ſanctu. *Non per loci mutationem, cùm Deus de neceſſitate ſit vbique per eſſentiam, præſentiam & potentiam, ſed per gratiæ & condeſcenſionis meæ ſubtractionem.*

*f* Et adhuc. *Hic ponitur ſecunda abominatio, cum dicitur :*

*g* Videbis abominationes. *Duplici ratione: quia prædicta abominatio erat tantum reſpectu vnius idoli, hæc autem reſpectu multorū. Item quia hæc erat in loco ſanctiori. ſ. in atrio mundorum. Ideo ſubditur :*

*h* Et introduxit me. *ſ. mundorum. Cætera patent vſque ibi :*

*i* Apparuit oſtium vnum &c. *Quaſi cuiuſdam cameræ exiſtentis intra atrium mundorum.* D

*K* Et ingreſſus. *Dictam cameram.*

*l* Vidi, & ecce om. ſimilitudo reptilium & ani. &c. *Talia enim adorabant, & colebant, ſecundum quod dicitur Iſa. 2. d. Vt adorarent talpas & veſpertiliones.*

*m* Et ſeptuaginta viri de ſenioribus &c. *Ex quo erat peccatum grauius ratione perſonarum.*

† Iezonias

*n* Et Iechonias filius Saphan ſtabat in medio &c. *Iſte vt dicit Ra. Sa. erat honorabilis, & alios induxerat ad idololatriam. Ideo præ cæteris expreſſè nominatur.*

*p* Certè vides fili hominis quæ ſenio. &c. vnuſq. *Propter hoc ad hoc ſignandū per foramen intrauit propheta ad thalamum exiſtentem vltra murum.*

*q* Dicunt enim &cæt. *Id eſt facto oſtendunt, quaſi Deus eos non videat. Vel hoc dicitur, quia inciderant in intellectum erroneū.ſ. ꝙ diuina prouidentia non ſe extendat ad hæc inferiora, ſecundum quod dicitur Iob. 23. b. in perſona taliter errantium. Circa cardines cęli perambulat, nec noſtra conſiderat.*

¶ a Et dixit

## MORALITER.

✻ ſtię immolari, & thura concremari. Deo ventri templum eſt coquina, miniſtri coquinarij, immolatæ pecudes, coctæ carnes, fumus incenſorum, odor ſaporum. Idololatria ſecunda, eſt multorum ſimulacrorum, quæ tangitur ibi :

l *Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo.* Per quæ ſignantur homines in poteſtate conſtituti, licet ſunt indigni. Vnde dicitur Zachar. 11. d. O paſtor & idolum &c. Qui ſunt idola ambitioſorum & adulatorum, qui tanquàm Deos colunt eos, vt per eos valeant promoueri, licet ſint indigni.

m *Et ſeptuaginta viri.* Sequitur :

o *Et vnuſquiſque.* Secundum quod dicit Seneca : Cùm cuncta vitia cum homine ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. propter quod inter ambitioſos idololatrantes dicto modo ponuntur hic ſeniores. Tertia idololatria ponitur ibi :

✻ *Et dixit*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E a *Dereliquit domi.ter.* Hier. hic etiam Philoſophorum eſt, qui ex ſiderum curſu atque conſtantia ſuſpicantur proinde regi cœleſtia, & contemni terrena, quaſi nihil recti iuxta ordinem geratur in terris.

*Adonidis feſtiuitate quā apud Gentiles celebrari ſolitum fuit.*

b *Et dixit ad me.* Hier. Poſt principum & ſeniorum vitia inducuntur mulieres amatorē plangentes, ſocietate eius priuatæ, & exultantes ſi potuerint obtinere. Qui verò Gē tiles fabulas ſubtiliter interpretantur, interfectionem & reſurrectionē Adonidis planctu & gaudio proſequentes (quorum alterū in ſeminibus quæ moriuntur in terra, alterum in ſegetibus, quibus ſemina mortua renaſcuntur) oſtendi putant. Nos quoq; eos q ad ſeculi bona vel mala, vel cōtriſtantur vel exultāt, mulieres dicimus, molli & effęminato aīo, & plangere Thammuz. i. quæ in mundo dicunt pulcherrima.

c *Et ecce ibi mu. ſe.* Quem ſ. Hebræi & Syri Thāmuz vocant. vnde quia iuxta Gentilem fabulam in mēſe Iulio amaſius Veneris & pulcherrim⁹ iuuenis, occiſus & rediuiuus narratur: eūdem Iulium menſem eodē nomine vocāt, & ei anniuerſariam ſolennitatem celebrant, in qua à mulieribus quaſi mortuus plangitur, & quaſi reuiuiſcens canitur atque laudatur.

d *Abomi. ma.* Omnes hęreticos peiores eſſe prioribus. i. idolo cœli pictiſque in pariete figuris animalium, & plangentibus Adonidem mulieribus: per quē idololatria & voluptas monſtratur, ſciet qui prophetam dicētē intelligit.

Pſ.49.c Tu autem odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retror. Et alibi.

Iere. Verterunt contra me ſcapulas. Non ignoramus Martionem & alios hæreticos, qui vetus laniant teſtamentum,

F contempto creatore i. Deo: aliū quendam nouum Deum colere et adorare, quem de corde ſuo finxerūt. Omneſq;

†fœtorem noſtri tpis hæretici, qui Dei filiū prędicant creaturam, & tamen eum adorāt relicto diuinitatis templo, & poſt tergum habito, cōfitētur ſe adorare creaturam. Nos autem ſic adoramus ſolē iuſtitiæ, vt Deum adoremus in tēplo veteris teſtamenti, vbi lex & prophetæ, vbi Cherubim & propitiatorium.

e *Quaſi vigin. vi.* Signat vingintiquinq; viros, qui in quadrū ſolida ſtatione fundati ſunt, & à quinque ſenſibus per quinquies quinq; figurā efficiūt quadranguli, non ſolum tēplum habere poſt tergū, ſed inſtar idolorum applicare ad nares ſuas ramū palmarum. ſ. quæ Græcè baccæ dicuntur, vt per hoc eos idola adorare ſignificet.

f *Quia replen.* Hæretici quoq; (qui repleuerunt terrā iniquitate, & conuerſi ſunt ad falſi noīs ſciētiam) vt dñm ad iracundiā ꝓuocarent. idola quæ finxerūt adorare nō metuūt.

1.Cor.13.a g *Ergo & ego.* Hiero. Non ꝙ crudeliter agat, ſicut mentiūtur hæretici. Simile. n. ait Paulus, quē boni Dei cultorem dicūt: Si venero, non parcam. Qui enim nō intelligunt quod ſibi proſit, & frequenter deprecantur, expedit eis, vt non exaudiantur. vnde orantes dicimus: Fiat voluntas tua, non noſtra. Magnæ fœlicitatis eſt, ad præſens miſericordiam non mereri. His ergo qui ſunt de domo Iuda, & à confeſſione eccleſiæ receſſerunt, non parcet dominus, cū clamauerint vo-

Matt.6.b

2.Par.30.d ce magna. Vnde: Clamor eorum peruenit ad me &c. non exaudiet eos, vt malis coacti intelligant, quod fecerunt.

a nus nos: dereliquit dominus ter- a
b ram. Et dixit ad me: Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores, quas iſti faciunt. Et in- b
troduxit me per oſtiū portæ domus domini, quæ reſpiciebat ad c
c aquilonem. Et ecce ibi mulieres d e
ſedebant plangētes †Adonidem.
Et dixit ad me: Certè vidiſti fili hominis: Adhuc conuerſus vide-
d bis abominationes maiores his.
Et introduxit me in atriū domus f
dñi interius. Et ecce in oſtio tem- g
pli domini inter veſtibulū & alta h
a ¶Contemnentes creatorem.
e re, quaſi vigintiquinq; viri, dorſa i
a ¶Contra quod dominus orare præcepit vbicunq; homines eſſent, ne more Gentium adorarent contra orientem.
hābentes contra templum domini, & facies ad orientem, & ado- K
¶Adorantes creaturam.
rabant ad ortum ſolis. Et dixit ad me: Certè vidiſti fili hominis: Nū l
quid leue eſt hoc domui Iuda, vt facerent abominationes iſtas,
f quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate conuerſi ſunt ad irritandum me? Et ecce ap- m
plicant † ramum ad nares ſuas.
¶Pro his omnibus
g Ergo & ego faciam in furore, n
non parcet oculus meus, nec miſerebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, nō exaudiam eos.

G a Et dixit. *Hic ſequitur tertia abominatio, quæ etiam dicitur maior præcedentibus, quia erat in porta atrij ſacerdotū. Et hoc eſt qđ dicitur:*

*b* Et introduxit me per oſtium. *Dicebatur autem porta atrij ſacerdotum porta domus domini ſiue templi, quia erat rectè oppoſita illi portæ, eò quòd vtraque erat in parte orientali.*

*c* Quæ re. ad aqui. *In illa. n. porta, quæ erat in parte orientali, erant duo oſtia quæ claudebantur in columna media, ſicut cōiter fit in magnis eccleſiis. Et ſic vnū illorum oſtiorū erat in parte aquilonari illius colūnæ, & verſus aquilonē aperiebatur. Aliud verò in parte auſtrali. propheta autem fuit introductus per oſtium quod aperiebatur verſus aquilonem.*

*d* Et ecce ibi. *Iuxta illud oſtium.*

*e* Mulieres &c. *Dicunt. n. expoſitores Latini, ꝙ iſte Adonis dicebatur amaſius Veneris, cuius mortem mulieres plangebant, ita quòd ritus illius idoli erat in planctu & fletu mulierū. in Hebræo habet: Plangentes Thāmuz. qđ ſignificat incenſionem, eò ꝙ ſicut dicit Ra. Sa. idolum illud erat cōcauū & fiebat ignis intra, cuius calor ſurſum aſcendens, faciebat liqueſieri oculos ipſius idoli qui erant plūbei, & ſic videbatur plorare: propter quod mulieres in eius cultu flebant.*

*f* Et intro. *Hic ponitur quarta abominatio, cū dicitur: Et intro. &c. per quod deſignatur atrium ſacerdotum, quod vocabatur atriū interius, eò ꝙ erat templo propinquius.*

*g* Et ecce in oſtio tem. *i. ante oſtium.*

*h* Inter veſti. &c. *i. inter porticum templi & altare holocauſtorum, quod erat in eodē atrio, vt prædictum eſt.*

*i* Quaſi vigin. *Ex quo abominatio illius idololatriæ dicebatur maior, quia oſtendebatur in loco ſanctiori, & in contemptu templi Dei conſecrati videbatur fieri, eò quòd idololatrantes habebant dorſa ad templum.*

*K* Et ado. *Adorantes ſolem tanquàm Deū.*

*l* Nunquid le. *q. d. non, immo valde graue.*

*m* Et ec. *Quod exponūt doctores noſtri dicentes, ꝙ quia idola erāt in alto eleuata, iō iſti idololatræ eleuabāt ramos ad tangēdū ea, & poſtea applicabāt ad nares ſuas in reuerentiam idolorū. Hebręi dicunt, ꝙ hæc eſt litera: Et ecce ad fę. tū ſcdm Hebræos prius fuit ſcriptū: Ad naſum meū. Sed quia iſtud videbaī contra Dei reuerētiā, iō ſcribę mutauerūt iſtud, ſicut & in pluribus locis alijs. Et vocaī apud Hebræos tiquin ſopherim. i. adaptatio ſcribarū hic ponendo: ad nares ſuas, ita ꝙ fœtor ad idololatras referatur agendo & ſuſcipiendo: tū in cōi modo loquendi de pcīō vili dicunt homines, quòd fętet in naribus Dei: ſed ſecundum veritatem fętet in naribus peccātium, inquātū deteriorant ꝑ ipſum, & nō ipſe Deus.*

H *n* Ergo & ego. *i. in vindicta iuſtitiæ: meæ reddendo eis pęnam debitam pro abominationibus prædictis. Cætera patent.*

MORALITER.

✱ a *Et dixit ad me: Adhuc conuer. &c.* Sequitur:

d *Et ecce ibi mu. ſede. &c.* i. Amaſium veneris. Per iſtas mulieres ſignificantur molles & effœminati luxurię dediti, ideo dicitur quòd illę mulieres ſedebant. Per quod ſignificatur ocioſitas vitæ, quæ nutrit vitium luxuriæ. Vnde poeta: Otia ſi tollas, periere cupidinis artes. Per hoc autem, quòd mulieres plangebant amaſium veneris tanquàm mortuum: ſignificatur quòd homines in luxuria nutriti valde dolent, quando in eis incipit deficere potentia coeundi. Idololatria quarta ponitur ibi:

g *Et ecce in oſtio templi do. inter. veſt. &c.* Per quos ſignificantur apoſtatæ à fide vel à religione. maximè quando ſunt in ſua malitia firmati, quæ ſignificatur per numerum vingintiquinque, qui numerus eſt quadratus: quia reſultat ex ductu quinarij in ſeipſum.

*In capitulo. viij. vbi dicitur in Poſtilla: In domo mea recluſus eſt iacens ſuper latus dextrum.*

ADDITIO I.

Non comprobatur ex litera, an hæc viſio facta prophetæ fuiſſet ipſo iacente ſuper latus dextrum, vel ſiniſtrum, aut ſedentē tm̄. Deductio. n. Poſtil. non vr̄ ad hoc facere. nam ꝙ fuit præceptum prophetæ de iacendo ſuper latus dextrum vel ſiniſtrum certis diebus, non eſt neceſſe vt illi dies intelligantur continui: & ſic potuit propheta implere diuinū mandatum intercíſim ꝑ diuerſa tpa. vnde qđ hic dr̄: Ego ſedebā in domo mea, intelligēdum eſt illud ſedere ſicut aliud ſedere qđ immediatè ſeqr̄. ſ. Et ſenes Iudæ ſedebāt corā me: Qđ intelligiī de exiſtēdo vel manēdo, nō autem de iacendo. Et ſub iſta ſignificatione in alijs locis ſacræ ſcripturæ pluries inuenitur.

In

*In eo. ca. vbi dicit̄ in Poſtilla: Mulieres ſedebāt plangentes Adonidē.*

ADDITIO II.

Rabi Moy. Aegyptius in ſuo libro de directione perplexorum parte tertia, ſcripſit ꝙ inuenerat in quodam libro antiquo de cultibus idolorum. quòd olim quidam de prophetis idolorum nomine Thammuz inſtabat apud quęndam regem, vt coleret planetas & ſigna cęleſtia: quem quidem Thammuz ipſe rex ferociter interfecerat, & quod in nocte mortis illius congregata ſunt omnia idola de diuerſis partibus ad quoddā templum in Babylonia, in quo erat idolum ſolis aureum pendens inter cęlum & terram, qđ quidem idolum ceciderat in medio templi, & alia idola in circuitu eius, & quòd idolum Solis narrabat cæteris illud quod contigerat Thammuz prophetę, vnde omnia idola plorabant & lugebant tota no-



A cte, & ideo cum eſſet mane volauerunt idola ad templa ſua in diuerſis terræ partibus. ex quo inoleuit vſus vt in prima die menſis Thammuz qui eſt quartus menſis ſecūdum Hebræos, lugerent homines ſeu mulieres ad idololatriam dediti ſuper Thammuz in quolibet anno. Hæc ille. Quæ quidem narratio poſito ꝙ ſit fabuloſa, prout veriſimiliter apparet, tamen ſufficiens eſt, vt ex ea ſumatur vera expoſitio huius literæ. ſ. mulieres ſedebant plangentes Thammuz. Nam idololatrarum geſta cōiter fundantur in falſis & fictitijs narrationibus. Caput. n. idololatrarum. ſ. diabolus mendax eſt & pater mendacij. Ioh. 8. f. Si fortè narratio prędicta ſit vera, & hoc quia virtute

virtute dęmonum & per magicas artes Deo permittente fiunt miracula plerumq; ſimilia illis miraculis, quæ fiunt per ſeruos Dei, vt Auguſt. dicit li. 83. quæſt. intelligendum tamē miracula largè ſumpta, non propriè, vt in prima parte. q. 94. ar. 4. in cor. q. tunc ex prædicta narratione conſurgit quoddā fidei noſtræ teſtimoniū. Nam cum iſta tam magna & admiranda antiquis tpibus fiebant, quæ tn̄ poſt aduentum Chriſti nullibi ſimilia inueniuntur, ſignum eſt manifeſtum, ꝙ per crucē Chriſti ptātes dęmonum fuerunt valde debilitatę ipſo dicente Ioh. 12. a. Iam princeps mundi huius eijcietur foras. Zach. 13. a. Spiritum immundum auferam de terra. C

GLOSSA ORDIN. CAP. IX.

ET *clamauit in.* Sequitur. *Appropin. &c.* Hiero. Omnis vitio, viſitatio eſt, quaſi ęgroti medicum expectantis. vn̄: Viſitabo in virga iniquitates eorū &c. Miſericordiā autem meam non d. a. e. Hiero. Qui malos percutit in eo ꝙ mali ſunt, et habet vaſa interfectionis, vt occidat peſſimos, miniſter eſt Dei.

b *Vas inter.* Lxx. ſecurim de qua: Ecce ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.

c *Vir quo.* De quo Iohannes: In medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis. Hiero. Pro lineis, quod nos iuxta Symmachū interpretati ſumus, Lxx. podere. Theodotio ipſum verbum Hebræum baddim, aquila præcipua interpretati ſunt, Vbi nos & atramentarium poſuimus. Lxx. poſuerunt Zona ſaphyrina circa renes eius. Aquila, raſti ſcribæ in manu eius. aquila melanodoxion. i. atramentariū ſcribæ ad lumbos eius. Symmachus, tabulas ſcriptoris habebat in renibus ſuis. Atramētarium Gręcè calamariū, quia in eo calami reponuntur: Alij ſignificantius thecas vocant, quia ſcriptorum calamos tegant.

d *Et ſtete.* Parati ad iubentis Imperiū, vt cuiuſcunq; viderent ibi peccata nō eſſe dimiſſa, ſniæ domini & interfectioni eum ſubiacere cognoſcant.

e *Ad limen. do.* Alij ſub diuo atrij domus, quod. ſ. tecto non premitur, ſed aeris fruitur libertate.

B

f *Indutus li.* Hiero. Lxx. podere, quæ qa ad pedes vſq; pertingit, ſic appellatur, quæ eſt vna de octo veſtibus Pōtificis, quæ latinè dr̄ talaris. de quibus Hier. opus luculentum compoſuit.

g *Et ſi tha.* Hiero. Thau quę ſcilicet extrema eſt vigintiduarū literarū apud Hebræos, & perfectam in viris gementibus & dolentibus ſententiam monſtrat. Hebræi verò autumant, qa apud eos lex thora dicitur, & in principio nominis ſui ſcribitur hæc litera, eos hoc accipere ſignaculū, qui legis præcepta compleuerunt. Tau litera extrema in antiquis Hebræorū literis, quibus vſque hodie vtuntur Samaritani, crucis hēt ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus frequenter ſignatur, eius munitione ſignamur. Sunt qui putant, quia in Hebræo alphabeto iſta litera extrema ſit, demonſtrari in mul- titudine

CAP. IX.

a ET clamauit in aurib⁹ meis a
voce magna, dicēs: Appro- b
a ¶LXX. Mihi vindictam. & ego retribuam, dicit dominus.
¶Vicina captiuitate.
pinquauerunt †viſitationes vrbis:
a ¶Non habebat ſicut Lxx. tranſtulerunt præſentia enim narrat & futura non præterita.
b & vnuſquiſq; †vas interfectionis c
a ¶Angeli Dei parentes voluntati. b ¶Hiero. Ad peccata hominū tollenda. qui ſexto die facti ſunt.
habet ī manu ſua. Et ecce ſex uiri d e
¶Ecce tertia porta.
veniebāt de via portæ ſuperioris, f
q̃ reſpicit ad aquilonē, & † vnuſ- g
cuiuſq; vas interitus ī manu eius. h
¶Septimus. ſ. a ¶Chriſtus.
c Vir quoq; vnus in medio eorum i
a ¶In habitu Pontificis. b ¶Vt omnium peccata ſcriberet, & ſanctorum numerum a peccatoribus ſegregaret. ¶Hebraicè baddim.
veſtitus erat lineis, & atramenta- k l
rium ſcriptoris ad renes eius. Et m
a ¶Hiero. Duo erant altaria: vnum thymiamatis intrinſecus & aureum. Alterum holocauſtorum ante templum æreum.
d ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta al- n
tare † æreum. Et gloria dñi Iſrael o
a ¶Singularis numeri, generis maſculini. Cherubim pluralis numeri generis neutri.
† aſſumpta eſt de Cherub, quæ
e erat ſuper eum ad limen domus.
a ¶Chriſtum. qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & Angelus magni conſilij.
f Et vocauit uirū q indutus erat li- p
neis, & atramētariū ſcriptoris habebat in lūbis ſuis. Et dixit dñs q
a ¶Virum indutum lineis.
ad eum: Trāſi p mediā ciuitatem
g in medio Ieruſalē, †& ſigna †thau r
a ¶Secundum illud Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?
ſuper frontes virorū gemētium,

† vnuſquiſque.

†23. q. 4. c. nō poteſt.
† ſignum.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

ET clamauit. *Hic conſequenter reuertitur propheta ad deſcribendum deſtructionem ciuitatis & populi, cuius in parte cauſa fuerunt abominationes prædictæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò deſcribitur deſtructio populi communiter. Secundò principalium ſpecialiter, cap. 11. Prima in duas, quia primò deſcribitur plebis excidium. Secundò, ciuitatis incendium, ca. ſeq. Præſens autem capitulum diuiditur in tres partes, quia primò ponitur viſionis modus. Secundò plebis interitus, ibi: Et vocauit. Tertiò Ezechielis luctus, ibi: Et cęde completa. Circa primum dicitur:*

a Et clamauit. *ſ. ille qui oſtenderat Ezechieli abominationes, & perſonam Dei repræſentabat, vt prædictum eſt.*

b Appropinquauerunt. *ſ. Ieruſalem ad puniendum ipſam.*

c Et vnuſquiſque. *Aduerſariorum eius.*

d Vas inter. *i. inſtrumentum ad interficiendum. quod ſtatim deſignatur per hoc quod ſubditur:*

e Et ecce. *i. Angeli in ſpecie virorum. Vtrū autē intelligant Angeli boni vel mali, non habetur ex hoc: quia tales punitiones diuinæ aliquando fiunt & ſignantur fieri per bonos Angelos, aliquando per malos.*

*f* Veniebāt &c. *Illa erat porta aquilonaris atrij mūdorum, quæ dicitur ſuperior reſpectu portæ aquilonaris atrij immundorum. templum enim erat in ſummitate montis. Et ideo illa atria procedebant verſus tēplum aſcendendo, & ex parte aquilonari non erat aliqua porta ſuperior verſus templum, vt patet ex ſupradictis. De illa ergo parte veniebant ad portam atrij ſacerdotum, quæ erat in parte orientali.*

g Et vnuſquiſque. *i. inſtrumentum vt lancea vel gladius.*

*i* Vir quo. &c. *Ex hoc videtur, ꝙ Angeli in hac viſione imaginaria oſtenſi, erant Angeli boni, quia veſtis linea mundiciem ſignat.*

*m* Et ingreſſi ſunt atrium. *Ideo ſubditur:*

*n* Et ſteterunt iuxta. *Quod ibi erat.*

*o* Et gloria do. *Hic vocatur gloria domini effigies hominis ſedentis in throno ſuper firmamentū apparens ſuper capita animalium quæ inferius vocantur Cherubim, & hic vocantur Cherub, accipiendo ſingulare pro plurali, ſicut frequenter fit in ſcriptura. videbatur ergo iſta effigies repræſentans Dei maieſtatem recedere de capitibus animalium & tranſire ad limen templi domini. Et per hoc deſignabatur receſſus Dei de propitiatorio, quod erat intra ſanctaſanctorum ſuper alas Cherubim, non tamen per loci mutationem: cum Deus neceſſariò ſit vbiq;, ſed per ſubtractionem ſuæ gratiæ, ita quòd non daret inde reſponſa ſummo ſacerdoti, ſicut faciebant antè.* D

*p* Et voca. *Hic conſequenter ponitur plebis interitus, cuius primò ponit iniunctionē, cum dicit: Et voca. Ad ſignādum illos quibus erat parcendum, & illi erant in minori numero. Ideo ſubditur:*

*r* Et ſi. tha. *Thau eſt vltima litera alphabeti Hebraici. Et eſt prima in hac dictione thora, quæ Hebraicè legem ſignificat. Ideo ſcribebatur ſuper frontes virorum gementium & dolentium de tranſgreſſione legis in abominationibus ſupradictis.*

¶ a Et

MORALITER.

✱ a *Et clamauit in auri. meis voce magna.* Hic ad literam deſcribitur punitio Iudæorum idololatrantium modo dicto capitulo præcedenti. per quam ſignificatur punitio Chriſtianorum malorum, qui ſecundum quod dictum eſt idololatriæ ſpirituali mancipantur. Et de illa punitione ſubditur:

e *Et ecce ſex vi. &c.* Per quos ſignificantur Angeli boni exequutores diuinæ iuſtitię in malorū punitione. Quòd autē talis exequutio fiat aliqñ ꝑ bonos Angelos, patet per illos Angelos quos Abraham ſuſcepit hoſpitio in forma hominum. Gen. 18. Et certum eſt, quòd fuerunt Angeli boni, & tamen duo illorum ſubuerterunt Sodomā, vt dicitur Gen. 19. Et ſic dicitur in propoſito, ideo ſubditur:

g *Et vniuſcuiuſque.* i. inſtrumentum ad interficiendum.

h *In manu.* Dicuntur ſex viri propter ſex ordines Angelorum miniſtrantium, ſcilicet hierarchiæ mediæ & inferioris.

i *Vir quoque vnus &c.* Per quem intelligitur Chriſtus, qui dicitur vnus, quia non habet parem.

K *Veſtitus &c.* Ad ſignandum puritatem mentis & corporis, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

l *Et atramentarium.* Ad deſignandum quòd Chriſtus in ſua notitia creata habet ſcripta omnium merita & demerita, cum illa cognoſcat omnia quæ cognoſcit Deus ſcientia viſionis.

q *Et dixit:* Sequitur:

r *Et ſigna. tha.* Per ſignum Thau, ſignatur ſignum crucis quo ſignificantur verè pęnitentes, qui gemunt & dolent de ſuis pctīs, & iſti ſaluantur. Alij verò qui non pęnitēt, damnantur, ideo ſubditur:

✱ Omnem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

titudine peccantium ſupereſſe reliquias ſanctorum. Gemētes autem dolenteſq; ſaluantur, quia nec peccauerunt, nec peccantibus conſenſerunt, & aliena peccata planxerunt, ſicut Samuel Saul, & Paulus eos qui pęnitētiam non egerūt. Vnde: Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus. Et alibi: Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo.

1. Reg. 16. a
2. Cor. 5. a
Rom. 9. a

a *Senem adoleſcentu.* Omnes iſti pereunt, ſi abſque Chriſti ſignaculo ſe aliquid eſſe putant.

b *Et a ſan. meo. in.* Vel ſacerdotes ſignificat, qui verſabantur in templo & adorabant idola. Vel eos, q ꝓ ſacerdotij merito ſancti vocabantur in populo, & q fuere in populis cauſa pc̄ti, primi meruere ſupplicia.

† adoleſcētem

c *Contaminate domum.* Omnis qui in peccato mortuus eſt, contaminat atria templi, in quibus viuit q cum Chriſto reſurgit.

d *Et cęde completa &c.* Hiero. Quidam arbitrantur ex perſona domini in cuius typū præceſſit Ezechiel, de populo Iudæorum hoc poſſe intelligi, qui omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt. Vnde: Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus. Solus enim inuentus eſt dominus qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Pſ. 13. a
Pſ. 11. a
† ſignum
† 5. diſt. c. & purgabit
1. Pet. 2. d

e *Remanſi ego.* Hiero. de tanta interfectione, nullum me excepto arbitrans remanſiſſe. Notādum tamen quòd non ait, remāſi ego ſolus, ſed remanſi ego. Subaudiendum enim eſt, cum cęteris ſignatis.

Nota

f *Effun. fu.* Magnitudinem pœnæ ſignat: ſicut illic: Effuſa eſt deſpectio ſuper principes. Et alibi: Penè effuſi ſunt greſſus mei. Et in bono: Charitas Dei diffuſa eſt ī cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum. Et alibi: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

Pſ. 106. d
Pſ. 72. a
Rom. 5. a
Pſ. 44. a

g *Et dixit ad me.* Hier. Flentē prophetam conſolatur. Q. Non iniuſtè hoc facio, ipſi ſibi hoc fecerunt.

F

h *Magna eſt.* Hier. Q. Pro magnitudine iniquitatis, magnitudo ſupplicij. non enim vt Stoici putant, peccata omnia ſunt æqualia vel pœna.

Contra Stoicos

i *Et ecce vir qui indu.* Hiero. Sex viri quibus præceptum erat tranſire per ciuitatem. ſ. e. &c. nihil tale renunciauit, quia non lętitiæ, ſed mętoris impleuere ſentētiam, quæ non ſermone ſed opere probabitur.

ſuprà eo. b

GLOS. ORDIN. CAP. X.

Nota

ET *vidi. & ecce.* Hier. Nota in quibus ſuperior viſio, & hæc diſcordant aut concordant: vt ex vtriuſq; collatione abſque noſtro admonitu diuina percipias ſacramenta, & quod antè monui quoniā in firmamento & in throno & in manu hominis, non veritas ſed ſimilitudo dicit: Nō. n. facie ad faciē reuelato vultu gloriā Dei cōtēplamur, ſed in ſimilitudine oīa videm⁹ & imagine, dum fragili circundamur corpore.

† lumbis ſuis.
1. Cor. 13. d

l *Et imple ma. tuam.* Hiero. vt poſt interfectionem cadauera mortuorū mūdet Ieruſalem, ſm̄ illud Iſa. Sanctificabit eum in igne ardēte, & deuorabit ſicut fœnū materiā. Hi ſunt carbones quos ī remedium linguæ atq; mendacij, deſolantes vitia, propheta interrogatus exoptat. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potētis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs &c. Notandum quòd in Iſaia qui tantum in ſermone peccauerat, & immūda labia ſe habere dicebat, ad purgandum vnus forcipe carbo cōprehenditur. Hic verò quia ciuitas eſt plena iniquitate, & poſt ſupplicia, cadaueribus mortuorum plures aſſumuntur carbones, nec vna manu, ſed ambabus: quamuis & hoc intelligatur, quòd non ad purgationem, ſed ad pœnas atq; cruciatus prunæ aſſumant̄ & ſpargantur.

Iſa 10. d ſecundum Lxx
Pſ. 119. a
Iſa 7. b.

G

a *Cherubim.* Vt ſanctæ ſupernæq; virtutes dexteram domus Dei partem tenere videantur. Illæ autem quæ mittuntur ad ſupplicia (de quibus dicitur: Immiſſionem per angelos malos) ſiniſtras partes.

b *Ingreſ. Hier.* Stupefactus, vel ob triſtitiam ciuitatis puniendæ, vel ob magnitudinem gloriæ, nec manum ad ignem mittit.

c *Qui ac. Hier.* Non dicit quid egreſſus fecerit, quia triſtis rei narrationē maluit nobis intelligendam relinquere, quàm oculis ſubijcere.

d *Facies. Hier.* Horum omnium ſenſum præteritæ viſionis expoſitio cōtinet. Et ſciendum, qđ ſuperius dictum eſt: facies vituli à ſiniſtris quatuor: non ſic accipiendū eſt, vt alia ſit à dextris, alia à ſiniſtris, ſed omniū æqualis ordo deſcribitur. Quatuor. n. facies habebat vnumquodque, vt nō locorum diuerſitate dextri & ſiniſtri, ſed vno ordine per gradus deſcribantur.

e *Fa. ſe.* Hic deſcribuntur alia a dextris, alia a ſiniſtris, ſed omniū æqualis ordo, quia quatuor facies habebat vnumquodque.

a *Spiritus*

---

& dolentium ſuper cunctis abomina-
¶Publicè. ¶Sex viris.
tionibus quæ fiūt in medio eius. Et il- a
lis dixit audiēte me: Tranſite per ciui-
a ¶Reliquit nobis exemplum vt ſequamur veſtigia eius.
tatem ſequentes eū, & percutite. † Nō
parcat oculus veſter, neq; miſereami-
a ¶Secundum illud. Cani hominis prudentia eius. b ¶Qui ad bella fidei promptiſſimus. c ¶Quæ pudicitiam tota mente ſeruat.
a ni. Senem † adoleſcētulum & uirginē,
a ¶Qui lacte potatur infantix needum ſolidum cibum percipere poteſt. b ¶Quæ fragilitatem ſexus animæ imbecilitate teſtantur.
paruulum & mulieres interficite vſq;
a ¶Qui poteſt dicere: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine.
ad internecionē. Omnem autem ſu- b
per quē videritis † Thau, ne occidatis.
a ¶LXX. A ſanctis meis incipite.
b † Et à ſanctuario meo incipite. † Cępe- c
a ¶Qui tenebant thuribula, & ſacrificabant. ¶Vnde cępit peccatum inde indicium.
runt ergo à uiris ſenioribus, qui erant
a ¶Nulla eſt loci religio offenſo Deo.
antè faciem domus. Et dixit ad eos:
a ¶Non auderent Angeli templum ſanguine contaminare, niſi præcepiſſet dominus recedentis gloriæ.
c Cōtāminate domū, & implete atria d
interfectis. Egredimini. Et egreſſi sūt, e
& percutiebāt eos qui erant in ciuita-
a ¶In his qui ſignaculum non habebant.
d e te. Et cędē cōpleta, remanſi ego ruiq; f g h
ſuper faciem meā, & clamās aio: Heu i
heu heu dn̄e Deus: Ergo ne diſperdes
f omnes reliquias Iſrael: effundens furo-
g rem tuum ſuper Ieruſalem. Et dixit
a ¶Decem tribuum.
ad me: Iniquitas domus Iſrael & Iu-
a ¶Duarum. ¶Inculcatio eſt, ¶Ideo.
h dā magna eſt nimis valde, & repleta K
a ¶Occiſorum. b ¶Hoc ideo, quia ciui. repleta eſt auer.
eſt terra ſanguinibus, & ciuitas reple- l
a ¶Cultu Dei. b ¶Aperitur cauſa tantorum ſcelerum, quia ſ. non putauerunt eſſe prouidentiam Dei.
ta eſt auerſione. Dixerunt enim: Dere- m
¶Vt aiunt.
liquit dn̄s terram, & dominus non vi-
a ¶Non curat terrena, vnde: Hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos ſollicitat. ¶Nunc & ſi videat ante.
dēt. Igitur & meus nō parcet oculus,
neq; miſerebor. Viam eorū ſuper ca-
a ¶Corda. ſ. vel principes qui ſunt capita populi. b ¶Impleta obedientia. c ¶Chriſtus.
i put eorū reddam. Et eccē uir q indu- n
a ¶Carne humana multimode attrita.
tus erat lineis, qui habebat atramen-
tarium in † dorſo ſuo, reſpondit ver-
a ¶Qui ſignaculo Thau lugentium frontes armaui.
bū, dicens: Fēci ſicut præcepiſti mihi.

CAP. X.

¶Vt ſupra.
k ET vidi, & ecce in firmamento, o p
a ¶Animalium.
quod erat ſuper caput Cherubim quaſi lapis ſaphyrus, & quaſi ſpeciē ſimilitudinis ſolij apparuit
¶Thron.
¶Cherubim.
ſuper ea. & dixit ad virum qui indu- q
tus erat lineis, & ait: Ingredere in me- r
dio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cheru-
l bim, & imple † manum tuam prunis
ignis quæ ſunt inter Cherubim, & ef- a
funde ſuper ciuitatē: Ingreſſuſq; eſt b c
a in conſpectu meo. Cherubim autem d
ſtabant à dextris domus, cū ingrede-
a ¶A quo receſſerant.
retur vir, & nubes impleuit atrium in- e
a ¶Recapitulatio. ¶Quia præſente domini maieſtate non exercentur domini ſupplicia.
terius. Et eleuāta eſt gloria domini de f
ſuper Cherubim ad limen domus, &
repleta eſt domus nube. Et atrium re- g
a ¶Quæ erat in atrio. b ¶Ideo.
pletum eſt ſplēdore glōriæ domini, ēt h i
ſonitus alarum Cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius, quaſi k
vox Dei omnipotentis loquentis.
Cumq; præcepiſſet viro, qui indutus l
erat lineis, dicens: ſume ignem de medio rotarum quæ ſunt inter Cheru-
b bim: ingreſſus ille ſtetit iuxta rotam. m n
¶Ideo.
Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignem qui erat inter Cherubim: & ſumpſit & dedit in manus eius qui indutus erat lineis:
c qui accipiens egreſſus eſt. Et appa- o p
ruit in Cherubim ſimilitudo manus
hominis ſubtus pennas eorum. Et
a ¶Vt ſupra.
vidi, & ecce quātuor rotæ iuxta Che- q
¶Animalia.
rubim. Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub † vnum. Species autem rotarum erat r
quaſi † viſio lapidis † chryſolithi, &
aſpectus earum ſimilitudo vna quatuor, quaſi ſit rota in medio rotæ.
Cumq; ambularent, in quatuor partes gradiebantur, & non reuertebantur ambulantes: ſed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, ſequebantur & cæteræ: nec re-
¶In his efficientiam rerum, non membrorum imagines ſignificat.
uertebantur. Et omne corpus ea- s
rum & colla & manus & pennæ &
a ¶Ferrei ſcilicet, quibus lignorum rotunditas ſtringitur.
circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum: & rotas i- t
ſtas vocauit † volubiles audiente
me. Quatuor autem facies habe- u
a ¶Animal. b ¶Prima. c ¶Idem ſuperius facies vituli. vnde datur intelligi faciem Cherub eſſe vituli.
d bat † vnum. Facies una facies Che- x y
e rub, & facies ſecunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in
quarto facies aquilæ: & eleuata ſunt
¶Nota quod eadem debemus intelligere in expoſitione animalis quæ ſupra.
Cherubim. Ipſum eſt animal quod z

---

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et dixit. ſ. *ſex viris habentibus vaſa interitus in manibus ſuis. Cætera patent vſque ibi:*

c Et à ſan. *Interficiendo primò ſacerdotes & Leuitas ibi miniſtrantes. Conſequenter ponitur interfectionis exequutio, cum dicitur: Cęperunt &c.*

d Contaminate domum. *Dicebatur autem aliquis locus contaminari propter cauſam mortui. Num. 19.*

d Et imple. at. *Iſta ſunt tria templi atria, de quibus dictum eſt ca. præce.*

e Egredimini. ſ. *de trijs templi cęde completa, vt exequamini præceptum per totam ciuitatem. Ideo ſubditur: Egreſſi ſunt.*

f Et cæde. *Hic conſequenter ponitur Ezechielis luctus, cum dicitur in perſona eius.*

g Remanſi. *Quia nō fuit interfectus cum alijs.*

h Ruiq; ſuper. *Præ timore & admiratione tanti exterminij. Ideo ſubditur:*

i Heu. *Et triplicatur ad maiorem exaggerationem. Cætera patent vſque ibi:*

K Et repleta eſt terra. ſ. *innocentum occiſorum in ea, & maximè tempore Manaſſe. de quo dicitur. 4. Reg. 21. quòd effudit ſanguinem innoxium multum nimis.*

l Et ciuitas repleta eſt auerſi. ſ. *à Deo per multiplicem idololatriam, vt dictum eſt cap. præce.*

m Dixerunt enim. Dereli. *Hoc expoſitum eſt cap. pręcedenti.*

n Et ecce vir. *dicit Ra. Sa. quòd erat Gabriel Angelus in ſpecie viri.*

H

MORALITER.

✻ b *Omnem autem ſuper.* Per hoc antè quod ſequitur in perſona prophetæ.

f *Et cęde completa.* Signatur, quòd bonus prælatus luget caſum populi ſibi ſubiecti.

NIC. DE LYRA. CAP. X.

ET vidi. *Hic conſequenter deſcribitur ciuitatis Ieruſalem futurum incēdiū. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſignatur iſta combuſtio. Secundò, explicatur viſio, ibi: Et apparuit. Circa primū dicitur:*

o Et vidi. *Viſione imaginaria & intellectuali.*

p Et ecce in. *Species. n. gloriæ domini quæ receſſerat de loco ſuper capita Cherubim transferens ſe ad limen domus, vt dictum eſt cap. præce. redierat ad locum priſtinum ſuper firmamentum in capitibus animaliū. Et dixit, ſcilicet ſedens in throno, Dei maieſtatem repræſentans.*

r Ingrede. in medio rotarum, quæ. *Vide ſupra. 1. cap. dicitur: Similitudo animalium & aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium.*

¶ a Et effunde. ſ. *Ieruſalem. per quod deſignatur incendium eius futurum ſecundū iudicium diuinum.*

b Ingreſ. ſ. *vir indutus lineis.*

c In con. *ideſt me vidente, & eſt verbum prophetæ.*

d Cherubim. *ideſt ad dexteram partem templi, tamen in atrio ſacerdotum, ideò ſubditur:*

B

e Et nub. *ad deſignandum Dei præſentiā ſecundum quod dicitur. 2. Paral. 6. a. Dominus pollicitus eſt, quòd habitaret in nebula.*

f Et eleua. *Quia ſpecies repræſentans Dei maieſtatem tranſiuit de capitibus Cherubim ad limen domus, & ſignificat iſte trāſitus illud quod dictum eſt. cap. præc.*

g Et atr. *ideſt ſplendore Dei maieſtatem repræſentante.*

h Et ſoni. *Per talem motum alarum intelligitur promptitudo angelorum ad exequēdum domini mandatum.*

i Audiebatur. *Sic enim in Heb. habetur, & ideo aliqui malè corrigunt dicentes interius. Dicitur autem atrium exterius, atrium immundorum, eò quòd erat longè remotius à templo.*

k Quaſi vox. *q. d. ille ſonitus alarum erat magnificus & mirabilis, ſecundum quod dicitur Pſal. 28. a. Vox domini in virtute, vox domini in mag.*

l Cumq;. *Repetitio eſt eius quod dictum eſt ſupra. Ingredere in medio rotarum &c.*

m Ingreſ. ſ. *vir indutus lineis.*

n Ste. iu. *vt acciperet ignem, per myſteriū tamen Cherub, ideo ſubditur: Et ex Che.*

o Qui acci. ſ. *ad effundendum ſuper ciuitatem, non tamen dicitur hic quòd effuderit, ad deſignandum quòd ciuitas tunc nō fuit combuſta, ſed poſtea per ſex annos: quia viſio iſta fuit anno ſexto tranſmigrationis Ioachim ſexto menſe quinta die menſis, vt habetur in principio. 8. cap. Ciuitas autem fuit combuſta anno. 11. Sedeciæ. qui fuit annus vndecimus à tranſmigratione Ioachim, quia Sedecias ei ſucceſſit in regno.*

p Et appa. *Hic conſequenter explicatur modus viſionis, qui in aliquibus licet paucis differt à modo viſionis poſito ſup. 1. c. Tales enim viſiones fiunt ad aliquid ſignificandum, & ideò frequenter fit ibi immutatio ad aliquid ſignificandū, quod de nouo dicitur. Dicit ergo: Et apparuit. Illa autem quatuor animalia. 1. cap. deſcripta vocantur hic Cherubim, eò quòd erant alata, & præſidia angelorum ſignificantia, vt ibidem dictum fuit, angeli verò ſunt ſcientia pleni, & ſic interpretatur Cherubim plenitudo ſcientiæ.*

C

q Et ecce quatuor. *Per hoc patet quod dictum eſt ſupra 1. c. quòd erāt ibi quatuor rotæ, & quatuor animalia.*

r Species. *ſupra 1. cap. dicitur: Et aſpectus rotarum quaſi viſio maris. chryſolitus autem lapis eſt precioſus habens colorem aureum. & ideo dicitur à chryſos quod eſt aurum. & per hoc quod ponitur hic quaſi viſio lap. Chryſ. datur intelligi, quòd propheta erat magis illuſtratus fulgore diuinæ ſapientiæ, quàm à principio: & idem deſignatur per hoc quod poſtea ſubditur:*

s Et om. *Quæ tria vltima intelliguntur de animalibus & non de rotis. Et dicuntur hic plena oculis: primò verò cap. hoc tantum dicitur de rotis. per oculos autem perſpicacitas intelligentiæ deſignatur. vnde & homines ſapientes & aſtuti ſecundum modum loquendi communem dicūtur oculati.*

t Et rotas. *Quia æqualiter volui poterant ad quatuor partes.*

u Quatuor. *vnum. ſ. animal.*

x Facies. *ideſt prima, ſicut Gen. 1. c. Et factum eſt veſpere & mane dies vnus, id eſt primus.*

y Facies Cherub. *Hic occurrit duplex dubium. Primum eſt, quare iſta facies dicitur hic facies Cherub, quæ primo cap. dicitur facies bouis. Secundum, quare dicitur hic prima, ibi autem tertia? Ad primum dicunt aliqui, quòd facies bouis ſiue vituli eſt multum ſimilis faciei Cherub, & propter hoc ſic nominatur. Sed hoc dictum eſt contra Ioſephum dicentem quòd facies Cherub eſt facies cuiuſdam auis, quæ nunquam viſa eſt ab hominibus: ſed eius ſimilitudo oſtenſa fuit Moyſi in monte vbi fuit ſibi oſtenſum exemplar omnium fiendorum in tabernaculo, ſecundum quod dicitur Exo. 25. d. Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Eſt etiam contra dictum Ra. Sa. & aliorum Hebræorum, qui dicūt quòd facies Cherub eſt quaſi facies pueri gratioſi: propter quod taliter communiter depingitur: ideo dicitur, quòd facies bouis fuit mutata in faciem pueri: Cuius mutationis ratio poteſt aſſignari, quia ſicut dictum eſt ſupra cap. 1. facies bouis ſignificat regnum Græcorum propter populi communis petulantiam: tunc tamen in philoſophis Græciæ maximè viguit ſapientia. propter quod ad hoc denotandum facies bouis qui eſt animal irrationale, verſa fuit in faciem hominis, qui eſt animal rationale, & in faciem puerilem, quia ſapientia non ſeneſcit, ſed magis iuueneſcit etiam in ſenibus, qui ſedatis paſſionibus clarius vident, ſecundum quod dicitur. 7. Phyſi. Sedendo & quieſcendo fit anima ſciens, & prudens. propter hoc dicitur Sap. 6. b. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia. Ad ſecundum dicendum, quòd propter hoc dicitur hic facies Cherub prima, quia apparebat directius vultui prophetæ quam aliæ, ſicut dictum eſt ſupra 1. cap. de facie hominis.*

D

† alterum
† tharſis

z Ipſum eſt. *ideſt quodlibet dictorum quatuor animalium, eſt illud idem quod viderā in prima viſione deſcripta ſupra 1. cap.*

¶ a Et

† rotas, orbes

MORALITER.

✻ o *Et vidi: & ecce in firma.* Sequitur:

q *Et dixit ad virum.* Per hoc, ꝙ ille vir per quem Chriſtus ſignificatur, vt dictum eſt, effudit prunas ardentes ſuper ciuitatem: ſignificata fuit denunciatio deſtructionis Ieruſalem per Romanos, ſicut denunciauit Chriſtus Lucæ. 19. Videns Ieſus ciuitatem ſanctam Ieruſalem, fleuit ſuper eam amarè &c.

✻ Et

MORALITER.

✻ f *Et ele. eſt &c.* Per hoc ſignificatum fuit myſticè, ꝙ in aduentu Romanorum contra Ieruſalem, receſſurū erat ab ea præſidium angelorum. vnde dicit Ioſephus in libro de Iudaico bello, ꝙ tunc cum ſacerdotes in nocte Pentecoſtes intrarent templum ad diuinas res agendas, audierunt primò quendam ſtrepitum, & poſtea voces dicentium: Migremus hinc. quæ creduntur fuiſſe voces angelorum præſidētium templo & populo Iudaico. Reſiduum autem huius capituli loquitur de diſpoſitione quatuor animalium & rotarum, quorum ſenſus myſticus poſitus eſt ſupra cap. 1.





VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Spi.enim vi.Hier.* Omnia viuunt Deo, & ſuum ſentiũt creatorem: non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. vnde: Et omnia corpora rotarum plena ſunt oculis. Et in Pſal. dr̃: Cęli enar. glo. Dei. & op. ma. e. an. fir. Dies di. eruc. ver. & nox no cti indi. ſcien. Sol quoq; & luna & mare & flumina & montes & colles laudãt dñm, & in circulum ſuum per annos ſingulos elementa voluuntur. Cælorumq; rationem in terris deprehendimus, vt antiquum legis ordinẽ ſeruantes voluantur, & cortuant, & nihil nouum cernamus ſuper terrã.

*Matt.22.d* *Sup.1.e* *Pſal.18.a* *Sap.1.b*

b *Et ſte.Hie.* Sic paulatim protectio Dei reliquit Iſrael. primum fuit in templo, poſt ſtetit in atrio ſine lumine, qua recedente de templo, nubes & caligo impleuit ipſius penetralia, rurſumq; ipſa gloria ſedit ſuper Cherubim, & illis ſtatim abeuntibus ad exteriora ſubſequutæ ſunt rotæ.

c *Et in.* Plenitudo ſciẽtiæ, notitia ſacramentorũ Dei, & thronus eius ac reges. vnde: Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare &c. Semper gloria dñi ſedet in multitudine ſcientiæ. Et tunc manifeſtatur, quando cuncta regi prouidentia monſtrantur, nõ fortuitu quid fieri nec debere dici. Dereliquit dñs terram, & dominus nõ videt. Vnde intuitus Cherubim & appetitus eorum, eſt obliuiſci præteritorum, & ad futura ſe extẽdere.

*Pſal.79.b*

† auertebant ſe · † eleuantibus · † Vêtus.n. animalis

## GLOS. ORDINAR. CAP. XI.

ET *ele. Hier.* Per me gloriã ſequi non poterã auolantẽ tv. ſ. nõ remanerẽ in tẽplo ignorãtiæ nube cõfuſo, ſed ſtãs in porta domus dñi orientalis, q̃ re. ſo. or. q̃ ſequũtur ſacramenta cognoſcerẽ.

e *Viginti. Hier.* Oĩa referentes ad quinq; ſenſus corporis. Hic aũt numerus, aut vix aut nunq̃ in bono reperitur, q̃uis in Leuitico ad ſacerdotale miniſterium à xxv. annis eligãtur. Hoc.n. in Heb. non habetur, ſed in ſeptuaginta. Ibi.n. tricenarius eſt, qui & in exordio huius prophetæ, & in domini ætate, quando baptizatus eſt à Iohanne. Dicimus tamen quinq; prudentes virgines, & quinq; fatuas. Sed hic quinarius in medio poſitus eſt: & pro qualitate vtentiũ, vel ad bonum vel ad malum referri poteſt.

F · per quatuor · *Matt.25.a*

f *Iecho. Hie.* Dualẽ. ſ. numerum qui diuidit vnitatẽ, & in ſecundæ diei numero ſecundũ Hebraicam veritatem non vr̃ à dño. vnde in arcam bina, & bina introducuntur immunda. Dñs autẽ vtrũque in vnũ coartans, fecit vtraq; vnum, & ſoluit medium parietem, inimicitias in carne ſua condãnans. vnde: Ego & pater vnũ ſumus: vt. ſ. à Iudaica dualitate in vnitatẽ nos reuocaret fidei Chriſtianæ: Põtificatu quoq; Iudæorũ perdito dñs patitur nõ ſub vno principe, ſed ſub duobus, Anna & Caipha, vt religionis eorum ſciſſum mõſtraret errorẽ.

*Gen.6.d* *Eph.2.e* *Ioh.10.f*

g *Nonne du.* Q. Licet nuper poſt primã captiui-

## NIC. DE LY.

a Et egreſ. *rediens ad locum ſuum.*

b Et ſtetit. *Dicit Rab. Sa. quod hæc eſt porta atrij ſacerdotum, quæ erat in parte orientali. Et dicitur porta domus domini ſiue templi, eò q́ in recta linea opponitur portæ templi, vt dictum eſt ſupra 8.*

c Ipſum. *ideſt quodlibet illorum quatuor.*

d Quod vidi. *quia firmamentum erat ſuper capita animalium, & deſuper effigies Dei ſedẽtis in throno, repræſentans eius maieſtatem.*

e Quatuor per. *ideſt per ſingula quatuor animalia quatuor facies erant cuilibet ipſorum.*

f Et ſimilitu. vul. *q. d. licet apparentia vnius faciei eſſet mutata, vt prædictum eſt, tamen erat idem animal. Cætera autem quæ non ſunt hic expoſita de animalibus & rotis, expoſita ſunt plenius. ſupra cap. 1. vbi poteſt haberi recurſus.* G

†Nondum in propinquo. ſ. ẽ deſtructio, ædificemus domos

videram iuxta flumẽ Chobar.
¶Animalia.
Cũq; ambularent Cherubim,
ibant pariter & rotæ iuxta ea:
& cum eleuarent Cherubim
alas ſuas, vt exaltarentur de terra, non † reſidebant rotæ, ſed &
ipſę iuxta erant. Stantibus illis
ſtabant, & cũ † eleuatis eleuabãtur. † Spiritus enim vitæ erat in
eis. Et egreſſa eſt gloria domi- a
a ¶Vbi ſtetit. b ¶Interioris.
ni à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuãtia Cherubim alas ſuas, exaltata ſunt
a ¶Interius atrium.
à terra coram me: & illis ẽgredientibus rotæ quoque ſubſe-
a ¶Hier. Non iam in ianua templi, ſed poſt atrium & poſt limen in introitu portæ.
b quutæ ſunt. Et ſtetit in introitu b
portæ domus domini orientalis, & gloria Dei Iſrael erat ſu-
a ¶Super quod thronus. ſuper quod gloria.
per ea. Ipſum eſt animal, quod c d
vidi ſubter Deum Iſrael iuxta
c fluuium Chobar, & intellexi
¶Alias quod. ¶Plenitudo.
quia Cherubim eſſent. Qua- e
tuor per quatuor vultus vni,
& quatuor alæ vni, & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum. Et ſimilitudo vultuum f
eorũ, ipſi vultus quos videram
iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, † & impetus
a ¶Præteritorum obliuiſci, ad futura progredi.
ſingulorum ante faciem ſuam
ingredi.

## CAP. XI.

d ET eleuauit me ſpiritus, g
& introduxit me ad por h
¶Chriſtum qui nos ad patrem ducit.
a ¶Vbi erat gloria. b ¶Eccleſiæ.
tam domus domini orienta-
a ¶Iuſtitiæ. ſ. de quo: Ecce vir oriens &c.
lem: quæ reſpicit ſolis ortum.
e Et ecce in introitu portæ vi- i
f gintiquinque viri: & vidi in k
medio eorum † Iechoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi:
Dixitq; ad me: Fili hominis hi
ſunt viri, qui cogitant iniquita- l
a ¶Pro ſcelerum conſcientia deſperantes & pœnitere nolentes.
tem, & tractant cõſilium peſſi
¶Parati ad interitum.
g mũ in vrbe iſta, dicentes: † Nõ- m
ne dudũ ædificatę ſunt domus

*In cap. 10. vbi dicitur in Poſtil. Hic oc. du. du.*

## ADDITIO.

¶ Ad hoc duplex dubium motũ per Poſtillatorem vr̃ dicendum, q́ non ſolũ primum animal, ſed quodlibet quatuor animaliũ prędictorum in prima viſione contentorum in hoc loco vocatur Cherub. vnde in litera expreſſè dicitur: Rota vna iuxta Cherub vnũ, & rota alia iuxta Cherub alterum. Et quia ſecundum gl. eadem debemus in hoc loco intelligere in expoſitione animalium, quæ ſupra. Hæc.n. mutatio nominum non debet referri ad mutationem rerum viſarum, ſed ad maiorem illuſtrationẽ prophetæ. Illa.n. quæ prius ſub ſpecie animalium quaſi inferiorũ cognouerat, hic cognoſcit ſub ſpecie Cherubim quæ ſunt altioris gradus, vt expreſſius denotet, q́ myſteria per huiuſmodi animalia figurata ſunt ſupra naturam rerum naturalium. vnde non ſolum facies bouis dr̃ hic Cherubim, ſed etiã facies hominis & facies leonis & huiuſmodi. Et ideo de omnibus animalibus ſimul ſumptis dicit. infra eo. cap. Intellexi, quia Cherubim eſſent: quaſi dicat, illa quæ prius videram, vt animalia quaſi terrena: modo intellexi vt Cherubim, quod plenitudinem ſapientiæ importat. Cum autem dicitur: Facies vna, facies Cherub, & facies ſecunda, facies hominis &c. in ſola facie bouis fecit mutationem, quia bos (vt dictũ eſt ſupra) ſecundum expoſitionem ſanctorum, ſignificat myſterium paſſionis, eò q́ eſt animal immolatitium: & ſic habet infirmiorem rationem quam alia animalia. Idcirco impoſuit ſibi nomen Cherub quaſi a fortiori de omnibus intelligeretur ratio Cherubim, vnde ſtatim de omnibus quatuor animalibus dicit: Eleuati ſunt Cherubim. & infra. Cũq; ambularent Cherubim &c. Et rõne prędicta poteſt dici, q́ ante poſuit faciem bouis quæ in prima viſione fuit tertia, vt denotaret quaſi per locum à fortiori æqualitatem animalium in dignitate ſeu excellentia.

## NICOL. DE LYRA. CAP. XII.

ET ele. *Superius poſita eſt vaſtatio plebis communiter, hic ponitur deſtructio principalium ſpecialiter: & primò ſacerdotum, ſecundò principum. cap. ſeq. tertiò falſorum prophetarum. cap. 13. Circa primum ſciendum, q́ Ierem. prophetauerat bonum illis qui tranſmigrauerant, & malum illis qui in Ieruſalem remanſerant ſub metaphora ficuum bonarum & malarum. Ier. 24. b. Sacerdotes autẽ qui remanſerant in Ieruſalem contrarium aſſerebant: & ideo oſtenſio facta eſt Ezechieli conſimilis viſioni Ier. & potiſſimè quantum ad ſacerdotes. Primò ergo deſcribitur vaſtatio illorum qui remanſerant in Ieruſalem, ſecundò conſolatio illorum qui tranſmigrauerant in Babylonem, ibi: Et factum eſt. Circa primum ſciendum, q́ ſacerdotes qui remanſerant in Ieruſalem, parabolicè deſignabant ſuam proſperitatem, & ideo primò eorum parabola ponitur: & ſecundò tollitur ibi: Idcir. Circa primum præmittitur modus viſionis, cum dicitur.*

g Et ele. *ideſt Deus vel angelus Dei miniſter.*

h Et in. *ideſt ad portam atrij ſacerdotum, quæ ſic nominatur, vt dictum eſt cap. præced.*

i Et vi. *Iſte eſt alius ab illo Iechonia poſito. ſup 8. c. quia ille dicitur filius Saphan.*

k Et Phel. *iſti duo erant principales, & alios traxerant ad errorẽ ſuũ: ideo expreſſè nõantur.*

l Hi ſunt. *quia informabant populum, vt ſecurè manerent in cultu idolorum, non timentes Ieremiæ comminationes. ideo ſubditur:*

m Dicen. *q. d. ſicut manſit ciuitas à tempore* ¶ *Salomonis*

## MORALITER.

✻ g *Et eleuauit me.* Sequitur:

✻ a *Hæc*



captiuitatẽ ædificatæ ſunt domus quæ ante corruerant: ſcimus tamen hanc ciuitatem eſſe inſtar lebetis & nos quaſi carnes in ea cõſumendos & cremãdos.

A

a *Plurimos. Hier.* Q. Ego interpretabor quomodo ſit ciuitas lebes, & vos carnes: non iuxta ſenſum quem dixiſtis, ſed quem non timetis. Implebitur quidem ciuitas carnibus quaſi lebes, nõ tamen veſtris, ſed eorũ quos interfeciſtis.

b *Et ſcietis.* ſecundum illud: Cum occideret eos quærebant eum, vt. ſ. quem per beneficia nõ ſenſerunt, per tormenta cognoſcant.

c *Et fac. Hier.* Mortuo Pharaone ingemuerunt filij Iſrael, & clamauerunt ad dominum. Eo enim viuente non poterant Iſaias quoq; mortuo Ozia rege leproſo, vidit dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum, & Seraphim ſtantia circa eum. Intelligensq; immunda ſe habere labia, meretur de altari carbonem ad labia ſua purgãda. Hic autem prophetãte fortitudine Dei princeps qui à domini declinauerat ſeruitute, cadit vt eleuetur à Chriſto. Dominus enim eſt reſurrectio, diabolus ruina eſt. vnde: Ecce hic poſitus eſt in ruinam, eorum. ſ. qui peſſimè ſtabant, & reſurrectionem, eorum. ſ. qui ceciderant.

d *Pheltias.* Alter principum ſeruatur incolumis, † Iezonias. ſ. qui interpretatur aures eius ſonant, animæ ſ. filius Azur, q̃d interpretatur fultum ſiue adiutoriũ.

e *Banaiæ.* Structoris vel cementarij, qui cadẽdo à domino declinauit. Filius peſſimæ ædificationis meritò cadit prophetante eo quem dominus confortauit, qui antè obediebat Deo, & illius fulciebatur auxilio, iure permanet in imperio.

B f *Et factum.* Ex his diſcimus non eſſe inſultandum eis, qui iudicio penis traditi ſunt, nec à peccato conuerſis aut pęnitentibus, & de eccleſia egreſſis dicendum: longè recedite à domino.

a *In*

## NIC. DE LY.

¶ *Salomonis qui eam ampliauit, & triplici muro clauſit: ſic ſecura ab aduerſarijs permanebit.*

a Hæc eſt lebes. *ſ. Ieruſalem.*

b Nos an. car. *Quod exponunt aliqui dicentes, quòd hæc dicebant iſti deriſoriè, & per conſequens negatiuè, eò quòd Ieremias prophetauerat. 1. cap. combuſtionem ciuitatis ſub metaphora ollæ ſuccenſæ: & ſecundum hoc verbum iſtud intelligitur negatiuè ſic: Hæc ciuitas non erit lebes ſiue olla ſuccenſa, vt dixit Ieremias, nec nos carnes bullitæ in ea. Sed hæc opinio non conſonat literæ ſequenti, vt videbitur: & ideò Rab. Sa. exponit hoc verbum. Hæc eſt lebes. tanquam aſſertiuè dictum, vt ſit ſenſus: Sicut carnes conſeruantur in lebete vſque ad perfectam earum decoctionem, ſic ſeruabimur in Ieruſalẽ vſque ad maturam ætatem. Aſſimilatur autem prolongatio vitæ decoctioni, quia quamdiu calor naturalis decoquit alimentum conuertendo in membra, durat hominis vita. tandiu enim viuunt animalia, quandiu nutriuntur. 2. de Anima. Quando autem calor naturalis ſic debilitatur, quòd non poteſt hoc facere, deficit vita naturali morte.*

c Idcirco &c. *Hic conſequenter remouetur hæc parabola, & patet litera vſq; ibi:*

d Plurimos occidi &c. *ſcilicet innocentes, quos occidit rex Manaſſes, & alij reges mali ad perſuaſionem ſacerdotum. vnde & Ieremiam voluerunt ſic occidere, vt habetur Ierem. 26.*

e Interfecti veſtri &c. in medio eius &c. *ſcilicet Ieruſalem.*

f Hi ſunt carnes. *Quia licet non fuerint ibi mortui morte naturali, ſed violenta. Illa tamen mors fuit optima, ſecundũ quod dicitur Pſa. 115. a.*

*Precioſa*

a ¶A Babylonio conſumendi, ardore cuius iacula ignita.
Hæc eſt lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, c
vaticinare fili hominis. Et ir-
¶Illis hoc dicentibus. ¶Secundo.
ruit in me ſpiritus dñi, & dixit
ad me: Loquere: Hæc dicit do
¶Quia. a ¶Q. Non vos eſtis carnes perditæ ciuitatis, ſed hi quos ſcandalizaſtis.
minus: Sic loquuti eſtis domus
Iſrael: & cogitationes cordis ve
a ¶Probans corda & renes.
a ſtri ego noui. Plurimos occidi- d
ſtis in vrbe hac: & impleſtis
vias eius interfectis. Propterea
hæc dicit dominus Deus Iſrael. Interfecti veſtri quos poſui e
¶Scandalizando.
ſtis in medio eius, hi ſunt car- f
nes, & hæc eſt lebes: & educam g h
a ¶Qui putatis vos in hac vrbe morituros.
b ¶Hoſtium.
vos de medio eius. Gladium i
¶Hoſtium.
metuiſtis, & gladium indu- k
cam ſuper vos, ait dominus
Deus: & eijciam vos de medio
¶Vrbis.
eius. Daboq; vos in manu ho-
¶Quaſi non immerito.
ſtium, & faciam in vobis iudi-
a ¶Quamuis extra vrbem. b ¶In terminis prouinciæ veſtræ.
cia. Gladio cadetis. In finibus m
a ¶Sola vexatio intellectum dabit auditui.
b Iſrael iudicabo vos, & ſcietis n
a ¶Non alius. b ¶Ciuitas ſicut putatis.
quia ego dominus. Hæc non o
erit vobis in lebetem, & vos
non eritis in medio eius in car- p
a ¶Quia. ¶Secundo dicit: In fini. Iſ. iu.
b ¶Quia, ſcilicet non inter Gentes, ſed Chriſtianos.
nes. In finibus Iſrael iudicabo q
vos, & ſcietis quia ego domi-
¶Ideo vobis hæc.
nus: quia in præceptis meis
¶Proficiendo.
nõ ambulaſtis, & iudicia mea
¶Contra.
non feciſtis, ſed iuxta iudicia r
a ¶Vt eis eſſetis in exemplum.
Gentium, quæ in circuitu ve-
c ſtro ſunt, eſtis operati. Et fa- s
ctum eſt cum prophetarem,
¶Ruina declinans.
d e Pheltias filius Banaiæ mortuus
¶Compatientis affectu.
eſt. Et cecidi in faciem meã, cla t
¶Fidei ardore.
mans voce magna. Et dixi: Heu
¶Tertio. a ¶Q. Te indignante etiam reliquiæ quæ videbantur ſupereſſe peribunt.
heu heu dñe De⁹, cõſummãtionem tu facies reliquiarũ Iſrael.
d Et factum eſt verbũ domini ad u
a ¶Sic conquerentem. b ¶Q. d. Non ſunt illæ reliquiæ quæ ſunt in Ieruſalem, ſicut putas, ſed quæ in Babylone captiui.
c ¶De ſtirpe tua.
mẽ dicẽs: Fili hominis fratres x
tui viri propinqui tui, & oĩs do y z
a ¶Sunt. b ¶Improperando.
mus Iſrael, vniuerſi q̃bus dixe- a

*Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.* C

g Et hæc eſt lebes. *quia in Ieruſalem fuerunt ſepulti.*

h Et educam vos &c. *extra Ieruſalem in captiuitatem.*

i Gladium me. *ſ. regis Babylonis, quando pro auxilio ad regem Aegypti miſiſtis.*

k Et gladium. *ſ. regis Babylonis.*

m In finibus Iſ. *in terra aliena finibus terræ veſtræ iuncta.*

n Iudicabo vos. *quia fuerunt adducti ad regem Babylonis in terra Emath. & ibi occiſi eò quòd relaxauerant iuramentum Sedeciæ, quod fecerat regi Babylonis, vt dictum fuit Ier. 39. ideo ſubditur:*

o Hæc. *ſcilicet Ieruſalem.*

p Non erit. *manendo in ea vſque ad maturam ætatem.*

q In fi. Iſrael. *Repetitio eſt eius quod prædictum eſt ad maiorem affirmationem.*

r Sed iuxta iudicia Gentium &c. *imitando idololatriam eorum.*

s Et fa. eſt. &c. *Dicunt aliqui, quòd non fuit tunc ſic in re, ſed propheta vidit in ſpiritu mortem ſibi de propinquo imminere. Hebræi dicũt, quòd tunc mortuus fuit ſubitò diuino iudicio: & hoc fuit ſcitum per nuncios, qui frequenter mittebantur de Ieruſalem ad tranſmigratos in Babylonem, qui interrogati ab illis quibus Ezechiel narrauerat ſuam viſionem, vt habetur in fine huius cap. reſponderunt, quòd eodem tempore & eadem hora mortuus fuerat. ſicut Ezechiel dixerat.*

t Et ce. *ad deprecandum dominum ne multiplicaretur exterminium.*

u Et factum eſt. *Hic conſequenter ponitur cõſolatio eorum qui tranſmigrauerãt, cum dicitur*

x Fili ho. fr. tui. *ideſt Iudæi tecum in Babylonem ducti.*

y Viri pro. tui. *quia inter eos erant aliqui, qui erãt de genere ſacerdotali, ſicut ipſe Ezechiel.* D

z Et omnis. *Quia de regno decem tribuum aliqui euadentes manus Salmanaſar, poſtea venerunt in regnum Iudæ, vt dictum fuit 4. Reg. quorum aliqui cum Iechonia rege fuerunt in Babylonem ducti.*

a Quibus dix. *ideſt quibus dixerunt.*

¶ a Habi-

## MORALITER.

✻ a *Hæc eſt le.* Et ſecundum ſenſum literalem, Ieruſalem dicitur hic lebes, & habitatores eius carnes. Per Ieruſalem autem quæ pacifica interpretatur, religio deſignatur: in qua debet eſſet pax & tranquillitas à tumultu ſecularium negotiorum. Et bene dicitur lebes: nam in lebetibus coquebãtur carnes hoſtiarum pacificarum, quarum adeps offerebatur ſuper altare holocauſti in odorẽ ſuauitatis: & ſimiliter in religione carnales affectus decoqui debent charitatis igne, ita q́ deuotio mentis quæ per adipem ſignatur, corã domino acceptetur: & quoniam in religionibus, & ſpecialiter mendicantium aliqui ſolliciti ſunt iuuenes adducere ad ſuam religionem, qui tamen ſunt mali religioſi: propter quod inducti proficiunt aliquando vbi inductores deficiunt. ideò dicitur talibus inductoribus quod ſequitur:

d *Plurimos occidiſtis in vrbe hac, & im. vias eius.* ideſt in hac religione, vbi proficientes mortui ſunt mundo, & occiſi ſunt ſecundũ vitam carnalem. de quibus ſubditur:

f *Hi ſunt car. &c.* ſ. decoctæ charitatis igne, & non vos qui malè viuitis in religione.

g *Et hæc eſt lebes &c.* ſcilicet ipſis, & non vobis, eò quòd in religione decoquuntur igne charitatis, & non vos qui in ea carnaliter viuitis: quorum pœna ſubditur cum dicitur:

h *Et educam vos de medio eius &c.* ſ. de religione per mortem.

k *Et gladium indu.* i. ſentẽtiam horribilem vos ab electis diuidentẽ.

l *Daboq; vos &c. ho.* ideſt dæmonum, vt ſubiecti ſitis eis in pęna ſicut viuentes ſubiecti fuiſtis eis in culpa.



✻ f *Pro-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

a *In ſanctiſi.* Quia quidam eorum idololatriæ ſubijci noluerunt, ſed mandatorum Dei memores fuerunt, vt Daniel &
Dan.3.b tres pueri, & ſimiles eorum.

b *Congregabo. Hie.* Hæc ſub Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech & Eſdra & Neemia tribui Iudæ, & his qui cum eis reuerſi ſunt plerique accidiſſe autumant. Habitatores quoque Ieruſalem qui Sedecia rege Iuda capti ſunt, vel qui fugerunt cum Ieremia in Aegyptum, in oẽs terras eſſe diſperſos, & non reuerſos in vrbem Ieruſalẽ. Plena autem cõuerſio eorum qui captiui erãt, & reliquiarum Iſrael intelligitur in Chriſto: quando re
Act.2.g liquiæ ſaluæ factæ ſunt, & crediderunt vna die tria milia. Sed & quotidie ſuperbi habitatores vrbis Ieruſalem. Quorum autem cor. poſt. o. & ab. ſu. ambulat, Dei merentur offenſam. Qui autem pro lapideo cor molle accipiunt, per pœnitentiam reuertuntur ad eccleſiam, & in præceptis domini ambulant, & judicia eius cuſtodiunt.

tuæ, & abominabilem feciſti de- x
a ¶Animæ. ſ. quæ à Deo fortita. b ¶Aliàs duariſcaſti. c ¶Suppeditando tentationibus vitiorum.
corem tuum. † Et diuiſiſti pedes

c Et ſumens de veſti. &c. *ornamenta diuino cultui deputata idololatriæ applicando: & non ſolummodo ornamenta, ſed etiam vaſa ſacra. ideò ſubditur: Et tuliſti vaſa deco. &c.* C

d Imagines maſculinas. *i. idola, quæ vocantur hic imagines maſculinæ, proſequendo parabolam de meretrice, quæ cum maſculis fornicatur.* Poteſt etiam hoc dici pro idolo Priapi, quod *figurabatur in magnitudine virilis membri. Fuit enim quidam iuuenis de Helleſponto habens membrum virile valde exceſſiuum reſpectu aliorum hominum: propter quod à Gentilibus fuit inter deos reputatus, qui omnia inſolita credebant aliquid habere numinis: & iſtud idolum colebant in Ieruſalem: vnde 3. Reg. 15. dicitur, quòd rex Aſa matrem ſuam amouit ne eſſet princeps in ſacris Priapi.* Priapi imago.

e Et ſumpſiſti veſti. tua multico. *ornando te in veneratione idolorum.*

f Et oleum meum &c. *i. illa quæ debebant mihi offerri, obtuliſti eis. Oleum enim offerebatur in templo domini ad continuandum lucernas, & thymiama ad cremandum ſuper altare incenſi: & non ſolum illa quæ debebant mihi offerri, ſed etiam illa vnde debebas nutriri obtuliſti eis, ſubtrahens ori tuo ex vehementi idololatriæ deſiderio. ideo ſubditur:*

g Similam. *ideſt farinam tritici delicatiſſimam.*

h Quibus enutri. te. *i. quæ dedi ad nutrimentum tuum.*

i Poſuiſti in conſpectu eorum. *i. idolorum eis offerendo.*

k In odorem ſua. *i. vt placares eos tibi.*

l Et tuliſti fi. tuos &c. *quod eſt grauius prædictis.* †in conſpectu eorum

m Quas gene. mi. *exiſtens mihi deſponſata per legis ſuſceptionem: propter quod debuerunt deputari ad ſeruiendum mihi.*

n Et immolaſti eis. *i. idolis.*

o Ad deuorandum. *i. moriendum pro veneratione idolorum. Hoc enim fiebat ſpecialiter idolo Moloch, quod (ſicut ſupra dictum eſt pluries) erat idolum æreum interius concauum, in cuius concauitate fiebat ignis: & cum erat bene accenſum ponebatur puer in manibus idoli vbi cremabatur: ſed tunc ſacerdotes percutiebant timpana: propter quod locus ille vocabatur Tophet: quod in Latino ſonat timpanum, ne parentes puerum offerentes audirent clamorem pueri & dolerent: ſed magis gauderent credentes puerum ſine dolore ad fœlicem vitam tranſiſſe.* D † quietis

p Nunquid parua eſt forni. *ideſt idololatria iſta. q. d. nõ: immo horribilis & maxima, ideo eam replicat, dicens: Immolaſti filios.*

q Et poſt om. *prædictas.*

r Non es recorda. dierum adole. tuæ. *i. vilitatis & abiectionis, in qua eras quando in principio accepi te, ſicut expoſitum eſt ſuprà eodem cap.*

s Et acci. poſt omnem malitiam tuam: væ vę tibi. *i. punitio ab Aſſyrijs & iterum à Chaldæis.*

t Et ædificaſti tibi lu. *ideſt templa pro idololatria.*

u In cunctis plateis &c. *i. in locis communibus, vbi plures poſſunt conuenire.*

x Et abominabilem feciſti decorẽ tuum. *quem antè habebas: Loquitur enim de populo ſub metaphora meretricis, quæ ex continuatione & frequentia meretricij turpis redditur & abominabilis.*

a Et † excelſa

## NIC. DE LY.

a Fornicata es in nomine tuo. *i. idololatriæ expoſita ex tua malitia non ex defectu meo.*

b Et expoſuiſti for. tuam omni tranſeun. *nullam idololatriam quantũcunq; vilem refutans, ſed oẽm amplectens.*

c Et

## MORALITER.

a *Fornicata es &c.* vbi ponitur multiplex fœdatio ad expoſitionem maiorem multitudinis peccatorum & ingratitudinis erga Deum, quia tamen quandiu viuit peccator in præſenti, ſemper poteſt ad Deum reuerti: ideo ſubditur verſus finem capituli: Et recordabor ego pacti mei &c.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *Aegypti, vici.* Hier. Vnde ſanctus paruularum carnium dicitur, quæ in eo quotidie decreſcunt: & per virtutes attenuatæ non dicuntur caro, ſed ſpiritus, vnde: Sitiuit ad te Deus anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Inde Corinthius fornicator traditur in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluetur. de hac carne dicitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos &c. De hac dicit Apoſt. Caro & ſanguis regnum Dei nõ poſſidebũt. In Geneſi quoq; dicitur: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus, qm̃ caro ſunt. Qui in hac carne ſunt, Deo placere nõ poſſunt. Alia eſt ſanctorum caro, de qua dicitur: Videbit omnis caro ſalutare Dei. Aegyptij dicuntur magnarum carnium, vel ob turpitudinis magnitudinem, vel ob peccatorum deformitatem.

E

Pſal.62.a
1.Cor.5.b
1.Pet.1.d
1.Cor.15.f
Gen.6.a
Rom.8.b
Luc.3.b

b *Et extendam.* Vt peccata tua puniẽdo viſitem. vnde: Viſitabo in virga iniquitates eorum. Et notandum, ꝙ quando manus Dei ad probationem mittitur, ad pęnas peccãtium extenditur, vnde: Mitte manum tuam &c. Hier. Noſtra quoq; Ieruſalem, ſi præterierit ceremonias Dei, & extenta fuerit manus eius ſuper eam, ablata legis obſeruantia traditur filiabus Paleſtinæ, non filijs. Neq; enim prius fortioribus ſupplicijs tradimur, ſed iuxta peccatorum qualitatem minoribus, vt correcti in minorib⁹ maiora cruciatuũ tormenta vitemus. Philiſthijm. i. Paleſtini, prima literarũ parte mutata, interpretatur cadentes poculo ſiue fractura, p quod ſignificatur nos tradẽdos aduerſarijs poteſtatibus, quæ biberunt de calice Babylonis: & corruerunt, quarum opera peruerſa ſunt: tantaq; miſeræ Ieruſalem erit correctio & ignominia vt erubeſcant etiã dæmones in noſtrorum magnitudine peccatorum. Paleſtina vicina Aegypto eſt. vnde dominus ad Abraham: Dabo tibi omnem terram à fluuio Aegypti vſq; ad flumen magnum Euphraten: vt ſcilicet ex vna parte Aegyptios, ex altera habeat Aſſyrios, cum quibus in poſterioribus dicitur fornicata.

Pſal.88.e
† diminuã ſtatutũ cibum tibi.
Iob 2.b
‡ voluntati.
F
Gen.15.d
†Quã imbecillũ eſt cor tuum?

c *Et fornicata es &c.* Hier. Secundum tropologiam ab alijs ad alia peccata ſæpe trãſimus: & nec ſatiamur, ſed quaſi longo fune & corrigia vitulæ peccata trahimus, & fornicationem noſtram multiplicamus in terra Chanaan (quæ interpretatur fluctuatio) cum Chaldæis: qui & ipſi nobiſcum ſonant quaſi dæmonia, & pedes habemus in ſalo, nec vnquã dicere poſſumus. Statuit ſupra petram pedes meos &c. Hæreticorum quoq; prauitatibus ſubijcimur, qui habent ſimilitudinem dæmonum, vel ipſis dæmonibus. De quibus dicit Apoſt. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem &c. Hiero. Moraliter. Hoc ad omnem animam poteſt referri, quæ relicto cultu Dei, vitijs ſe luxuriæq; permittit, nec in ſeculari vita quã ſequitur fœliciter agit, ſed & mundi & religionis diuitias perdit, & ſe vltro amatoribus ingerit. Eſt & alia fornicatio ſpiritualis, quando deſerentes eccleſiam, hæreticis iungimur: & lupanar noſtrum in capite omniũ viarum ędificamus. quibus dicitur: State in vijs, & quærite ſemitas domini ſempiternas, & videte quæ ſit via bona, & ambulate in ea: Moyſi. ſ. Ieſu, Iudicum, & Regum libris, Iſaiæ quoque & Ieremiæ & alijs prophetis: In omnibus viarũ principijs fabricat lupanar ſuum, qui doctrinæ teſtimonijs malè abutitur dicens, hoc ait Iſaias, hoc Hoſee, hoc Moyſes, hoc Daniel. Et pulchrè non in medijs vijs nec in viarum terminis ponit lupanar, ſed in principio. Si enim ad ſcientiam & profunda venerit librorum, errare non poterit. Excelſum quoque ſuum vel baſim facit in omni platea ethnicorum, ſe & impiorum laſciuiæ vitijſq; permiſcens, etiam inter ipſos hæreticos, cum ab eis fuerit deturpata, non habens gratiam, ſed contemptui patens: quia facilis fidei perdidit caſtitatem.

Tropolog.
† dominiſ ſui habẽtis
Pſal.39.a
Ephe.6.b
Moraliter.
G

d *Nec fa. es.* Hiero. Lxx. Non fuiſti quaſi meretrix cõgregans mercedes. Q. Dediſti quæ accipere debueras. Dęmonũ enim quos colis, non protegeris auxilio varijs oppreſſa calamitatibus.

e *Omnibus meretricibus &c.* Hiero. Hæc quoque ad eccleſiam, & ad animas fidelium ſunt referẽda, quæ munera maritalia, aurum. ſ. in ſenſu, argentum in eloquentia, & veſtes (quibus turpitudo noſtra atq; fœditas velatur) dant amatoribus ſuis. i. dæmonibus: vel peruerſorum dogmatũ doctoribus, quando aſſerunt nihil nocere luxuriam, & corporis genitalia naturaliter coitum poſcere, cibis omnibus indifferẽter vti, & huiuſmodi.

f *Donabas eis, vt intrarent ad te vndique &c.* Hiero. Omne genus peccati ſignificat, ne putetur vno contenta, ſed ſemper peccandi famem ſuſtineat, & contra iura naturæ omnibus membris turpata vſq; ad verticem polluatur.

a *Quia*

tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cum a
¶Gentilibus.
filijs Ægypti, vicinis tuis ma-
a ¶Turpitudine ſuperans eos.
gnarum carnium: & multi- b
plicaſti fornicationem tuam
a ¶Q. ideo feciſti.
ad irritandum me. Ecce e- c
b go extendam manum meam
a ¶Corrigendam. b ¶Hic conſtat Iudæos legis obſeruantiam amiſiſſe.
¶Aliàs ius tuum.
ſuper te, & † auferam iuſti- d
a ¶Non meam.
b ¶Auferetur à vobis regnum Dei.
ficationem tuam. Et dabo e
a ¶Vrbes vel oppida Paleſtinæ.
te † in animas odientium te fi- f
liarum Paleſtinarum, quæ e- g
rubeſcunt in via tua ſcelerata.
a ¶Sicut cum Aegyptijs, qui & ipſi vicini tui.
Et fornicata es in filijs Aſſy- h
a ¶Ideo vtriſq; traditi ſunt, quia vtrorumque ſimulacra coluerunt.
riorum, eò quòd necdum fue- i
ris expleta. Et poſtquam for-
¶Aliàs ſatiata.
nicata es, nec ſic es ſedata: & k
a ¶Ingredientes enim Chaldæam quæ eſt terra Chanaan, imitati ſunt errores eorum, quorum imperio ſubiacebant.
multiplicaſti fornicationem l
tuam in terra Chanaan cum m
Chaldæis, & nec ſic ſatiata es.
a ¶Medicamine. Q. Quid vltrà debui facere tibi? vnde Hoſee: Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda?
† In quo mundabo cor tuum, n
ait dominus Deus, cum facias
¶Prædicta. ¶Scilicet.
omnia hęc opera mulieris meretricis & † procacis? Quia o
a ¶Q. Non in occulto, ſed tota libertate idola coluiſti.
fabricaſti lupanar tuum in ca-
¶Lxx. Baſim, aras. ſ.
pite omnis viæ, & excelſum
tuũ feciſti in omni platea. Nec p
a ¶Aliàs facis. b ¶Callida. c ¶Difficilis ſcilicet roganti, vt facilius largiretur.
facta es quaſi meretrix † faſti-
dio augens precium, ſed qua- q r
ſi mulier adultera, quæ ſuper s
a ¶Gratis. b ¶Sibi.
virum ſuum inducit alienos.
Omnibus meretricibus dan-
a ¶Bona quæ tibi dederam.
tur mercedes. tu autem dedi-
a ¶Hiero. Dæmonibus idolis. vnde in Hoſee: Hæc non cognouit, quia ego dedi ei triticum, & vinum & oleum & argentum multiplicaui ei.
ſti mercedes cunctis amatori-
f bus tuis, & dona donabas eis,
vt intrarent ad te vndique
ad fornicandum tecum. Factumque eſt in te contra conſuetudinẽ mulierum in fornicationibus tuis: & poſt te non

## NIC. DE LY.

a Et fornicata es &c. *i. cum Aegyptijs, idololatria communicando cum eis.*

b Magnarum carnium. *i. membrorum virilium, per quam magnitudinem metaphoricè intelligitur idololatriæ magnitudo.*

c Ecce ego. *Poſita idololatriæ culpa. Hic conſequenter ponitur pœna. Et diuiditur in tres partes. Quia primò ponitur pęna ſuccinctè. ſecundò repetitur culpa idololatriæ, ibi: Et fornicata es cum filijs Aegypti &c. Tertiò reſumitur pœna magis diffusè, ibi: Propterea. Circa primum dicitur: Ecce ego extendam &c. ad te puniendum.*

d Et auferam iuſti. tuam. *i. templum vbi offerebantur ſacrificia pro peccatis Iudæorum: quod per Chaldæos fuit incenſum. quarti Regum vltimo.*

e Et dabo te &c. *i. ad voluntatem eorum.*

f Filiarum Palæſtina. *ideſt Gentium de terra Philiſthinorum, quæ ſemper oderunt Iudæos: iſti enim cum Chaldæis venerunt ad deſtruendum Ieruſalem.*

g Quæ eru. &c. *i. erubeſcerent facere tam horribilia quæ feciſti.*

h Et fornicata es. *Hic repetitur idololatrię culpa, cum dicitur: Et fornicata es &c. communicando idololatriæ eorum, ſicut patet de rege Achaz. 4. Reg. 18.*

i Eo quòd nec. *i. ſatiata idololatria.*

k Et mul. *i. idololatriam.*

l In terra Chanaan. *i. in Iudæa, quæ antè fuit dicta terra Chanaan.*

m Cum Chaldæis. *Eorum idola colendo in Iudæa.*

n In quo mun. cor tuum. *q. d. tanta eſt immunditia tua, quòd non apparet via mundandi te.*

o Quia fabricaſti lupanar. *i. templa pro cultu idolorum, vt dictum eſt ſupra.*

p Nec facta es quaſi mere. *frequentis concubitus.*

p Augens precium. *ſui concubitus.*

r Sed quaſi mu. adultera. *Quia per legem ei mihi deſponſata.*

s Quę ſuper virum ſuum inducit alienos. &c. *ad ſui concubitum dando ei præmium, quod eſt contra conſuetudinem meretricum, & hoc prouenit ex magna libidine adulterandi, ſicut populus Ieruſalem & regni Iudæ dabat dona precioſa ſacerdotibus*



a *Quia effuſum.* Hiero. ſecundum Tropologiam. Omnis anima à domino accipit pecuniã ſpũalem. Vnde: Vni dedit v. talẽta, alij duo, alij verò vnũ. Sed ſi negligenter egerit, reuelatur ignominia Ieruſalẽ amatoribus: dęmonibus. ſ. in die iudicij vel in tẽpore pniæ quando corripiũtur & prius ſolus Deus cernit occulta. vnde: Et pater qui videt te in abſcondito reddet tibi. Et alibi: Scrutãs corda & re. Deus. Cũ autẽ fuerit impletũ; Nihil occultum qđ non reueletur. Et illud: Nolite ante tempus iudicare, quoad vſq; veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & ma. con. cor. Et cũ correctionis tp̃s aduenerit, tunc illud Hoſee implebit: Circũdederunt eum cogitationes ſuæ. Et illud: Inter ſe cogitationibus accuſantibus vel defendentibus in die, quãdo iudicabit Deus oc. h. Et illud: Ecce homo, & opera eius ante faciẽ eius. Hier. Omnia hæc per metaphoram adulteræ & homicidæ, quæ nõ ſolum contra virum ſuum fornicata fuerit, ſed & filios interfecerit, dicuntur contra Ieruſalem: quodq; cõgregandæ ſint omnes Gentes cõtra eã, quarũ adorauit idola, & omnia Dei munera in cultum eorum cõuertit: & deſtruetur templũ Baal, & omnes aræ ciuitatis incendio ſubuertẽtur, nihilq; in ea remanebit. Hier. Si hęc paſſa eſt Ieruſalem quæ cũ idolis fornicata eſt, quid illam paſſuram putamus, quæ ſanguinis Chriſti rea eſt?

b *Et au.* Hiero. quia iam ſecurus ero de caſtitate tua, ſecundum eos. ſ. qui in bonam partem hoc accipiũt. Alij enim in cõtrarium accipiunt, vt magnæ irę Dei ſit non iraſci, cum ſemel contempſerit fornicantem, & illius deſperauerit ſalutem. Hiero. Si hæretici (qui vetus teſtamentum non ſuſcipiunt) comprehendunt, qđ iuxta Lxx dictum eſt, & cõtriſtabas me, eò ꝙ Deus nõ ſolum iram ſuſcipiat, ſed & mœrori & triſtitiæ ſubiaceat: Interrogemus eos, quõ illud ſuſcipiãt, quod certè boni Dei mandatum eſt. Nolite contriſtare ſpiritumſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Quidquid. n. ſuper hoc nobis dixerint, & nos in defenſionem præſentis ſermonis, in eos retorquebimus.

c *Et non feci iuxta.* Monſtratur diuina clementia: cùm minores pœnæ maiora dicuntur peccata.

d *Ecce omnis qui dicit vulgò.* Poſt catalogum vitiorũ & correctionẽ, qua retrahitur ad ſalutem, aptatur ei tritũ vulgò prouerbium: Sicut ma. ita & fi.

e *Sicut mater.* Cęthea. ſ. quæ inſaniẽs, vel in inſaniam vertẽs interpretatur, incentiua. ſ. huius ſeculi, quæ captiuã animam ducunt ad interitum, & à viro ſuo diuidunt, id eſt Dei verbo.

f *Sororum &c.* Hierony. Sodomæ & Samariæ, quarum altera Gentilem vitam luxuriam deſignat, altera hęreticorum † decipulas.

g *Quæ proiecerunt viros &c.* Dei verbũ & doctrinam. Semper enim errantium fluctuant pedes huc illucq; diſcurrentes. Circumferuntur. n. omni vento doctrinæ, de alia ad aliam falſitatem, & cum in prima fruſtrà ſe ſudaſſe cognouerunt, ad ſecundam tertiamq; tranſcendunt.

a *Ma-*

## NICOLAVS DE LYRA.

*dotibus offerentibus ſibi idola Gentium varia.*

¶Quæ tibi comparetur.
erit fornicatio. In eo enim quòd
¶Quod aliæ non faciunt. ¶Quod aliæ faciunt.
dediſti mercedes, & mercedes non
accepiſti: factũ eſt in te cõtrarium.
a ¶Quia. ſ. prædicta feci. i. b ¶Quæ feciſti & quæ paſſura ſis.
Propterea meretrix audi verbum a
a ¶Primum fundamentum hiſtoriæ ante iaciamus.
dñi: Hęc dicit dñs Deus: Quia † ef- b
a ¶A te. ¶Vt dares quę accipere debueras.
b ¶Quod acceperas a me.
fuſum eſt ęs tuum, & reuelata eſt c
ignominia tua in fornicationibus
tuis ſup amatores tuos, & ſup idola
a ¶Quem immolaſti dęmonijs.
abominationum tuarũ in ſanguine
a ¶Bonarum cogitationum, quas interficit, qui ad mala opera inclinat.
filiorũ tuorum quos dediſti eis:
ecce ego congregabo oẽs amatores d
tuos qbus † cõmixta es, & oẽs quos
dilexiſti cũ vniuerſis quos oderas, e
Et congregabo eos ſup te vndiq;, & f
¶Lege adulterarum.
nudabo ignominiã tuam corã eis, g
¶Genitalia.
& videbunt oẽm turpitudinẽ tuã,
& iudicabo te iudicijs adulterarũ, h
a ¶Magnus eſt furor viri contra adulteram, & nullo poteſt pretio redimi.
& effundẽtiũ ſanguinẽ. Et dabo te i
in ſanguinẽ furoris & zeli & dabo k
a ¶Seminarium fornicationis.
te in manus eorũ. Et deſtruẽt lupanar tuũ, & demoliẽtur proſtibulũ
tuũ. Et denudabunt te veſtimentis l
tuis, & auferẽt vaſa decoris tui, &
derelinquẽt te nudã † plenãq; ignominia, & adducẽt ſup te multitudi m
a ¶Sicomnes communiter ſolent adulteram lapidare.
nẽ. Et lapidabũt te lapidib⁹, & truci n
dabunt te gladijs ſuis. Et cõburent o p
domos tuas igni, & facient in te iu- q
a ¶Vt ſimilia timeant. b ¶Ciuitatum.
dicia in oculis mulierũ plurimarũ. r
a ¶Sic. ¶Q. Etiam iratus & vlciſcens miſereor. Per pœnam tibi prouideo. quia ſic deſines for.
Et deſines fornicari, & mercedes s t
a ¶Amatoribus.
vltrà non dabis. Et requieſcet indi-
¶Cum te amare deſidero.
b gnatio mea in te, & auferetur zelus u
a ¶Cum a me receſſeris, cum te pœnæ tradiderim captiuitati.
meus à te, & quieſcam, nec iraſcar x y
a ¶Hoc. ſ. feciſti.
amplius, eò ꝙ non fueris recordata z
a ¶Beneficiorum quæ dedi tibi in adoleſcentia. b ¶Lxx. contriſtabas me. ¶Ad triſtitiam quem de bonis operibus debuiſti ad gaudia prouocare.
dierũ adoleſcẽtiæ tuæ, & puocaſti
me in omnibus his. Quapropter a
¶Opera tua.
& ego vias tuas in capite tuo dedi,
a ¶Tamen. b ¶Cum ſubuerti debueras. Maior eſt enim culpa quàm pœna.
c ait dominus Deus: et non † feci iuxta ſcelera tua, in omnibus abomi-
d nationibus tuis. Ecce omnis qui- b
† dicit vulgò prouerbium, in te aſ- c
e ſumet illud dicens: Sicut mater, ita d
¶Aſſimilatio.
& filia eius. Filia matris tuæ es tu, e
¶Dei verbum.
quæ proiecit virũ ſuũ & filios ſuos, f
f g & ſoror ſororum tuarum tu, quæ g

a Propterea mere. *Hic reſumitur pęna magis diffusè, cum dicitur:*

C

b Quia effuſum eſt æs tuum. *id eſt diuitię tuæ ſunt conſumptæ in vitio idololatriæ modis prædictis.*

c Et reuelata eſt igno. tua in for. tuis. *id eſt manifeſtata eſt vilitas tua in idololatria, & maximè in filiorum immolatione. vt dictum eſt ſuprà.*

d Ecce ego congregabo omnes amatores tuos. *Quibus commixta es, communicando idololatrijs eorum.*

† diſcooperta eſt turpitudo tua

e Cum vniuerſis &c. *id eſt cũ Philiſthæis qui ſemper fuerunt odioſi Iudæis, & econuerſo.*

f Et congregabo eos. *id eſt in obſidione Ieruſalem.*

g Et nudabo. *i. vilitatem culpæ tuæ manifeſtabo per euidentiam vindictæ.*

h Et iudicabo. *Quibus ſecundum legem mors eſt infligenda.*

i Et dabo te in ſan. *i. in effuſionem ſanguinis paſſiuam.*

k Furoris &c. *i. procedentem ex furore irę meæ. & zelo iuſtitię meę.*

l Et denudabunt te ve. tuis &c. *Id omnibus diuitijs tuis.*

m Et adducent ſuper te mul. *In exercitu regis Babylonis.*

n Et lapidabunt te lapidibus &c. *Tunc enim multi de Iudæis fuerunt interfecti lapidibus machinarum.*

o Et trucidabunt te gladijs ſuis. *In captione enim ciuitatis multi fuerunt trucidati gladijs.*

p Et comburent do. tuas &c. *vt habetur. 4. Reg. vlt. vbi dicitur, ꝙ Nabuzardan incendit domum domini & domum regis & domos Ieruſalem per circuitum.*

q Et facient in te iudi. *Pęnas iuſtè inferendo.*

D

r In oculis mu. plu. &c. *i. plurimarum Gentium, quæ erant in illo exercitu.*

† & diſcoopertam

s Et deſi. for. &c. *i. idololatrare, quia non vacabit tibi præ nimia tribulatione.*

t Et mercedes vltra non da. ſacer. idolo. *Quia non habebis vnde.*

u Et auferetur zelus meus. *i. amor ſingularis, qui eſt viri ad vxorem.*

x A te. *id eſt ſicut repudiata à me.*

y Et quieſcam: nec iraſcar amplius. *Loquitur ſcriptura de Deo tanquam de homine, qui non iraſcitur de quocunque malo culpę vel pęnæ ſuperuenienti vxori repudiatę: & cauſa huius repudiationis ſubditur:*

z Eò ꝙ non fue. recor. dierum. *i. beneficiorum quę tibi in adoleſcẽtia tua feci, prout eſt poſitum ſuprà.*

a Quapropter & ego. vias tuas in ca. tuo. *Te puniendo tamen citra condignum, ideo ſubditur: Et non feci iuxta ſcelera tua.*

b Ecce omnis. *Hic arguitur malitia populi Iudæ ſub nomine Ieruſalem, & hoc comparatiuè, ſcilicet ad populum Sodomorum & populum decem tribuum. & diuiditur in duas: quia primò arguitur culpa, ſecundo ſubditur pęna, ibi: Ergo & tu. Circa primum præmittitur populi Iudę radix prima, quę hic accipit pro Gente in terra Iuda habitante, antequàm filij Iſraël ingrederentur terram promiſſionis, cum dicitur: Ecce omnis. ad deriſionem alicuius.*

Diuiſio

c In teaſſu. *Te deridendo.*

† feciſti cogitationẽ ſup omnibus abo.

d Dicens: Sicut ma. ita & filia eius. *id eſt ſicut Gens quę præceſſit in terra Iuda filios Iſrael fuit fornicatrix ſpiritualiter per idololatriam, ſicut populus Iuda.*

e Filia ma. tuæ es tu. *Per imitationem.*

f Quæ proiecit virum. *id eſt Deum per idololatriam.*

g Et ſoror ſororum. *ſcilicet Sodomę & Samarię, vt exprimitur infrà: per quas intelligitur populus Sodomorum, & populus decem tribuum.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

proiecerunt viros ſuos & filios ſu-
a os. Mater veſtra Cethęa, & pater a
a ¶Quia prius peccauit, & ab Aſſyrijs prius in captiuitatem ducta eſt.
b veſter Amorrhæus. Et ſoror tua b
maior Samaria, ipſa & filiæ eius, c
quæ habitant ad ſiniſtram tuam, d
Soror autem tua minor te, quæ ha- e f
¶Gentes.
c bitat à dextris tuis, Sodoma & fi-
liæ eius. Sed nec in vijs earum am- g
bulaſti, neq; ſecundum ſcelera ea-
¶Quia vel puxillum. ¶Ironice.
rum feciſti. Puſillum minus † penè h
ſceleratiora feciſti illis in omnibus
¶Operibus, cogitationibus.
d vijs tuis. Viuo ego dicit dominus
Deus, quia non fecit Sodoma ſo- i
ror tua, ipſa & filiæ eius, ſicut feciſti
tu & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniqui k
e tas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia,
f ſaturitas panis, & † abũdãtia & ociũ l m
g ipſius & filiarũ eius: & manũ egeno n
& pauperi non portigebant. Et ele- o
uatæ ſunt, & fecerunt abominatio-
h nes coram me, & abſtuli eas ſicut vi p
diſti. Et Samaria dimidium pecca q r
torum tuorum non peccauit: ſed s
a ¶Non ſimpliciter, ſed comparatione tui. Sicut illud dicitur: Deſcendit hic iuſtificatus ab illo.
viciſti † eas ſceleribus tuis, † & iuſti- t
ficaſti ſorores tuas in omnibus abo
minationibus tuis quas operata
i es. Ergo & tu porta confuſionem u
k tuam, quæ viciſti ſorores tuas pec- x
catis tuis, ſcelerarius agens ab eis.

E a *Mater veſtra.* Hieronymus. Suprà dixit, pater tuus Amorrheus & mater tua Cethęa, hic commutato ordine & numero. Mater veſtra. Cùm enim ſcelera profecerint, ſcindun tur in partes, & vnione deſerta in multitudinem proficiũt, & in turbã quæ nõ põt cum Ieſu ad montana conſcendere. Sorores autem, Ieruſalẽ, Samariã & Sodomã: quarũ altera à dextris, altera à ſiniſtris: etiam ſecũdũ corporalẽ intelligentiam, & ſi de tẽplo Ieruſalẽ ad orientem aſpicias comprobabis.

b *Soror tua.* Hiero. Media inter duas ſorores Ieruſalẽ, quæ & Iudas dr̃: & & à Chaldæis in Babyloniam ducta eſt: quæ multò ſceleratius peccauit, q̃ Samaria & Sodoma: in tẽplo idolũ adorans, & poſt Dei filiũ interficiẽs.

c *Sodoma.* Quæ refertur ad Gentes. Sodoma enim eo tempore nõ erat, quę prius cũ Gomorra, Adama & Seboim, diuino fuerat igne deleta. Hierony. Secundum Tropologiã, Samaria & Sodoma. i. hæretici & ethnici ſæpe leuiora cõmittunt, q̃ qui putantur Ieruſalẽ. ſ. eccleſiaſtici: vñ ad Corinthios: Oĩno auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter Gentes &c. Solent hæretici, qui tñ vetus teſtm̃ ſuſcipiunt tres naturas in hoc loco intelligere, ſpiritualem, aĩalem, terrenam: Et ſpũalem ad Ieruſalem referunt: Animalẽ ad Samariã: Et terrenam ad Sodomam: quos bñ interrogamus, qũo tres naturæ, ſpũalis, animalis, terrena, quæ inter ſe diuerſæ ſunt, vnam matrem & vnũ patrẽ habeant? quod figmento eorum non congruit. Et qũo animalis & terrena natura iuxta hunc prophetam reſtituantur in antiquũ ſtatũ, i. ſpũalem? hoc. n. rationibus eorum cõtrarium

F eſt. Quòd Samaria hæreticos ſignificet, & in Hoſee, & in multis alijs, & in hoc præcipuè teſtimonio ꝓbatur; Væ qui deſpiciunt Sion, & confidũt in monte Samariæ, & vindemiauerunt principia Gentiũ. Oẽs. n. hæretici deſpiciunt Sion, quæ interpretatur ſpecula. ſ. eccleſiam, & confidunt in monte Samariæ in ſuperbia. ſ. puerſorum dogmatum, quæ putant eſſe ſublimia: quibus vindemiant atq; populantur principia Gentium, potentes. ſ. ad errorẽ ptrahũt.

d *Viuo ego.* Abſolutè dicitur, excellenter. In veteri teſtamento hoc iuramentum. In nouo: Amen amẽ dico vobis. vnde: Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob. nõ eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. & alibi: Placebo dño in regione viuorum. Sicut nemo abſolutè dr̃ bonus, niſi ſolus Deus: quãuis dicatur arbor bona, homo bonus, paſtor bonus, ſeruus bonus. vnde: Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Sic Angeli & cetere virtutes, patriarchæ, prophetæ, & Apoſtoli, q̃uis viuẽtes, comparatione omnipotentis Dei mortui dicũtur: Quis eſt homo iſte, qui viuat & non videbit mortẽ? vnde Apoſtolus de Deo: Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. Hiero. Iuramento deſcribens Sodomæ & filiarũ eius ſcelera, primũ ponit ſuperbiã, diaboli propriũ & primum peccatum. vnde Apoſtolus, Ne inflatus ſuperbia in iudicium incidat diaboli, propter quam ſcilicet de cęlo cecidit. Superbis enim Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

e *Superbia &c.* Peccatum Sodomiticum eſt. & propter hoc ſequitur Dei obliuio: quæ præſentia bona putat eſſe perpetua, & nunquàm ſibi indigendum. vnde in lege: Attende ne comedens & bibens & ſaturatus ędificatis optimis domibus, habenſque oues & boues, argentum & aurum, obliuiſcaris domini Dei tui. vnde Salomõ. Diuitias & paupertatẽ ne dederis mihi, ſed tantùm victui meo tribue neceſſaria.

f *Saturitas panis.* Hiero. Superbiæ ſeminarium eſt ſaturitas panis, abũdantia rerum, & ocium. Vel ſecundum. Lxx. deliciarum luxuriæq; abundantia. Diues ille Euangelicus non aliud peccaſſe memoratur, niſi ꝙ opibus & diuitijs affluens, in tantam erupit ſuperbiam, vt manum nõ porrigeret indigẽti Lazaro, cõditionis ſuæ oblitus, vt ne hoc quidẽ quod proijciendum erat, daret miſero. vnde alibi: Qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

g *Et otium ipſius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant &c.* Hieronymus. Alij, deliciæ iuxta illum ſenſum: In deſiderijs eſt anima hominis otioſi. Semper enim eſt aliquid agendum, ne ager noſtri pectoris manu ceſſante malarum cogitationum ſentibus occupetur.

h *Et Samaria dimidium.* Hieronymus. Seruus enim ſciens voluntatẽ domini ſui, & non faciens, va. m. Et: Potentes potenter tormenta patientur.

i *Porta con.* Secũda poſt naufragium tabula eſt cùm peccaueris erubeſcere, ne audias: Facies meretricis facta eſt tibi: no. e. Porta confu. Hiero. vt propria. ſ. torquearis cõſcientia, & nunc voluntate propria ſuſtine cruciatum, ne ſuſtineas in perpetuum.

k *Quæ viciſti.* Hieronymus. Lxx. Quæ corrumpis (alias corrupiſti) ſorores tuas, tuo exemplo. ſ. ad maiora peccata prouocando, velut ſi ſacerdos malè viuẽs, & opere dignitatem deturpans, exemplo laicos corrumpat. vnde: Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis &c.

Tropolo.
1.Cor.5.a
†oam Amos.6.a
Num.14.d
Ioh.13.b
Mar.10.
Pſ.114.b
Luce.18.d

¶ a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Mater veſtra Cethæa. *Et exponitur vt ſuprà.*
b Et ſo. *Maior. n. fuit populus decem tribuum, q̃ populus regni Iudæ.*
c Et fi. *i. aliæ ciuitates & villæ, quarum Samaria erat metropolis.*
d Quæ habi. *Sunt enim in aquilonari parte reſpectu Ieruſalem, quæ pars aquilonaris etiam vocatur hic ſiniſtra, eò quòd ab aquilone venerunt ſuper Ieruſalẽ multa mala. Iere. 1. Ab aquilone pandetur oẽ malũ.*
e Soror au. tua mi. te. *Quia populus Sodomæ minor fuit quàm Iudæ.*
f Quæ habitat à dextris tuis. *Quia declinat verſus meridiem reſpectu Ieruſalem, & ſic dicitur hic dextera ſicut pars oppoſita ſiniſtra.*
g Sed nec in vijs earum am. &c. *Sed in peioribus.*
h Puſillum mi. penè &c. *Quod exponit Rab. Sa. ſic. Si feciſſes talia mala & non maiora, parum reputarem: aliter autẽ legitur interrogatiuè, Puſillum minus &c. quaſi dicat non: immo multò maiora mala feciſti &c. Et hoc concordat literæ ſequenti, cum dicitur:*
i Quia no. *Et hoc declarat conſequenter, cùm dicitur:*
K Ecce hæc &c. ſuperbia. *De ſe præſumendo.*
l Saturitas pa. *Delicioſè viuendo. Nomine enim panis intelligitur omnis cibus in ſcriptura.*
m Et abundantia. *Diuitiarum malè acquiſitarum.*
n Et otium. *à bonis operibus.*
o Et manum ege. *Per defectũ miſericordiæ, non potentiæ, vt patet ex præcedentibus. Et quia iſta ducunt ad vitia carnis peiora, iõ ſubditur:*
p Et fecerunt abominationes. *Exercendo vitium contra naturam, quod eſt abominabile.*
q Et abſtuli eas. *Subuertendo ciuitates illas. Gene. 19.*
r Sicut vidiſti. *Et te exemplo eius non caſtigaſti, quod aggrauat peccatũ. In Heb. habetur: Sicut vidiſti. ſ. iuſtè fiendum. vnde Gen. 18. c. dicit dominus de Sodoma & Gomorra: Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Peccata autem Sodomæ hic enumerata non ſunt ita grauia de genere ſicut eſt idololatria. quæ cum multis alijs vitijs vigebat in Ieruſalem & terra Iuda.*
s Samaria dimidium peccatorum tuo. non pec. *Quia populus habitans in Ieruſalem coluit idola in domo domini poſita tempore Manaſſe. 4. Reg. 21. Quod fuit grauiſſimum, ſicut turpiſſimum eſt mulieri, quòd inducat adulterum ad proprium lectum mariti.*
t Et iuſtificaſti ſorores tuas. *Non abſolutè, ſed in comparatione tua. ſicut pallidum comparatum ad nigrum dicitur album, & ſecũdum hoc dixit Iudas Gen. 38. g. de Thamar: Iuſtior me eſt.*
u Ergo. *Reprehenſa malitia, hic conſequenter ſubditur pęna: & primò denunciatur comparatiuè: ſecundò abſolutè, ibi: Et faciam. Et in vtraque parte ſimul ponitur pęnæ comminatio & ſequens liberatio. Circa primum dicitur: Ergo & tu porta confuſionem tuam. id eſt pęnam confuſibilem.*
x Quæ viciſti ſorores. *In malis.*

¶ a Ergo



a ¶Non q̃ abſolutæ ſint iuſtæ ſed peioris cõparatione.
a Iuſtificatę ſunt enim à te. Ergo & a
tu confundere, & porta ignomi-
niam tuam, quæ iuſtificaſti ſoro-
b res tuas. Et couertam † reſtituens b
eas conuerſione Sodomorũ cum
filiabus ſuis, & conuerſione Sa-
mariæ & filiarum eius. Et conuer
tam reuerſionẽ tuam in medio
earum, vt portes ignominiam c
tuam, & cõfundaris in omnibus d
c quæ feciſti cõſolans eas. Et ſoror e
tua Sodoma & filiæ eius reuertẽ-
tur ad antiquitatem ſuam, & Sa- f
maria & filiæ eius reuertentur ad
antiquitatem ſuam, & tu & filiæ g
tuę † reuertimini ad antiquitatẽ
a ¶Vt ſubuerſionem eius reduceres ad memoriam. & timeres.
veſtram. Non fuit autẽ Sodoma h
a ¶Quando ſuperbe peccabas.
ſoror tua audita in ore tuo in diẽ
a ¶Scilicet.
ſupbię tuę, antequã reuelaretur ma i
a ¶Reuelata eſt. ſ. vt ſias in opprobrium filiarum præ cunctis vrbibus Syriæ & Paleſthinæ.
d litia tua ſicut hoc tpe in oppro- k
briũ filiarũ Syriæ, & cunctarũ in- l m

A a *Et tu confun.* Hier. poſt confuſionem ſequitur ignominia, ignominiam correctio, correctionem conſolatio, & eam ſalus. Iuxta illud: Tribulatio operatur patientiã, patientia probationẽ, probatio ſpem: Spes autẽ nõ confundit: in futuro. ſ. quia in præſentiarum ſua per confuſionem pctã deleuerunt. vnde: Eſt confuſio quæ ducit ad mortem, & eſt confuſio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; ſanctus pctõres hortatur ſic: Confundantur & reuereantur oẽs inimici mei: conuertãtur retroſum, & confundantur valde velociter. Et in alio loco: Dic tu primum iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Et iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis. Quid ergo mirum ſi prouocatur Ieruſalem ad cõfuſionem & ignominiam, quæ ſorores ſuas iuſtificauit peccando?

b *Et conuer.* Grãdis profectus poſt confuſionẽ & ignominiam quã ſibi Dei iudicio illatam libenter accepit. Q. d. Irã Dei ſuſtinebo, qm̃ peccaui ei. Promittitur ei reſtitutio in antiquum ſtatum. Sed quia cõparatione ſcelerum eius, iuſtificata eſt Sodoma & Samaria: primum reſtituitur cõuerſio vel captiuitas Sodomorũ ſecundũ Aquilã. ſecundò captiuitas Samariæ ſ'm eundẽ: Nouiſſima reſtituitur Ieruſalẽ. Cui enim eſt dubiũ ꝙ inter tres: Gentilẽ, hæreticum, eccleſiaſticum, multò maioribus pœnis dignus ſit qui maioris dignitatis eſt. vñ Petrus: Tps eſt, vt incipiat iudiciũ à domo Dei. Et in hoc ꝓpheta: A ſanctis meis incipite, vt. ſ. extrema Ieruſalẽ ſororibus ante conuerſis & reſtitutis portet ignominiã ſuã, & confundatur ſuper peccatis ſuis, & ſorores ſuas conſoletur dũ grauius punitur. Vel ideò cõfundatur, qa Deum ad iracundiam prouocauit. vñ patet nõ eſſe naturalẽ iram Dei, ſed clemẽtẽ & manſuetũ vitijs noſtris ad iracundiam prouocari. vnde Secundum duritiam tuam & impęnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die irę & reue. m. &c. Et alibi: Miſiſti iram tuam, & deuorauit eos ſicut ſtipulã. Quod enim coniunctum eſt & in vno corpore copulat, mitti non C poteſt, ſed quod extra eſt, vt lancea, telum, & huiuſmodi.

c *Et ſoror tua.* Hier. Iudæi inter alias fabulas dicunt in aduentu Chriſti ſui. i. Antichriſti, & in mille annorũ regno Sodomã reſtituendam, vt ſit quaſi Paradiſus Dei, et quaſi terra Æegypti, et Samariã in fęlicitatẽ priſtinã, vt. ſ. de Aſſyrijs reuertãtur in terrã Iudeã. Decẽ. n. tribus captas à Phul et Salmanaſar, et Teglathphalaſar regibus Aſſyriorũ legimus, et vſq; hodie ibi eſſe captiuas. Ieruſalẽ quoq; tunc eſſe fabricãdã, et oẽs filias eius, vrbes. ſ. et viculos et caſtella quæ ſub eius fuerant poteſtate, vt prius florituras, et ipſam auro et argẽto et precioſis lapidibus extruendã. vñ Iſaias: Conſtituã iudices tuos ſicut prius, et conſiliarios tuos ſicut à principio &c. Et Dauid: Benigne fac dñe in bona voluñtate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalẽ. Et alibi: Ædificabũt ciuitates Iudę illi ita. Nos autẽ dicimus, ꝙ Sodoma redit in antiquũ ſtatum, cũ naturæ ſuæ reddita Gentilis prius & impia anima intelligit creatorem. Samaria quoq; recipit antiquã beatitudinẽ. hæreticorum errore cõtempto, iuncta doctrinæ & fidei Chriſtianæ. Et tunc Ieruſalem. i. eccleſia reuertetur in ſtatum ſuum, de qua dr̃: Factus eſt ĩ pace locus eius. Et alibi: Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas &c. Et in Apoſtolo: Quæ autem ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt.

d *In opprobrium filiarum Syriæ. & cuncta.* Hierony. Syria in Hebræo dr̃ Aram, quæ interpretatur ſublimitas. & iuxta explanationẽ illius loci Iſaiæ, vbi Arã & Ephraim cõſentiunt cõtra Iudã & Ieruſalẽ, Ethnicorũ arguta ſapientia, quæ ſibi ſublimitatem quærit ſcĩetiæ ſicut hæreticus impugnat Iudam, in quo. ſ. vera confeſſio, & nõ põt præualere. Hic quoq; eadem arrogantia Syriæ. i. Philoſophorũ cum filiabus alienigenarũ, in quibus multiplex diuerſorũ in Gentibus dogmatũ error oſtendit, Illud & opprobrium habet Ieruſalem, cuius vitio ſuperatur. D

Hebræorũ fabula de Sodoma & Ieruſalẽ ceteriſq; ciuitatibus reædificandis Meſſiæ tpe.
†captiuitatẽ earum, captiuitatem. ſ. Sodomorum & villarũ eius &c.
Iſaiæ.1.f
Pſ.50.d
Pſ.68.g
Pſ.75.a
Ibid.121.a
Gal.4.d

¶ a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ergo & tu. *Repetitio eſt eiuſdem ſñiæ ad maiorem affirmationẽ.*
b Et conuer. *Ra. Sa. exponit hoc de tempore Meſſiæ, quem expectant Iudæi. d. ꝙ terra Sodomorum quæ ſubuerſa igne & ſulphure legitur, Gen. 19. tunc ſanabitur, & erit ita pulchra ſicut à principio, & tamen de ea dicitur Gen. 13. ꝙ tunc irrigabatur ſicut Paradiſus domini. Sed hæc expoſitio fundatur ſupra erroneum fundamentum. ſ. ꝙ Chriſtus ſit venturus in mundum. propter quod dicit Hiero. ꝙ ſcriptura loquitur hic metaphoricè, per conuerſionem Sodomorum ſignificans conuerſionem Gentilium ad Chriſtum, & per reuerſionem Samariæ, reuerſionem hæreticorum ad vnitatem eccleſiaſticam, à qua diſceſſerant, ſicut decem tribus à regno Dauid. 3. Reg. 12. Per reuerſionem verò Ieruſalem, conuerſionem Chriſtianorum & peccantium, in fide tamen informi manentium ad bonum. Sed quia iſta expoſitio videtur aliquibus magis myſtica quàm literalis, ideo aliter exponunt dicentes, ꝙ per Sodomam intelliguntur duæ tribus & dimidia, exiſtentes vltra Iordanem, eò quòd erãt prope Sodomam. per Samariam aliæ ſeptem tribus cum dimidia, per Ieruſalem regnum Iudæ: Et hi dicunt, quòd omnia iſta. Et conuertam reſtituens &c. Impleta fuerunt in reditu de captiuitate Babylonica, in qua fuerunt duæ tribus. ſ. Iudæ & Beniamim. & aliqui de decem tribubus: qui effugientes manum regis Aſſyriorum venerunt ad habitandum in regno Iudæ, & cum illis de regno illo captiuati fuerunt, & cum redeuntibus redierunt. Sed hæc expoſitio videtur in duobus deficere. Primò quia ſors Iudæ fuit magis propinqua Sodomæ quam ſortes vltra Iordanem exiſtentes: quia mare ſalis, vbi antiquitus fuit terra Sodomorum habitabilis, clauſit terminum ſortis Iudæ à parte orientali. & partim à meridionali, quia eſt in angulo vtriuſque lateris, vt patet in deſcriptione terræ promiſſionis. Secundò, quia redeuntes de Babylone non recuperauerunt Samariam & ciuitates ei propinquas, ſed tenuerunt eas Gentiles illuc miſſi à rege Aſſyriorum. vt patet. 1. Eſdrę & Neemiæ, & etiam in Euangelio & Actibus Apoſtolorum. Propter quod videtur mihi ſaluo meliori iudicio, quòd hæc litera poteſt exponi magis literaliter quàm dicat Hiero. & vitando errorem Ra. Sa. conuenio tamen cum vtroque inquantum dicunt hanc literam referri ad tempus Chriſti. Sed ſecũdum expoſitionem meam per Sodomam intelligitur populus Ammon & Moab, eò ꝙ Loth pater eorum habitauit in Sodomis. Gen. 13. Et filiæ Loth matres eorum ibi natæ fuerunt. Per Samariam verò Gentiles ibi habitantes, vt dictum eſt: & per Ieruſalem populus Iudæorum. De omnibus iſtis aliqui fuerunt conuerſi ad fidem Chriſti per prædicationem eius & Apoſtolorum, ſicut patet de Iudęis in Euangelio in multis locis, & in Actibus Apoſtolorum. Similiter de Samaritanis. quorum aliqui crediderunt ad prædicationem Chriſti, Ioh. 4. & poſtea ad prædicationem diſcipulorum. Act. 8. Et ſimiliter de Ammonitis & Moabitis, quorum terræ erant propinquæ Iudeæ: vnde exierunt Chriſti diſcipuli ad prędicandum fidem per orbem, & ſic primò prædicauerunt in partibus propinquis. & ſecundum hoc patet litera ex dictis vſque ibi:*
c Vt portes igno. *Li vt, tenetur hic conſequutiuè. Ad conuerſionem enim Iudęorum ad fidem ſequuta eſt eorum erubeſcentia & confuſio de peccatis pręteritis, & maximè in procuratione & cõſenſu mortis Chriſti per veram pęnitentiam, vt patet Act. 2.*
d In omnibus quæ fe. con. eas &c. *Quoddam enim ſolatium eſt miſeris habere ſocios in miſeria. Vel melius, quia per mortem Chriſti à Iudęis procuratam, venit conſolatio Gentibus per Apoſtolorum prędicationem. Vnde Act. 13. Paulus & Barnabas dixerunt Iudęis obſtinatis: Quia indignos vos iudicatis ęternę vitę, ecce conuertimur ad Gentes: ſic enim precepit nobis Deus.*
e Et ſoror tua. *Ad antiquitatem ſuam. ſ. ad fidem Loth, vnius veri Dei cultoris ſicut edoctus fuit ab Abraham, apud quem diu manſit: & ſic habuit fidem Chriſti Abrahę promiſſi, Gen. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes.*
f Et Samaria & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam. *Id eſt ad fidem Ioſue & aliorum ſenum fidelium, qui habitauerunt ibi in principio ingreſſus filiorum Iſrael in terram illam, qui habuerunt fidem de Chriſto venturo.*
g Et tu & filiæ tuæ reuer. ad anti. veſtram. *Quod patet impletum in Apoſtolis, & alijs de Iudęa ad fidem vocatis.*
h Non fuit autem Sodoma ſoror tua audita in ore. *Id eſt quamdiu fuiſti in gloria poteſtatis tuæ, ita deſpiciebas eam, quòd dedignabaris de ea aliquid dicere vel audire.*
i Antequam reue. malitia tua. *Per manifeſtam Dei vindictam.*
K Sicut hoc. *ſ. captiuitatis Sedecię & populi ſui.*
l In opprobrium. *ſcilicet actum eſt.*
m Filiarum Syriæ. *Quia ciuitates Syrię & aliarum terrarum circa Iudęam opprobria dicebant de populo Iudę captiuato.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

F a *Et non ſit tibi*. Hier. quod ſanctorum eſt.vnde:Os noſtrum patet ad vos ò Corinthij.Et de Saluatore: Aperiēs os ſuum docebat eos.Et in Pſal. Aperiam in parabolis os meum:Peccatori dicitur: Peccaſti, quieſce. Et, Peccatori dixit Deus: quare tu enar.iuſti.meas, & aſſumis teſtamentum meū per os tuum? Et: Non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris. Sancto dicitur: Aperi os tuum, & implebo illud. Vnde debemus etiam, cum per miſericordiā Dei recepimus priſtinam gloriā, & pactum Euangelij Dei ſempiternum, & cū placatus nobis fuerit dominus in omnibus quæ fecimus, memoriā nos habere peccati:& ſemper os claudere, quia nō ex operibus noſtris, ſed ex Dei gr̄a ſaluati ſumus &c.

*1.Cor.6.c* *Matt.5.a* *Pſ.77.a* *Gen.4.b.ſecūdū aliam literam.* *Pſ.49.c* *Eccl.15.b* *Pſal.80.b* † cōtènunt

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Scelus. *Per vindictam Dei. Et loquitur hic propheta de futuro per modū præteriti, quia Ezechiel iſta prophetauit ante destructionem ciuitatis Ieruſalem.*
*b* Quia hæc. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*
*c* Et fa. *Hic conſequenter denunciatur pęna abſolutè, & cum hoc futura miſericordia tempore Chriſti. Dicit igitur in perſona Dei: Et faciam tibi, inferendo pęnam.*
*d* Sicut. *Iuramentum tranſgrediendo legem, ad cuius conſeruationem te obligaſti in mōte Sinai. Exo.24.b. Omnia quæcunque loquutus eſt dominus, faciemus & erimus obedientes.*
*e* Et recor. *Tunc enim promiſit Deus ſe eis mittere Chriſtum, ſecundum quod dicitur Deuteron. 18.e. Prophetam ſuſcitabo eis ſimilem tui &c.*
F *f* In diebus &c. *Quod fuit in exitu de Aegypto, & tempore dationis legis.*
*g* Et ſuſcitabo. *i.pactum nouæ legis, cui non ſuccedet alia in futurum.*
*h* Et recordaberis via. *Pęnitendo de peccatis præteritis, vt prædictum eſt.*
*i* Cum receperis. *ſcilicet alias Gentes intra eccleſiam, quæ inchoata fuit in Iudæis.*
*K* Te maiores. *Quia aliquæ Gentes ad fidem Chriſti conuerſæ, erant maiores gente Iudæorum, & aliquæ minores.*
*l* Et dabo eas. *Quia omnes ſunt filij eccleſiæ in Apoſtolis inchoatæ.*
*m* Sed non ex pacto tuo. *Hoc eſt ex virtute legis veteris, ſed nouæ, ideo ſubditur:*
*n* Et ſuſcitabo. *Quod dicitur pactum nouum, non ſecundum pactum in Oreb initum, Ierem. 31.*
*o* Et ſcies quia ego do. *Per miracula diuinitatem Chriſti oſtenſiua.*
*p* Vt recor. & confun. *De peccatis tuis præteritis.*
*q* Et non ſit tibi vltrà. *Quia non poteris dicere, quòd aliquid omiſerim de beneficijs patribus promiſſis.*
*r* Cum placatus fuero tibi. *Per carnis aſſumptionem.*
*s* In omnibus quæ feciſti. *Quia paſſio Chriſti in carne aſſumpta ſufficiens fuit ad delendum omnia peccata.*

circumitu tuo filiarum Paleſtinarum,
a ¶Ergo. ¶Quo ſuperaſti alias in ſcelere.
quæ †ambiunt te per gyrum. Scelus tu- a
um & ignominiam tuam tu portaſti,
ait dominus Deus. Quia hæc dicit dn̄s b
¶Ideo vt portes ſce. tuum.
a ¶Vt recipias quod mereris.
Deus: Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iu- c d
a ¶Ad nihilum duceres.
ramentum, ut irritum faceres pactum:
a ¶Cum.ſ.impletum fuerit: Ego occidam & ego viuificabo, ego percutiam & ego ſanabo. b ¶Quod olim habui tecū.
& recordabor ego pacti mei *tecum in e f
a ¶Alias meæ.
diebus adoleſcentiæ tuæ, & ſuſcitabo ti g
a ¶Non legis quod præterijt ſed Euangelij, quod eſt ſempiternum. ¶Sic.
bi pactum ſempiternum. Et recorda- h
a ¶Operum, cogitationum. ¶Recordata.ſ.
beris viarum tuarum, & confunderis,
a ¶Samariam & Sodomam, earumq; ſocias.
cùm receperis ſorores tuas te maiores i k
cum minoribus tuis. Et dabo eas tibi in l
a ¶Alij in probationem. Oportet enim eſſe hæreſes, vt qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis. b ¶Merito.ſ.ſed ex miſericordia mea. ¶Vt.ſ.cum pœnas pro ſacrilegio ſuſtinueris, veniam, non ex pacto tuo, ſed ex mea clementia conſequaris.
filias, ſed non ex pacto tuo, & ſuſcitabo m n
¶Tunc. ¶Recordata beneficiorum meorum.
ego pactum meum recū: Et ſciēs quia o
a ¶Sicut ille qui dicit: Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſequutus ſum eccleſiam Dei.
ego dominus, vt recorderis, & confun- p
dari, & nō ſit tibi vltra † aperire os præ q
confuſione tua: cū placatus fuero tibi in r s
omnibus quæ feciſti, ait dn̄s Deus.

*In cap.xvi.vbi dicitur in Poſtilla. Pater tuus Amorrhęus.*

### ADDITIO I.

Hoc dicitur hic: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethęa. propriè poteſt exponi vt ſonat. Ad quod ſciendum, ꝙ prophetæ ſępè mutant modos loquendi ſicut & loquutiones perſonarum: quia qn̄que mutant perſonam primam in ſecundā, & econuerſo. vnde & in hoc loco qn̄q; loquitur propheta patriæ Ieroſolymitanæ, nō reſpectu ciuitatis nec templi. Et de illa dicit, Pater tuus Amorrhęus, & mater tua Cethæa, quia iſti fuerunt de antiquioribus & famoſioribus illius terræ habitatoribus. Et ſecundum iſtum modum intelligitur illud quod dicitur infrà eo. cap. Sicut mater ita & filia eius: q̄a loquitur de illa terra quę prius fuit ſub idololatris Amorrhęorum, & poſtea ſub idololatris Iudæorum. Cum autem ſequitur: Et q̄n nata es. vertit ſe propheta ad loquendum cum populo Ieroſolymitano ſibi contēporaneo: & exponat ſicut in Poſtil.

*In eo.cap.vbi dicitur in poſtilla: Tranſiens autem per te.*

### ADDITIO II.

Secundum Hebræos hoc quod dr̄: Tranſiens autem per te. refertur ad illud quod legitur in exitu Iſrael de Aegypto, quando Deus tranſiens ad percutiendum primogenita Aegypti, videns ſanguinem agni paſchalis immolati. non permittebat eos perire. vnde Exo.12.d. Tranſibit.n.dominus percutiens Aegyptios, cumq; viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroq; poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, quod propriè videt̃ huic reſpondere quod dicitur hic. Tranſiens autē per te vidi te conculcari in ſanguine tuo.ſ.ſanguine agni, Et dixi tibi: In ſanguine tuo viue &c.

*In eod.cap.vbi dicitur in poſtilla: Propter quod dicit Hiero.*

### ADDITIO III.

Expoſitio beati Hiero. bene poteſt dici literalis. Nam decem tribus recedentes à cultu diuino & à regno Dauid per Deum electo, propriè poſſunt dici hæretici. per Sodomos autem in ſcriptura ſacra nōn ſolum intelliguntur Sodomi natione, ſed etiam eorum imitatores. vnde Iſa.1.c. dicitur Iudæis: Audite verbum domini principes Sodomorum, auribus percipite populus Gomorræ. In quo loco manifeſtè ad literam accipitur Gens Sodomæ pro populo eos imitante. Dicere autem quòd per Sodomam intelligatur populus Ammon & Moab, prout Poſtil. vult, valde remotum videtur à ſignificatione literæ. Nec credo, ꝙ hoc inueniatur in ſcriptura ſacra in alio loco. Et notandum, ꝙ ex hoc paſſu Hebræi ęſtimant habere validum argumentum contra nos, qui Chriſtum iam veniſſe confitemur. Dicunt.n.ꝙ ex hoc ꝙ Sodoma & Gomorra non ſunt reuerſę ad ſtatū priſtinū, prout hic propheta prænunciat, ſequit̃ ꝙ nōdum venit Chriſtus de quo agitur. Sed hoc argm̄ euacuatur planè per expoſitionem Hie. quæ fundatur in ſenſu literali modo prædicto.

## GLOS. ORDIN. CAP. XVII.

*Anagoge* E*T factum eſt. Aquila.* Hiero. Secundum anagogen (q̄uis violenta videat̃ interp̄tatio) ſicut cętera animantia, & ad bonā, & ad malā partē referunt̃, ita & aquila. De leone ī bonam partem dr̄: Catulus leonis
*Gen.49.b* Iuda. In contrarium. Aduerſarius
*1.Pet.5.a* veſter

## CAP. XVII.

ET FACTVM eſt verbum domini ad me, dicens: Fili ho-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

E*T* factum eſt. *Hæc eſt tertia pars in qua propheta arguit populi Iudæ flagitia ſub metaphora cedri tranſplantatæ, & vineæ vento vrenti deſiccatæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur flagitij punitio, ſecundò remedij promiſſio, ibi: Hæc dicit dominus. Prima in duas, quia primò parabola ponitur, ſecundo exponitur: ibi: Et factū eſt. Prima diuiditur in tres partes, quia primò ſub parabola deſcribitur Iechoniæ tranſmigratio & Sedeciæ ſubſtitutio. ſcd̄ò, eiuſdem rebellio, ibi: Et facta eſt. tertiò, eius captiuatio, ibi: Dic. Circa primum dicitur:* ¶ a Propone

## MORALITER.

✱ a *Et fac.* In hoc capitulo ſecūdum ſenſum literalē ponit̃ trāſmigratio Ioakim regis in Babylonem, & inſtitutio Sedeciæ loco eius, & rebellio Sedeciæ ex confidentia fęderis initi cum Aegypti rege: ex quo ſequuta eſt exoculatio Sedeciæ, & eius ductio in Babylonem. Sicut dictum fuit à principio huius operis: Vna & eadem res diuerſa myſticè ſignificat, & aliq̄n valde diſparata propter eius diuerſas proprietates, vt leo pp eius conſtantiam ſignificat Chriſtum. Apoc.5.b. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Aliquādo diabolū propter eius crudelitatem. 1.Pet.5.c. Aduerſarius veſter diabolus tanq̄ leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Sic Nabuchodonoſor rex Babylonis quia multos valde crudeliter tractauit, ſignificat diabolum, vt frequēter dictum eſt ſuprà. Et quia Deum veraciter confeſſus eſt, ſecundū q̄d dicitur ✱ Dan.4.



veſter diabolus, tanq̄ leo rugiens &c. De aquila in bonam partem, q̄ iuſtus diues effectus faciat ſibi pennas vt aquila, vt poſſit reuerti in domum prædeceſſoris ſui. Et in Iſa. Qui ſperant in domino aſſument pennas, vt aquilæ. Rectè autē qui dixerat: Fortitudinem faciam & ſapientia intelligentię auferam terminos Gentium, & virtutes eorum deprædabor &c. Nunc ſub perſona Aquilæ de Libano, q̄ interpretatur candor, & refertur ad Thymiama non vult parua & humilia virgula perſtringere, ſed ſummitates cedrorum, & de principibus ac ſtirpe regia. vnde Habacuc: Eſcæ eius electæ. Ponit autem teſtīn cum his quos ceperit, vt regi Babylonio colla ſubmittant, & illud impleant Apoſtoli: Quos tradidi Satanæ, vt diſcant nō blaſphemare. Et alibi: Quos tradidi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit. Nō debemus ergo, ſi ob aliquod peccatum de cōgregatione fratrum & de domo Dei eijcimur reluctari: ſed ęquo animo latū in nos ſententiam ferre, & cum propheta domini dicere: Iram dn̄i ſuſtinebo, q̄m peccaui ei: donec iuſtificet cauſam meā &c. Et tn̄ frequenter euenit vt alteri ſubditi, ad alterum trāſeamus, qui nobis ſuū promittit auxiliū, nec ſinit in priſtina ſentētia permanere. Sed hoc omni ratione vitandum eſt, ne ſiccentur palmites noſtri & areſcant germina, & contra pactum facere credamur.

C

a ¶Obſcurum ſignificat eſſe quod dicitur: parabola enim aliud verbis præfert, aliud ſenſibus tenet.
minis, propone ænigma, & narra para- a
bolam ad domum Iſrael, & dices: Hæc
a ¶Nabuchodonoſor. de quo Hoſee: Quaſi aquila ſuper domum Dei.
a dicit dominus Deus: Aquila grādis, ma b
a ¶Multis imperans nationibus & innumerabili vallatus exercitu.
gnarum alarum, †longo membrorum c
a ¶Lxx. vnguium. b ¶Diuerſarum Gentium.
b ductu, plena plumis & varietate: venit d
